This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

)0005791S

30.
438.

600005791S

30.

438.

RONIS

\ I O R

ALOGUS.

M PARTEM NUNC
M VETERUM TUM
EM RECENSUIT,

' SELECTIS GERN-
DDIDIT SUAS

OTTO,

EST DE PAR-
NCTO VERBO
: FORMULIS
ANALECTA

M. TULLI CICERONIS
CATO MAIOR
SEU
DE SENECTUTE DIALOGUS.

AD CODICUM MANUSCRIPTORUM, MAGNAM PARTEM NUNC PRIMUM COLLATORUM ET EDITIONUM TUM VETERUM TUM RECENTIORUM DENUO CONSULTARUM FIDEM RECENSUIT,

VARIANTES LECTIONES OMNES ENOTAVIT ET SELECTIS GERNHARDI ALIORUMQUE ANNOTATIONIBUS ADDIDIT SUAS

FRIDERICUS VILELMUS OTTO,
ZITTAVIENSIS.

ACCEDUNT DUO EXCURSUS, QUORUM PRIMUS EST DE PARTICULIS ENIM, AUTEM, IGITUR ETC., ADIUNCTO VERBO *SUBSTANTIVO* RECTE COLLOCANDIS; ALTER DE FORMULIS USU VENIRE ET USU EVENIRE. SEQUUNTUR ANALECTA ET NOTARUM INDEX.

LIPSIAE
SUMPTIBUS VILELMI NAUCKI.
MDCCCXXX.

435.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

VIRIS

MAGNIFICIS. PERILLUSTRIBUS.

IURIUM. CONSULTISSIMIS. PRAECLARISSIMIS.

AMPLISSIMIS. DOCTISSIMIS.

CIVITATIS ZITTAVIENSIS

CONSULIBUS.

SYNDICO. PRAETORIBUS.

SCABINIS. SENATORIBUS.

HOC

QUALECUNQUE EXERCITATIONIS CRITICAE SPECIMEN.

SUMMAE PIETATIS ATQUE OBSERVANTIAE

TESTIMONIUM,

GRATO PECTORE

D. D. D.

VENERABUNDUS

EDITOR.

Cum mihi propter rem familiarem admodum tenuem atque angustam vix unquam licuisset doctrinae studia cognoscere, quorum ut primis labris gustavi dulcedinem, summa fuit et arripiendi et perdiscendi cupiditas, praeclara Vestra et magna, Viri Amplissimi, liberalitate atque benivolentia factum est, ut huic desiderio possem satisfacere, divinaque illa persequi. Intentissimo autem studio enitendum putavi, ut me intelligeretis non esse prorsus indignum, in quem Vos, Viri Excellentissimi, praestantissimum Vestrum beneficium contulissetis. Quod Vestrum est iudicare, num ego sim consecutus, qui nuper a Vobis, Viri Experientissimi, petierim, ut mihi, diu cogitanti, quomodo singulari Vestro erga me studio occurrerem, ne maxime ingratus viderer, parvum meum opusculum, quod emendationem et interpretationem Ciceronis libri, qui est de Senectute scriptus, contineret,

Vobis, Patres Amplissimi, consecrare liceret. Quibus precibus quum, qua Vos estis humanitate et benignitate, lubenter concesseritis, eodem animo, rogo Vos, ut leve hoc, quod unum nunc ad Vos mittere potui, grati animi pignus sereno vultu accipiatis. Quod si benigne exceperitis, omnia, quae in votis habuerim, me arbitrabor consecutum. Et si qua minus elaborata videbuntur, cogitetis velim, primum me periculum fecisse, quid valerent humeri, quid ferre recusarent. Faxit Deus Optimus Maximus, ut per longam annorum seriem muneribus Vestris optima valitudine, consilio, auctoritate praeesse possitis, remque Vestram familiarem recte tueri. Feretis praemia virtutibus Vestris ac laboribus digna. Valete mihique favete.

Scripsi Lipsiae
Idibus Novembribus
MDCCCXXIX.

LECTORIBUS S.

Quo plura sunt, quae a novo singulorum operum Ciceronis editore recte postulantur, eo magis mihi quidem quid propositum fuerit in hac editione significandum. Quod negotium ut recte possem exsequi, quadripartitam faciendam putavi disputationem. Nam et novae editionis causa exponatur necesse est, et quid in ea oporteat praestari, tum, quorum utilitati lectorum consulere voluerit editor, et quibus usus sit ad haec recte perficienda libris. De novae editionis necessitate Vir Clarissimus, Eduardus Wunderus in libro praeclaro, qui inscribitur, *Variae Lectiones librorum aliquot M. Tullii Ciceronis e codice Erfurtensi enotatae. Lipsiae ap. Hartmann. 1827.*, multa disputavit. Ille enim Vir Doctissimus, quo verius de pretio, quod codici illi statuendum esset, ab omnibus posset iudicari, de forma eius et materia, de seculo, cui assignandus videretur, de scriptis Ciceronis, quae contineret atque in singulis illis qua esset auctoritate, exposuit. Cui officio quanta doctrina satisfecerit, quanto ingenii acumine, quanta diligentia, satis confirmant

ea, quae de nostro Ciceronis libro dixit, qui in codice illo continetur. Quibus quum nihil prorsus haberem, quod addere possem, non dubitavi ex illo libro praestantissimo huc transferre omnia. Verba Wunderi haec sunt l. c. p. CXI.

„Ciceronis librum, qui inscribitur Cato Maior, inde ab antiquis temporibus frequentissime ac studiosissime lectitatum esse, inter omnes, opinor, constat. Non minus certum est, ea veterum scriptorum opera, quae plurimorum hominum manibus versata sint et tractata, omnium maxime interpretum glossis et additamentis aucta et depravata esse. Itaque hunc Ciceronis librum de senectute scriptum minime deberet mirum videri si qui existeret, qui nulla nixus codicum auctoritate multis in locis interpolationibus corruptum existimaret. Quanto magis hominum doctorum consensum et approbationem consequi debebit is, qui ipsis codicibus confirmantibus multa verba, quae nunc tamquam a Cicerone profecta huic libro inserta reperiuntur, ab interpretibus orta contendat?

Id autem ego contendo, qui diligenter consideratis lectionibus, quas ex codice Erfurtensi enotavi, collatisque cum iis reliquorum, qui ab aliis consulti sunt, codicum scripturis hoc mihi videor intellexisse, vix ullum Ciceronis opus pluribus grammaticorum explicationibus ac glossis depravatum esse, quam hunc ipsum, de quo agitur, librum. Nam etsi Gernhardus iam, vir eruditissimus, passim expulit inepta male sedulorum hominum additamenta, multo tamen ille quam debebat modestior fuit gra-

vemque ac dulcem Ciceronis sermonem etiam nunc plurimis istorum hominum interpolationibus depravatum edidit."

Verissima esse ea, quae Wunderus et de Ciceronis libello ipso et de Gernhardi editione dixerit, quum multis annis ante intellexissem, novam editionem parare coepi, sed ne, si plura mutassem sine bonorum consensu codicum, quos neque Gernhardo, nec mihi adesse videbam, audax putarer et scribendi cupiditate in locum periculosum deductus, seposui laborem, sperans fore, ut aliquando a meliore apparatu instructus revocare eum possem. Quod quum venisset tempus, novo studio et ardore, viribus quoque animi adauctis, opus necessitate intermissum denuo sum aggressus, et iam prelo erat paratum, quum, quod saepe solet in republica literaria accidere, idem mihi usu veniret, ut alius in eadem re magno cum fructu vehementer elaborasset. Fuit ille Orellius, qui, editis Ciceronis operibus rhetoricis, philosophicorum parte II. Catonem Maiorem, seu de Senectute dialogum ex nova recognitione edidit. Qui liber quum in manus venisset, meum opusculum, ne summam mererer negligentiae, si edidissem, reprehensionem, retractandum censui. Qua in retractatione, quamquam vehementer dolebam, plurima ab Orellio occupata esse, quae ad emendandum hunc praestantissimi scriptoris libellum aliquid conferrent, tamen quum pluribus usus essem subsidiis, quibus Orellio non uti licuerat, quaedam mihi relicta videbam, quae luce non omnino essent indigna. Saepe enim ab

Orellio recedendum putavi. Et quum scriptoris contexta et a me et ab Orellio vehementer sint optimorum codicum et editionum veterum auctoritate mutata, mutationum causas attuli. Orellium adiuvit largissimus Helveticarum apparatus bibliothecarum; ego plurima debeo duabus bibliothecis Lipsiensibus, Paulinae alteri, alteri Senatoriae.

Sequitur, ut quam emendandi viam sim ingressus, doceam. Qua in re enarranda haud scio an ullus unquam criticus Ciceronis operum editor ingeniosior fuerit, accuratior, copiosior, quam Vir Excellentissimus Christ. Dan. Beck. in Praefat. ad Cic. Oratt. T. II. p. CXIV—CXXI. Cui quum totus assentiar, ea repetii quae ad meum consilium pertinere arbitrabar, additis iis, quae ipse praestanda putavi.

Primum omnium si quis in libro aliquo emendando cum fructu vult versari, id est agendum, ut origo lectionis Cicer. opp. quae nunc est, et propagatio, librorum scriptorum cognatio et familia, natura cuiusque et indoles recte constituatur et explicetur. Quod non prius fieri poterit, quam plures fuerint varii generis codices a VV. DD. inspecti, examinati et accurate explorati. Quare quum magnus supersit codicum numerus in variis bibliothecis nondum collatorum et satis examinatorum, quamquam longe plurimi sunt recentioris aetatis, tamen nulli spernendi sunt. Nam ut ne optimus quidem codex a malis lectionibus est liber, ita mali libri non sunt ita depravati, ut nihil boni in iis insit. Caute tamen, id quod infra ostendetur, in

his utendis erit versandum. Unde intelligitur, boni esse critici, quotquot possit codices nancisci, conquirere et diligenter comparare, nec eos solum, qui nondum sint collati, sed eos etiam, quos alii excusserint. Pauci enim recentius a VV. DD. sunt ea, qua par erat, assiduitate et cura tractati. Nonnulli sunt ab editoribus nonnisi iis locis inspecti, quos corruptos ipsi putassent, et de quorum lectione dubitassent, plerique ita adhibiti, ut nunc lectiones nonnullas admodum suspectas esse subtiliores Critici iudicarent, nunc quererentur, plures lectiones, aut fonte non accurate indicato, aut perperam laudatas, alias praetermissas esse, nunc indignarentur, interdum commemorari, maxime ab antiquioribus editoribus, codices, qui lectionem aliquam haberent, nec numeris nec bibliothecis additis. Et de iis quidem, quos primi editores adhibuerunt, codicibus fere nihil constat; quos quo probabilius est et olim et nuper sedes suas mutasse, eo difficilius erit indagare, quinam eorum codd., qui nunc possunt comparari, iam fuerint ab uno alterove editore consulti, et e quibus primum descripta fuerint Ciceronis opera. Reperiuntur etiam nonnullis editionibus, veluti Hervagianae et Cratandrinae variae lectt. adiectae, quae, quamquam fidem habent levissimam, tamen non sunt negligendae. Neque vero editiones principes atque eas, quarum critica est auctoritas, diligentius omnibus locis consultas esse a recentioribus editoribus apparet. Nam ille quidem Ernestus, cui maxima fuit eorum librorum copia, nonnisi locis aliquot eas subinde in-

spexisse, atque lectiones attulisse videtur, ita ut, qui post eum singulas quasdam editiones antiquissimas aliasve criticas tractassent, multam sibi relictam varietatis silvam congerendam intelligerent. Sed diligentior illarum editionum comparatio non magis ad lectionis cuiusque vim et gravitatem, quam originem et propagationem examinandam et iudicandam facit. Aliud, idque non leviorem operam postulans, est critico editori praesidium petendum et ex Grammaticis antiquis, et ex rhetoribus, et ex scriptoribus Romanis seriorum seculorum doctoribusque Christianae religionis, qui saepe Ciceronis verba aut laudant aut imitantur. Nam quum eos codicibus usos esse probabile sit, qui vetustate et bonitate nostros superarent, sperari potest, id quod iam aliquot exemplis apparuit, multas esse ab iis meliores lectiones servatas. Quo loco cavendum erit, ne, sicubi vel ipsi alia verba, aut memoriae errore, aut interpretationis causa, aut sui consilii ratione, aut liberiori imitatione posuerint, vel librarii, qui eorum libros scripserunt, vitia commiserint, ea in lectionibus variis numeremus. Et iudicium quidem talium lectionum quum legibus quibusdam, tum saepe sensu subtili et recto nititur. Verum ex ipsis Grammaticis scriptoribusve antiquis etsi interdum ab editoribus lectiones sunt laudatae: tamen non putandum est, profligatum esse eos comparandi laborem, nedum absolutum. Saepe autem, pergit Vir Ill. Beck. l. l. p. CXVI., miratus sum, quum nonnulla loca vidissem a Criticis aut tentata audacter, aut probabiliter emendata, aut sanata feliciter, ha-

rum coniecturarum et emendationum ab editoribus sequentibus nullam esse faciam mentionem. Quod quidem et de antiquioribus libris criticis, et multo magis de recentioribus valet, in quibus credi facile potest quantum lateat observationum utilissimarum ad Ciceronem vel emendandum vel illustrandum. Quae alia Critico sint praesidia vel e grammaticis scribendi dicendique praeceptis, vel ex loquendi usu Ciceroniano, vel ex fontibus, unde scriptor hausit, vel exemplis, quae imitando expressit, et emendationis et interpretationis petenda, ea persequi longum est, commemorare facile. Sunt etiam ex hoc genere nonnulla nuper ab editoribus singulorum librorum occupata, sed ita, ut tamen aliquantum relictum sit diligentiae futurorum interpretum. Aliud etiam novissimo tempore oblatum nobis est artis criticae in Cicerone feliciter exercendae subsidium. Multa enim, quae adhuc erant propter codicum discrepantiam incerta, ex Ciceronis libris, qui sunt de Republica, certissime nunc poterunt emendari, quod maxime fiet in certis quibusdam verborum collocationibus et in locorum similitudinibus recte observandis. Quem librum, quum tot seculis latuerit, vix est credibile tantis esse vel scribarum vitiis vel additamentis et explicationibus contaminatum, quibus reliqua Ciceronis scripta videmus scatere. Est praeterea codex eius antiquissimus. Quare equidem multum huic novo emendandi fonti tribuo. Haec de manuscriptis libris et editis. Accedo ad alia quaedam a Critico minime negligenda. Quorum primum est, ut, quoad eius fieri possit, cognoscere

studeamus, manuscriptisne libris usi sint veteres interpretes an impressis. Saepe enim nomine libri et de codicibus utuntur et de antiquis edit. Et quod longe est periculosius, ementiti saepe sunt hi viri optimi codices ad coniecturas suas confirmandas. Aliud est etiam genus negligentiae, quo antiquorum philologorum fides infirmatur. Saepe enim, quae coniectura tantum nituntur, a libris manu exaratis profecta putantur. Nam quum interdum factum sit, ut homines docti in legendo aliquo libro in locum inciderint, cuius similem se meminerunt aliquando legere corruptum, data opportunitate emendationem protulerunt ex ingenio suo haustam, quam commentario intexuerunt. Fuerunt autem interdum, qui, quum tali coniecturae faverent, in contexta eam inferre vellent. Quod ut sine reprehensione facere possent, hanc scripturam libri alicuius manuscripti esse ementiri ausi sunt. Quae coniectura si in libro rariore posita est, quem non cuivis licet evolvere, creditur mendaci illi homini, unde error serpit ad multos et inveterascit. Exemplum luculentissimum habemus in nostri libelli cap. 6. §. 14. in versu: *proveniebant.* Ad quem loc. vide not. Quartum vitium est illud, quod saepe malis editionum repetitionibus usi sunt, non ab ipsis auctoribus profectis, sed a bibliopolis pecuniae causa per homines stultos et negligentes curatis. Quod factum esse in Lambiniana editione Argentoratensi infra videbimus.

Difficillima profecto res est, his negligentiis semper occurrere, quum plerique veterum illorum hominum codices aut casu aliquo perierint, aut in

incognitis locis lateant; et quae ex errore manarunt, ad eorum fontem non semper aditus pateat. At nostrum est, quae ex naufragio supersunt copiae, recte uti. Quod quum in codicibus fieri nequeat, in editis tamen libris ut multo quam factum est, saepius fiat, optandum est. Nostrum seculum hac in re summa laude dignum. Sunt exempla illustria Viri Clarissimi Beckii editio Ciceronis Orationum, Meieri editio libri Ciceronis de Oratore inscripti, Ciceronis Opp. omnia ab Orellio curata, Wunderi Variae Lectt. e cod. Erfurt. enotatae.

Codices ab aliis consultos non potui denuo conferre; in uno id factum est a Wundero Viro Doctissimo, qui Varias Lectt. librorum aliquot M. Tullii Ciceronis e codice Erfurtensi enotatas edidit. Usus est hoc codice Graevius, sed ita negligenter, ut, quod recte notavit Wunderus, num idem sit vix possis intelligere. Sed quantum novorum codicum nancisci potui et ipse contuli et in meum usum collati sunt. Quod negotium ita est confectum, ut ne minimi quidem errores praetermissi sint. Editiones veteres quum in nostro de Senectute dialogo nimis a VV. DD. neglectas viderem, molestam profecto operam suscepi, omnes, quarum mihi copia facta esset, denuo conferrendi, partim, ne, si quis me esset secuturus, taediosum laborem repetere cogeretur, partim, quod haec una via est, qua antiquissima contextus facies poterit cognosci et editionum familiae quae dicuntur distingui. Quod nemo huius rei intelligens erit qui dubitet, quin maximam vim habeat ad artem criticam

in scriptoribus recte exercendam. Quae de Grammaticis antiquis, rhetoribus, scriptoribus Romanis seriorum seculorum doctoribusque Christianae religionis monet Vir Cl. Beckius l. c. p. CXV. seq. (Vid. pag. mea XII.), minime neglexi. Multa autem a Grammaticis laudata vel a novissimo editore Orellio praetermissa vidi, quum Nonii, Prisciani, Charisii locos quaererem, quos attulissent. Quid? quod ne Lactantii quidem locum Divin. Institt. VI, 20, 4. ubi magna pars capitis 12. nostri dialogi laudatur, commemoravit? Nam quod hunc locum spurium censet Heumannus seu quis alius, id nullis nititur argumentis. Mihi vero huius loci integritatem maxime id commendat, quod apud Lactant. plura ita leguntur, ut in nullis nostris Ciceronis sunt codicibus. Antiquiores libros criticos et recentiores, quos noveram, inspexi et consului. Non minus usus sum iis, quae in commentariis Virorum DD. passim de nostri libelli locis quibusdam dicta sunt. Sed ut, quum nec viribus parcerem nec studio, quam perfectissimam parare possem editionem, locos scriptorum ab interpretibus laudatos omnes denuo quaesivi et legi, ne quid aut ineptum aut vitiosum afferretur. Quod inprimis valet de laudatorum librorum numero, in quo saepe erravit Gernhardus. Restat ut quid mihi omnino in hac editione propositum fuerit et quorum usui lectorum consulere voluerim, breviter exponam. Summum editionis consilium fuit id, ut contextus ex optimorum codicum et editionum auctoritate emendatus antiquissimi quam maxime similis evaderet et, quae esset eius textus historia intellige-

retur. Quod munus quamquam Orellius maxima eruditione exsecutus esse possit videri, tamen pluribus in rebus ab eo discedendum putavi meorum auctoritate codicum et veterum editionum, quas multo plures comparare mihi licuit. Historia contextus quo melius posset perspici, omnes omnium codicum et editionum lectiones attuli, ne iis quidem neglectis, quae de causis pag. XI. memoratis valde essent suspectae. Quatuor sunt autem res, quae ad bonam contextorum conformationem pertinere arbitror, aptum sententiarum connexum, veram verborum et constructionum electionem, rectam verborum collocationem, glossematum et interpolationum eiectionem. De apto sententiarum connexu et vera verborum et constructionum electione non est quod dicam, quum quisque intelligat, si qua reperiuntur inepta, mutanda esse. Rectum verborum ordinem in nostro dialogo ab interpretibus maxime esse neglectum ostendit primus Godofred. Hermannus Vir Magnif. in censura editionis Gernhardianae. Vehementer autem miror, quod Orellius saepissime optimas verborum collocationes ab optimis libris et manu exaratis et editis profectas repudiarit, quamquam in notis significavit, aequiparandas eas esse receptis vel potius anteponendas. Ego tales verborum ordines, si cogitandi legibus responderent, non dubitavi in contextum recipere. Nam sono illi, qui a Goerenzio ad Ciceronis libros de Legibus scriptus est, nihil tribuo. Sed ita etiam, si codex, ceteroquin malus, eum ordinem exhiberet, qui et a sensu commendaretur et ab usu Ciceroniano — nam esse etiam

quarundam locutionum certos verborum ordines vix quisquam negaverit; neque tamen hoc casu factum putandum est. — praetuli optimorum codicum et editionum consensui, ubi sensus collocationem verborum, quae in his libris esset, recusaret. Quod cur ita fecerim, mox significabo. Sequitur ut de glossematum et interpolationum eiectione dicam, quae pars artis criticae est profecto difficillima, quum semper sit verendum, ne in id vitium incidamus, in quod illum magnum criticum Carolum Beierum, Professorem Lipsiensem nuper reipublicae literariae nimis mature morte ereptum, in edendo Ciceronis Laelio incurrisse omnes harum rerum intelligentes arbitri consentiunt. Recte ab hoc viro doctissimo beatam illam Tullio detractam esse ubertatem, ad Sallustiique Cortiani et Taciti brevitatem redactam dixit Orellius in sua eius libri editione. Idem vitium maximopere vitandum esse vidit Eduardus Wunderus l. c. p. CXII. seq. a quo quae peti possunt, ipsius verbis petam in indicanda via ac ratione, quae mihi videatur ab eo ingrediunda, qui recte et felici successu hanc artis criticae partem tractare voluerit.

„Nemo non intelligit, temere agere, qui quae in codice aliquo omittantur verba, continuo si ad sententiae integritatem non prorsus sint necessaria, insititia esse iudicet. Fuit enim hic communis omnium librariorum error, quod hic illic omiserunt, quae non debebant omitti, in iisque etiam nonnunquam talia, quibus omissis quodammodo salva maneret sententia. Ea si sunt eiusmodi, ut qua ratione negligi a librariis potuerint, luculenter appareat,

non erunt continuo supposita habenda. Porro quos codices eo vitio insignes cognovimus, quod plurima in eis desiderentur, quae certum sit ipsa scriptoris verba esse, eorum perquam exigua auctoritas erit, sicubi non agnoscant, quae in aliis reperimus codicibus scripta. Contra iusta necesse est interpolationis suspicio oriatur, sicubi liber, cuius maxima est auctoritas, non habet verba, quae neque ad sensum necessaria sunt, neque quomodo excidere potuerint videre in promptu est. Sed quum uni libro nonnunquam tanta haberi fides nequeat, ut eius auctoritate statim, quae abesse possint salvo sensu, eiiciantur verba, aliorum exspectandus erit consensus codicum, priusquam exulare iubeas, quae in uno desiderantur codice. Verum ne hoc quidem ubique momentum facit, si duo pluresve libri consentientes omittunt, quae in reliquis scripta deprehenduntur. Nam si illi ex se invicem orti et descripti sunt, unius potest esse librarii error, quem consensum plurium putes. Itaque mea sententia id maxime agendum ei est, qui hoc artis criticae genus feliciter tractare studuerit, ut singulorum codicum origo quae sit, diligentissime inquirat.

Hoc autem qui fecerit, saepe numero certissime poterit demonstrare, insititia esse, quae duo tresve codices omittant. Ponamus enim, omnes, qui hunc de senectute librum Ciceronis servarint, codices ortos esse ex exemplari seculo VI. scripto, sed ita, ut tres quatuorve librarii istud exemplar descripserint atque hi tres quatuorve codices fons exstiterint omnium eorum librorum, qui ad nostram aetatem pervenerint

et collati sint. Iam si duo codices, in quibus eadem verba omittantur, docere poteris, diversae esse familiae, neque aliter cognatos, quam quod ex eo originem ducant codice, ex quo omnes omnino, qui nobis innotuerunt, orti sunt, tum profecto, quin insititia sint, quae in duobus illis omittantur, nullus relinquetur dubitandi locus, praesertim si verba omissa eiusmodi sint, ut oculorum aberratione negligi potuisse prorsus sit incredibile. Qui enim existimari licet, duos librarios, idem diverso tempore describentes exemplar, eadem saepius verba fuisse omissura, si ut genuina in libro, quem describebant, scripta exstitissent.

Porro videndum, num codices, qui omittunt, quae ambiguum est utrum scriptoris antiqui sint an interpretum verba, eiusmodi careant additamentis, quae nemo dubitavit pro spuriis habere pluresque iam editores textu eiecerunt. Quod si ita est, eo maior debebit eorum auctoritas esse, quo levior contra fides habenda eis est, quos aliunde scimus interpretum additamentis vehementer esse interpolatos. Qui licet numero longe plures sint quam illi, qui omittunt, quae videntur insititia, tamen nihil fere contra illorum efficient auctoritatem.“ Wunderus l. c. p. CXII. seq.

Aliam glossematum investigandorum viam ingressus est Beierus in Laelio. Is enim multum tribuit verborum transpositioni. Qua in re hanc sequitur legem: si verba nimis transponuntur, spuria sunt. Sed quam parum haec lex possit habere auctoritatis, quisque intelligit. Nam nihil est facilius, quam

scribarum oculos aberrare potuisse, aut, si in exscribendo plura verba memoria tenerent, verborum ordinem mente confudisse. Quare si neque bonorum codicum accedit auctoritas, neque aut sensus aut perspicuitas abesse vocem patitur, retinenda. Saepissime autem scribae sic peccarunt in transponendo verbo substantivo, et sunt tamen loci, ubi prorsus abesse nequeat. Omnium autem difficillimum est docere, ubi hoc verbum vel a scribis vel ab interpretibus aut additum sit aut omissum; quamquam frequentius additum, quam detractum esse, credibile est. Nec optimis codd. multum est tribuendum; saepe omissa est verbi tertia persona per scribendi compendium; v. c. *interemptust*. Ego quidem respiciendam censeo et *κακοφωνίαν* et orationis colorem, num concitatus sit sermo an remissus, et sensus perspicuitatem. Nam id quod quibusdam videatur; a poetis nulla norma aut verbi omittendi aut ponendi peti potest. His enim vel addere vel detrahere licuit. Illud autem falsum est, nonnullos eius verbi modos, tempora et personas omitti non posse. Hoc si esset contra rationem legesque linguae ne poetis quidem facere liceret, qui, ubi sibi videatur commodum, omittunt verbum substantivum. Secuti sunt seriores pedestres scriptores. Plurimi fuerunt, qui praemissis Coniunctionibus aut Pronomine relativo id fieri posse negarent. Nemo neque attulit causam, nec afferre, opinor, potuerit. Hoc enim verbum ita est comparatum, ut, quid sit supplendum, si abest, facillime cognoscatur. Et tantum abest, ut ita durior existat oratio, ut saepe

fiat omisso eo longe numerosior. Ego si quid suspiciosum videbatur, cancellis inclusi, ne, si plane eiecissem nimis contexta a vulgatis exemplaribus discederent. Bis tamen factum est, ut, quae incluserim, addenda sint. Vid. ad cap. 12, 8. voc. *amicitiam.* not. cap. 9, 6. *possis tamen aliis praecipere.*

Restat ut errori succurram, qui frequens est apud criticos Latinorum scriptorum editores. Hi enim in emendando nonnisi optimis codicibus obtemperandum putant vel antiquissimis. Ego vero non recusavi, si quae interdum bonae scripturae in libris deterioribus reperirentur, recipere. Nam ut constat ne optimum quidem codicem a malis lectionibus esse liberum, sic mali libri non ita sunt depravati, ut nihil boni in iis insit. Coniicere etiam licet librarios in exscribendis libris saepe pluribus usos esse codicibus, ut, si quid in libro, quem describebant, aut corruptum putarent aut scripturam legere non possent, ex illis codicibus elegantius scriptis id in apographum suum transferrent. Quare si vel grammatica ratio, vel usus loquendi Ciceronianus melius est in deterioribus codd. expressus, quam in optimis, nullam causam cur relinquenda talis sit lectio, video. Eodem argumento ductus nunquam equidem potero adduci, ut antiquissimum codicem semper sequar, nedum ut, quod quidam VV. DD. volunt, integrum excudendum censeam, ut editio nihil aliud sit nisi codex typis exscriptus. Nam ut neque optimi codices, sic nec antiquissimi carent vitiis, quod videmus in codice Regio Parisino et Trevirensi factum. Quis autem

dixerit hunc illum esse antiquissimum, ita ut nondum sit interpolatus? Plures enim ante hunc possunt extitisse, sed temporum iniuria periisse; unde nobis is est antiquissimus, quo nescimus an fuerit antiquior. Novissimus codex melior potest esse, quam antiquissimus, si e bono codice est exscriptus. Exemplo possunt esse Lipsiensis *α*, Dresdensis 1. 2. 5. qui, quamquam seculo XV. scripti, saepissime tamen cum antiquissimis et optimis vel conspirant vel adeo praestant. Dresdensis 3. et 4. ex familia deteriori orti praeclaras lectiones interdum exhibent, quae et colorem Ciceronianum rectissime tuentur, nec in optimis codd. leguntur. Non recte igitur iudicant, qui, si ita agatur, quasi vestem variis coloribus distinctam effici putant. Quum enim nullus codex ab omnibus vitiis liber sit, codices sunt inter se comparandi et cuiusque lectiones optimae recipiendae; nam ita demum fieri potest, ut contextus oriatur optimus, ab omnibus liberatus vitiis. Eandem sententiam secutus sum in aestimandis editionum veterum lectionibus. Quae quum ita sint, apparet, cur vel ab Orellio, maximo critico, saepe recedendum putaverim, quarum mutationum rationes in commentario attuli, ita tamen, ut, ubi ab aliis criticis rationes satis essent expositae, nihil aliud facerem, nisi ut repeterem eas. Sed quamquam maior editionis pars versatur in tractanda arte critica, quo negotio vel criticis vel scholarum praeceptoribus, quibus non multum temporis ad criticas opes conquirendas esset relictum, consuleretur, tamen, quum etiam iuventuti literarum studiosae

verisimile sit non prorsus iniucundam operam fore, selectas Virorum Doctorum annotationes addidi, quae et ad grammaticas subtiliores leges et ad difficiliorum verborum explicationem et ad historiam philosophiamque pertinerent. In historicis rebus atque philosophicis explicandis dux mihi fuit Gernhardus (cuius hac in re exercitatissimum est ingenium), paucis exceptis historicis, quae emendavit Orellius. Nonnulla sunt a Wetzelio translata. In rebus grammaticis et in verborum explanatione idem feci, ut, ubi alii verum essent assecuti vel paucis quid dixissent, repeterem, vel ad eorum libros lectores relegarem, ne libri magnitudinis causa recoxisse viderer, quae alii satis expedivissent. Quae ab aliis sunt petita, nominibus eorum ad annotationum calcem notavi. In orthographia secutus sum codd. veterrimos, ut fecit Beier. ad Lael. Ad finem libri adieci Analecta, quaé, quid intra hoc tempus occurrisset notatu dignum, quo liber typis exscribebatur, continerent. Additi sunt duo excursus, quo diligentius disputatum est de verbi substantivi ordine, intercedente particula v. c. *autem*, *enim* etc. ad Caton. Mai. cap. 2, 6. et de formulis *usu venire* et *usu evenire* ad cap. 3, 2.

Accedo nunc ad codicum, quibus usus sum, et editionum tum veterum, tum recentiorum enumerationem, interiectis copiis Orellianis et addito veterum interpretum apparatu critico. Accedit huius suppellectilis brevis censura. Nam omnia ab incunabulis repetere infinitum est. Magnam oneris partem in se susceperunt Ernesti in Praefat. ad Cic.

Opp. rhet. et Ill. Beck. in Praefat. ad Cic. Oratt. T. II., quibuscum recte poterit conferri Dissertatio de M. T. Ciceronis libris III. de Orat. Scripsit Otto Mauritius Mueller. Lips. impr. Car. Tauchnitz. 1811. et Ebert. in libro qui inscribitur: Bibliographisches Lexikon. s. v. Cicero. Hand in Ersch und Grubers Encyclopädie der Künste und Wissenschaften 17. Theil. s. v. Cicero. Signa in parenthesi inclusa ea sunt, quae brevitatis causa in commentario posui.

A.
CODICES MANUSCRIPTI.

1) (R.) Codex Regius Parisinus N. 6632. seculi noni; idem ille, cui tantum debent Tusculanae; omnium, ut videtur, antiquissimus et fide maxime dignus; desinit in §. 78. verbis *quin ex.* Accurate eum in usus meos contulit Iulius Berger, doctus iuvenis. Collatus est cum edit. Lallemandi. *Orell.* Huic in locis difficillimis unice obtemperandum putavi, quamquam non prorsus liber est a pravis lectionibus.

2) (E.) Lectiones Cd. Erfurtensis in Wunderi libro p. 143. seqq. Videtur Wundero non serius quam seculo XIV. esse scriptus. Est autem par Regio, eo maxime praestans, quod, quae in omnibus fere codicibus inveteratae sunt interpretationes, omittit. Cautio tamen adhibenda, quum sub finem libri saepe peccet omittendo. Collatio facta est cum

edit. Halensi Ernest. Vol. IV. P. II. p. 943. seqq. De codicis forma, materia, aetate, orthographia et compendiis scribendi vid. Wunder. p. VIII—XIII. De auctoritate, qua est in nostro dialogo p. CXI —CXXI. Cfr. Beier. in Iahn. Annal. philol. et paedag. Vol. IV. p. 31. 1827.

3) (T.) Lectiones Cd. Trevirensis excerptae a Loersio in Seebode Neuem Archiv f. Philol. 1. Jahrg. 7. u. 8. Heft. p. 82. seqq. Non minus praestans quam Erfurtensis; optimis verborum collocationibus et glossarum vacuitate conspicuus. Dolendum tamen, quod, quum collatus sit cum edit. Delphina, cuius plures sunt editt. neque quacum editione collatio sit facta, scimus, neque omnes habemus varietates. Lipsiae enim nancisci eam non potui, ut, quibus in rebus consentiret cum Delphina codex intelligeretur. Nec Orellius eam videtur habuisse. Unde ea tantum certa sunt, quae cum vulgatis quoque editionibus dissentiunt.

4) (bas.) Cd. Basileensis, membranaceus Sec. XIV. Ipse contuli. *Orell.* Haud malus.

5) (Bern.) Fragmentum Codicis vetustissimi Bernensis. Nr. 104. Incipit a §. 80. verbo *perspicuum*. Contulit Leonardus Usterius, Professor Bernensis. *Orell.* Non tamen est inter optimos.

6) Tres codices Lipsienses.

a) (l*a*.) Cd. Lipsiensis. Servatur in bibliotheca Academica (est idem, quo usus est in censura edit. Gernh. Hermannus, qui p. i. e. Paulinum eum insignivit,) Nr. 1332. Apud Fellerum in Catalogo MSS. bibl. Paulinae p. 349. inter libros philosophicos in

Repositorii secundi Serie III—V. Nr. 1. Liber est chartaceus sec. XVI. male exaratus, sed, si perversam aliquot vocabulorum scripturam, illo aevo usitatam, exceperis, accurate et diligenter scriptus est. Vid Praefat. ad Cic. Lael. ed. Beier. maior. p. X. Beier. in Ind. editt. ad Cic. Offic. T. II. p. 458. nr. 75. Supra versus multae scriptae sunt interpretationes; interdum verba deleta lineolâ, aliis ad marginem appositis, quae sunt meliores. Consentit saepissime cum optimis MSS. Ipse contuli cum edit. Gernh.

b) (lβ.) Eiusdem bibliothecae codex chartaceus sec. XIV. vel XV., Nr. 795. notatus, qui post *Iohannis Damasceni vitam servorum dei Barlaam et Iosaphat* excerpta ex aliquot scriptoribus antiquis exhibet, quibus etiam nonnulla ex Ciceronis Catone Maiore addita sunt. Complectitur huius libri sententias. Quae folia Ciceronis locos continent, sunt membranacea et ab alia manu scripta. Laudat eundem codicem Hermannus l. c. Contuli cum edit Gernh. Ex bono libro descriptus videtur.

c) (lγ.) Excerpta Cd. a Viro Ill. Godofredo Hermanno Prof. Lips. facta, qui quum variantes scripturas margini edit. Ernest. 1756. apposuisset, ex quo codice essent, notare oblitus est. (Vid. eius censur, l. c. ubi cod. nominat l. i. e. Lipsiensem). Petii autem a Viro Cl. ut mihi, mox hunc libellum edituro, suppeditaret exiguas istas copias. Cui desiderio qua est singulari humanitate et liberalitate satisfecit. Pro qua re publice maximas ei refero gratias. Codex non est ex optimis, consentit saepe

cum Dresd. 2. qua de re vid. ad nostri dialogi cap. 10, 33. Fortasse Lipsiensis ex Dresd. descriptus, aut Dresd. e Lips.

7) Accedunt quinque Cdd. Dresdenses, quos in usum meum Dresdae contulit Vir Humanissimus Ernest. Hermann. Iust, iuris disciplinae addictus, is qui de Fide Taciti scriptionem I. composuit. Zittaviae in commissis ap. Schoeps. 1827. Hic summa fuit diligentia in exscribendis variis lectt., ita ut ne levissimos quidem scribarum errores omiserit. Cui quum praeter hoc permulta alia debeam, quibus mihi studiorum exercitatio et omnis vivendi ratio iucundior esse possit, hoc ipso testimonio maximas gratias et egisse et habuisse velim. Contulit cum edit. Gernh.

a) (d1.) Cd. Dresdensis N. 106. anno 1460. in Italia eleganter scriptus, quem Goerenz. in Praefat. Opp. philos. Cic. T. I. p. IX. cum melioribus libris plerumque consentire recte dixit. Codex est membranaceus. Plura de hoc et reliquis codd. habet Ebert in Geschichte u. Beschreibung der Dresdner Bibliothek. p. 254. seqq.

b) (d2. 3.) Cdd. Dresdenses duo uno volumine coniuncti. Nr. 119. Sec. XV. scripti. Dr. 2. perbonas interdum habet scripturas; sed desinit medio capite 10. in verbis: *debent requirere. Nam cursus aetatum nunquam.* Vid. quae dixi ad Cd. Lips. γ. nr. 6., c., Dresd. 3. est inter deteriores.

c) (d4.) Cd. Dresdensis Nr. 121. Sec. XV. in Italia exaratus. Multa vitia habet.

d) (d5.) Cd. Dresdensis Nr. 120. Sec. XV. scri-

ptus. Praestantissimas exhibet lectiones, aequi parandus Dresdensi l.

8) Octo codd. Oxonienses. His usus est Gernhardus per liberalitatem Godofr. Henr. Schaeferi. Descriptionem dedit Vir Ill. Chr. Daniel Beck. in Praefat. ad Cic. Opp. Vol. II. p. LIII. seqq. ipsorum editorum notis in edit. Oxon. e typogr. Clarendon. de anno 1783. Horum librorum lectiones omnes dedi ex Gernhardi editione. Collatio facta est cum edit. Oliveti. Sunt his signis notati: e, i, n, u, *η*, *o*, *v*, *ψ*. Quem codicem Gernhardus signavit *o* apud Beck. hoc habet signum: *σ*. Retinui notam Gernhardi et, ubicunque scripsi *σ* pro *o*, reponendum est *o*). Parvi codices pretii, optimi sunt *η*, *o*, *v*. (*σ*.). Ubi plures Oxonienses consentiunt, saepe usus sum brevitatis causa hoc signo: v. c. O7x. i. e. Oxonienses septem codd.

9) Tres codd. quorum lectiones cum edit. Wetzel. collatas et aliquoties notulis auctas Gernhardus accepit a Chr. Gottfr. Muellero Scholae Cizensis Rectore. Hos libros indicavit Gernhardus A. B. C. *Ego* appellavi iisdem literis Cizenses. Muellerus haec dicit: Variae Lectt. ex MS. quod b. Io. Chr. Theoph. Ernesti possidebat in Cic. de Senectute. Pauca ex iis notavit Gernh. Sed parvi sunt pretii. Descriptionem dedit Gernh. ex Muelleri notis ad hos codd.

a) (a. A.) chartaceus. Videtur scriptus sec. XV. vel etiam XVI. ab init. Est e' bibl. Ernesti.

b) Cd. (b. B.) membranaceus. Videtur scriptus sec. XIV. vel XV. et plerumque cum textu vulgari convenit.

c) Cd. (c. C.) membranaceus. Erat in bibl. Ernesti ut secundus et videtur esse antiquissimus. In Catalogo libb. b. Ernesti, qui a. 1802. 1. Dec. publice Lipsiae divenditi sunt, dicitur seculo XI. conscriptus codex, quod vix credibile. Seculo XIII. vel XIV. scriptus videtur. Nam habet multas lectt., quae discedunt a vulgata: plerumque verba sunt transposita et ordo verborum melior et numerosior.

10) Manutius usus est 21 Codicibus quos significavi Man. 1. i. e. Man. unus codex ita habet, et sic factum est, ubi plures codd. consentirent. Codicis instar possit videri Theodori Gazae interpretatio Graeca; sed et pessimo usus est codice et multa nimis arbitrarie abscidit, addidit, mutavit. Erat hic Theodorus Gaza Thessalonicensis. Vixit circa a. p. Chr. n. 1430.

B.

EDITIONES.

1) (r.) Editio Romana. Romae ap. Sweynheim et Pannartz. 24. Ian. 1469. 4. maior. Est haec princeps editio, complectens Offic. Parad. de amicit. de senect. Sed non ex optimo cod. videtur expressa. Vid. Ebert Bibliographisches Lexikon. Nr. 4539. Collationem feci cum Gernh. edit.

2) (v1.) Ed. Veneta ap. Vindelini de Spira 18. Aug. 1470. 4. Ebert. nr. 4541. Contulimus et ego et Orell. (Ego cum Gernh. cont.).

3) (v2.) Ed. Veneta. Veneti per philippum quondam petri. 8. Mai. 1480. f. Ebert. nr. 4554. Contuli cum ed. Gernh.

4) (v3.) Ed. Veneta. Venetiis impressa per Marin. Saracenum cum Martini Philelthici commentario. 1487. fol. Contulit Gernh.

5) (B.) Excerpta Bedae (*Sententiae ex Cicerone*) in eius Operibus. Basileae 1563. fol. Vol. 2. p. 273. Contulit Orell.

6) (Eyb.) Excerpta Eybii in Margarita poetica etc. Romae 1475. fol. Eadem prorsus sunt ac Bedae, e cuius Opusculo *Sententiarum ex Cicerone* videntur desumpta; easdemque lectiones exhibent. Insunt bonae recensionis vestigia, sed complura etiam glossemata. *Orell.* Ego usus sum Basileensi edit. 1495. Vid. Beier. ad Cic. Off. in Ind. editt. nr. 69. Prima edit. prodiit Norimbergae 1472. fol. Vid. Ebert. nr. 7235. Contuli cum ed. Gernh.

7) (Med.) Ed. Mediolanensis ap. Pachel et Scinczenceller. 7. id. Aug. 1480. f. Ebert. nr. 4555. Praestantes habet scripturas. Contuli c. ed. Gernh.

8) (α1.) Ed. Ascensiana. Lugduni impens. Martini Bolion ac industria Iohannis de la place. 1512. 12. Mai. Cum diligentissima Iodoci Badii Ascensii textus explanatione. Contuli cum ed. Gernh.

9) (α2.) Ascensiana ed. de ann. 1520. quem numerum in fronte gerit; in altera pag. annus legitur 1512. (hunc numerum mallem retinuissem) in fine 1521. per Iodoc. Badium Ascensium. Lutetiae Paris. fol. *Gernh.*

10) (a1.) Ed. Aldina. Venet. 1517. 8. Ebert. 4561. Contuli c. G.

11) (a2.) Ed. Aldina ex rec. P. Manutii. Venet. ap. Aldi filios 1552. 8. Ebert. nr. 4258. Contuli cum ed. Gernh.

12) (ed. Lips.) Ed. Lipsiensis ex aedibus Nicolai Fabri 1521. Variae Lectt. datae sunt a cap. 16. Non semper spernendae. Collatio facta est cum edit. Wetzel. 1.

13) (f.) Ed. Frobeniana. Basileae in offic. Froben. 1528. 4. Curavit Desiderius Erasmus, cuius annotationes in fronte libri leguntur. Contuli cum ed. Gernh.

14) (cr.) Ed. Cratandrina. Basil. 1528. f. Ebert. nr. 4253. Praestantissimas exhibet lectiones. Ad marginem variae lectiones notantur, quas notavi (marg. cr.). Collatio facta c. Gernh. ed.

15) (S.) Ed. Francisci Sylvii. Ianuario 1530. in officina Ascensiana. 4. In praefatione habet haec: „Antiqua exempla studio multo disquisita nactus sum tandem: sed maxime tria; unum anno abhinc (1523.) quinquagesimo impressum: quo fere tempore haec imprimendi ars inventa est. Alterum multo multoque antiquius ex Bibliotheca Sancti Victoris, cuius literae antiquitatis situ prope obliteratae erant. — — Tertium ut antiquissimum, ita emendatissimum, quod mihi dedit utendum Petrus Gillius. — Horum exemplorum fide subnixus hunc Tullii librum, quoad fieri potuit, emendavi." In paucis tamen differt a Vindelini lectione. *Orell.*

16) (h1.) Ed. Hervagiana. Basil. ap. I. Herva-

gium 1534. f. Ebert. nr. 4254. Ad calcem libri additae sunt variantes lectt. nescio an e cod. aliquo. Nominavi (cod. Herv.). Contuli c. ed. Gernh. Hac editione usus videtur Gronov. Vid. not. ad nostri libelli cap. 15, 5. Aliam habuit Gernhardus:

17) (h2.) Ed. Hervagiana. Basil. 1540.

18) (V.) Ed. Petri Victorii. Venet. ap. Luc. Ant. Iuntam. 1536. f. Ebert. 4255. Collata est a me et ab Orell. (a me facta coll. c. ed. Gernh.).

19) (m.) Ed. Paulli Magnoli. Orellius in Ind. editt. ad Cic. Paradoxa haec notavit. „Venetiis 1538. adeo rara, ut a quibusdam in prorsus deperditis habita sit."

20) (M.) Ed. Paulli Manutii 1555. *Orell.*

21) (ed. Lugd. 1556.) Lugduni apud Theobaldum Paganum cum commentar. Xyst. Betuleii, Erasmi Roterodami, Petri Balduini, et Petri Marsi. *Gernh.*

22) Ed. Wolfgang. Anemoecii de a. 1568. Coloniae Agripp. prodiit 8. *Gernh.*

23) (La.) Ed. Caroli Langii Antverp. ap. Plantin. 1563. Ego contuli c. ed. Gernh. „Aegre carui inprimis Caroli Langii Ed. altera. Antverp. 1567. 8. frustra ubivis quaesita. Bene de Tullio meriturus erit, qui eam aliquando contulerit." *Orell.* Plures habet Langii editio annotationes bonas. Is usum se esse ait variis iisque vetustissimis libris, quos ipso testante sumpsit cum ex Gallia atque aliunde, tum praecipue de Abbatis Benedictorum huius fere provinciae (Belgii). Vidd. eius Annotatt. adiectae Andr. Schotti Observatt. Humanis. Vid. Beck. Praef. l. c. p. LXXVII. Laudat ad Catonem Maiorem exemplar Bibliothecae D. Iacobi Leodieni; librum G. S. Tru-

donis pulcerrimum et antiquissimum quod servetur apud Centrones; provocat interdum ad librum vetustissimum vel ad plures veteres libros.

24) (L.) Ed. Lambiniana ex codd. MSS. emendata et aucta. Eiusdem Lambini annotationes s. emendationum rationes, index et fragm. omnia. Lutetiae ap. Iac. du Pays. 1566. f. Opp. Cic. T. IV. Haec una est editio, quae veram Lambinianam textus recensionem exhibet. Graevius usus est edit. Argentoratensi 1581. 8. Lambini nomen ementita. Lambini lectiones magnam partem ad marginem relegatae, quas (marg. L. 1584.) insignivit Orell. Unde qui Graevium secuti sunt pessimos et incredibiles errores commiserunt. Optime hac de re disputavit Orellius in Praefat. ad Cic. Opp. omnia. pag. VIII. §. IV. seqq. Ebert. nr. 4262. Lambinus T. I. plures contulisse libros scriptos, aut varias lectt. inde enotatas habuisse se dicit. Laudat hos libros: plures Memmianos (interdum tres) ab Errico Memmio, supplicum libellorum magistro acceptos; duos Huraltinos, quos ipsi dederit Io. Huraltus, supplicum libellorum in regia magister, affinis suus; Cuiacianum a Iac. Cuiacio iurisconsulto sibi concessum; Clericanum a Davide Clerico datum; Petri Danielis Aureliani membranam antiquissimam. (fortasse est eadem, quae postea Bongarsii fuit, quaeque in Bernensium bibliotheca asservatur. Vid. Beck. l. c. p. LXXXV.). Saepe autem nunc simpliciter unus vetus codex pluresve laudantur. Vid. Beck. l. c. p. LXXIII. seqq. Lambini notae sunt egregiae. Contulimus editionem et ego et Orell. (ego cum Gernh.).

25) (P.) Ed. Suffridi Petri. Basil. 1568. 8. Praeter alios excussit Cd. Erfurtensem, et „fragmentum egregium in Catonem" a Lud. Carrione subministratum. Lectio integra. *Orell.*

26) (w.) Ed. Wecheliana. Francofurti ap. Wechel. 1590. Curavit Fr. Sylburg. In fine libri notae VV. DD. leguntur. Ascriptae sunt huius libri margini notae aliquot haud spernendae; in quibus laudantur lectt. MSS. Caesareensium. Quos qui sint, ignorare fateor. Communicavi paucas illas notas in commentario, ubi aliquid boni continerent. Ebert. nr. 4264.

27) (3.) Ed. Graevii maior. Amstelodami 1688. Is in Praefat. edit. Offic. etc. duos codices commemorat membranae pervetustae, quamquam lacerae et mancae, quas aere suo comparatas ipsi miserit frater, Godofred. Graevius, Lipsiensis, et membranaceum cod. ut recentiorem, ita deterioris notae. Usus est etiam codice Erfurtensi, quem Wunderus nuper denuo contulit; sed ita negligenter comparavit Graevius, ut vix internosci nunc possit, nisi eundem codicem esse certis argumentis probaretur, an fuerit idem. Deinde Puteanum codicem et Pithoeanum adhibuit. Primus est a Claudio Puteano, alter nomen habet ab egregio illo Pithoeo. Ab Eduardo nempe Bernardo Oxoniensi habuit exemplar editionis Argentoratensis Lambinianae, in qua Pithoeus orationes et alios Ciceronis libros cum membranis manu exaratis contulerat, et minoris Gryphianae anni 1550. cuius margini idem adnotaverat lectiones ex duobus MSS. excerptas, inter quos codd. optimus erat, cum quo Gryphianam composuerat,

ut discimus ex Graevii praefat. l. c. Haec Burmann. praef. ad Rhet. p. XXXIX. ed. Garaton. Vid. Beck. l. c. p. XC. seq. Appellavit codd. Pithoei Excerpt. Pithoei, idque retinui nomen (Exc. Pith.). Praeterea duos saepe nominat codd., alterum optimum vel vetustissimum, vel primum; alterum nominavit secundum. Aliquoties tres Palatinos, alias quatuor laudat. Editione Langiana secunda 1567. usus videtur. Nam quum conferrem notas Langianae primae 1563. alia aliter dicta, alia omissa, alia a Graevio addita vidi. Graevii notae non sunt sine pretio. Suis autem notis adiecit notas Dionysii Lambini, quae magnam partem in vera Lambini edit. 1566. aliter leguntur; F. Ursini, Guilielmi, Aldi Manutii, nec non selectas aliorum. Laudavit nempe libros Balduini, tres codd. Vincentii Contareni, eorumque VV. DD. communicavit animadversiones. Semel nominavit codicem Gabrielis Faërni, cuius libros et in alios et in Ciceronem scriptos servari apud Cardin. Bar. Buoromeum dicit Malaspina. Et in animadversionibus quidem nonnulla Cic. scripta (Or. p. Font., p. Flacco, Philipp.) saepe antiquum cod. (Vaticanum) secutus Faërnus emendavit orationum vulgatam Ciceronis. Fortasse est idem codex, quem citavit Graevius. Vid. Beck. l. c. p. LXXXII. — Fulvius Ursinus in notis in Cic. Antverp. 1581. et in edit. Opp. Cic. cum Adnotatt. Lambini, adiectis nunc primum Fulvii Ursini Romani notis, Genevae 1584. IV Tomis. fol. saepe ad libros manuscriptos provocat. In his inprimis ille fuit, quem nunc simpliciter veterem librum, nunc pervetustum eumque optimum

nominat, alii Ursini librum dixerunt. Semel laudavit librum manu Pomponii Laeti exaratum. Vid. Beck. l. c. p. LXXXII. — Ianus Guilielmus anno 1584. Avarici Biturigum anno aetatis trigesimo mortuus multos libros scriptos in Germania, Gallia, Belgio asservatos contulit. Multis annis post eius mortem exemplar, cui Guilielmus ascripserat varias lectt. vel a se vel ab aliis emendatas ad Ianum Gruterum pervenit, qui opera duorum iuvenum, Iani Gebhardi et Davidis Clerici, usus, his copiis adornavit editionem Hamburgensem, ita tamen, ut non omnem lectionis varietatem afferret. Laudantur a Guilielmo codex Ioannis Matalii Metelli, Francisci Pithoei liber, tres MSS. Mauricianus, Celberdensis, Victorianus, Hittorpianus, qui saepe facit cum optimo cod. Erfurtensi, chartaceus Suffridi Petri. Erphurdenses (sic scripsit Guilielmus) libri, veteres libri simpliciter dicti. Vid. Beck. l. c. p. LXXXVI. Notae Guilielmi et Gruteri criticae sunt bonae. — Aldus Manutius Pauli filius uno et viginti codicibus usum se dicit in emendando de senectute dialogo. Plures faciunt cum bonis manuscriptis. Notae historicae et exegeticae non sunt contemnendae. Ad Catonis locum cap. 3, 5. ut confirmaret lectionem *nobilis* laudat antiquum librum a patre acceptum, quem huic dederit Guilielmus Sirlettus Cardinalis.

28) Ed. Gronovii 1692. ex qua varias lectt. codicis a se collati exscripsi (Cod. Gronov.).

29) Ed. Isaaci Verburg. Amstelod. 1724. Hic aliquoties varias lectt. ex MS. laudat, quem nominavi (MS. Verb.).

30) Ed. Iacobi Facciolati. Venet. 1747. cum scholiis. Usus est ea Gernhardus, ut priori.

31) Ed. Lallemandi. Paris. ap. Barbou. 1768. 12. Ebert. 4274. Lectt. codd. Parisinorum aliquoties laudavit, notis additis, quae maximam partem sunt aliorum (Lall.).

32) (1.) Ed. Io. Aug. Ernesti Opp. Cic. T. IV. P. II. Halis 1776. Usus est plurimis editt. vett. (Vid. Praefat. ad Cicer. Opp. rhet.) sed iuste negligentius.

33) (W.) Ed. Io. Chr. Fried. Wetzel. prima edit. Lignitii sumptibus David. Siegerti 1792. Vid. Censuram in Neue Allg. Deutsche Biblioth. 1 Stück. 1. p. 142. seqq. Edit. altera 1817. Notis selectis Ernestii addidit suas.

34) (g.) Ed. Io. Adam Goez. Cic. de Senect. et Somn. Scipionis cum notis et interpretatione Graeca Theodori Gazae. Norimberg. 1801.

35) (2.) Ed. Chr. Godofr. Schütz. Cic. Opp. T. XVI. P. I. Lips. 1817. Multa audacter mutavit. Paucas annotationes criticas adiecit.

36) (G.) Ed. Aug. Gotth. Gernhardi cum scholiis Iacobi Facciolati suisque animadversionibus. Lipsiae ap. Gerh. Fleischer. iun. 1819. Quae ad criticam artem, ad grammaticam, ad historiam et ad verborum interpretationem pertinent, plurima optime exposuit. Censuram huius libri egerunt Vir Excellent. Godofr. Hermann. in Leipziger Literaturzeitung 1819. nr. 122—123. p. 970—977. — V. D. in Jenaische Literaturz. 1820. nr. 151. et Moserus in Heidelberger Jahrb. 1819. p. 785. qui et in hac censura et in illa editionis Billerbeck. et in Sym-

bolar. critt. ad aliquot Ciceronis locos specim. alter. Ulmae 1828. 4. p. 28. et in censura Variar. Lectt. e cod. Erf. a Wundero enotatt. Heidelberger Jahrb. 1828. 5. p. 489. duorum codicum, quorum unum nominat Ulmensem Schermerianum, et editionis Argentorat. ap. Schurer. 1515. aliquot lectiones attulit. Gernhardus usus est etiam notis libri, qui inscribitur: I. Withof kritische Anmerkungen über Horaz und andere röm. Schriftsteller, von H. A. Grimm. III. Stück. Düsseldorf 1793. Praeterea adiunxit notas Drakenborchii ad nostrum dialogum de ann. 1723. quas a Muellero accepit. Usus sum autem Gernhardianae editionis lectionibus in notarum lemmatis, quod, cur vulgatum repudiaris non potest ante intelligi, quam reliquas lectiones laudaveris et, cur reiiciendas eas censeas dixeris. Perversum est enim summam rei praeponere disquisitioni. Vulgatam ego dixi Gernhardianum contextum. Ubi nihil variae lectionis in notis notavi, mei libri consentiunt cum vulgata. Orellii lectiones editionum veterum nominatim attuli, quod is ex suis editt. non omnes varias scripturas enotavit. Quae in parenthesi inclusae leguntur lectiones sunt ex eo libro, qui ultimus est nominatus. v. c. o Tite] *o Attice* d1. 3. 4. (*o* om.) h. e. dresdens. 4. omittit vocabulum *o*.

37) (Billerbeck.) Ed. Ludovici Iulii Billerbeck. M. Tullii Ciceronis Cato Maior seu de senectute. Zum Gebrauch für Schulen neu durchgesehen und mit den nothwendigsten Wort- und Sacherklärungen ausgestattet von Dr. Ludwig Billerbeck. Hannover, im Verlage der Hahnschen Buchhandlung.

80 S. gr. 8. 1826. Cuius libri censuram composuit Müller. Rect. Gymn. Coislin. in Iahn Jahrb. f. Philol. u. Pädag. 1828. 1. Bd. 2. Heft. p. 230—33. Moser in Heidelb. Jahrb. 1826. 10. Heft. p. 984—87.

38) (Editor Lipsiens.) Editio Büchlingiana prima 1797. edit. 2. ab alio curata, melior quam Billerbeck. 1825. in scholarum usum edita.

39) (N.) Ed. Nobbiana. Lips. apud Tauchnitz. 1827. Volum. 32.

40) (O.) Ed. Orelliana. Vid. Cic. Opp. Vol. IV, P. II. p. 238—270. Omnium praestantissima.

41) (ed. vet.) Editio vetus sine loco et anno, quae servatur in Biblioth. Lips. Senat. Desunt cap. 19—23. Singulares aliquas habet scripturas, sed non bonas.

Scriptae sunt etiam a pluribus VV. DD. ad nostrum dialogum observationes, in quibus etiam numerandae singularum editionum censurae, quas omnes consului. Praeter eas censuras, quas nominavi, usus sum censura V. D. libri: Cicero's Cato der Aeltere oder vom Greisenalter und Laelius oder von der Freundschaft, übersetzt von Matthaeus Pahl. Stuttgard bei Metzler. Uebersetzungsbibliothek der römischen Klassiker in Allg. Schulz. 1828. Abth. II. nr. 108. p. 893—94. v. X.

Franc. Nicolai Kleinii Programma: „Aevi medii scriptorum, inprimis Vincentii Bellovacensis [erat is monachus Dominicanus de Burgundi, natus et denatus in monasterio Bellovacorum (Beauvais). Scripta eius collecta edita sunt Basil. 1481. Vixit regnante Ludovico IX. circa ann. 1286.] indicantur et examinantur loci e Ciceronis libello de senectute

excerpti." Confluentibus 1813. 4. benigne mecum a V. Cl. communicatum. *Orell.* Semel laudatur Io. Sarisberiensis [natus 1110 Salisburi (Salisburg. in Anglia) scripsit Polycraticum s. libr. VIII. de nugis Curialium et vestigiis philosophorum.] et Burlaeus [Burley. Anglus circa ann. 1308. scripsit Tractatus in Naturalem et Moralem philosophiam].

Observationes nonnullae ad Ciceronis librum de Senectute. Scrips. O. M. Mueller. Coislin. in Seebode Archiv für Philol. I, 2. p. 355. Excerpsit paucas lectiones edit. cuiusdam Ascens. (α3.) et cod. Guelferbytani (cod. Guelf.) a Seebodio secum communicatas.

Schellerus in Obss. ad priscos scriptores Romanos commemoravit edit. Venetam 1498. (v4.). — Quoties Loers in Lectt. e cod. Trev. enotatis laudavit lectiones editt. Delphinae, attuli; idem ad cap. 9. et 17. edit. Romanam ap. Ulricum Gallum (Hahn.) 1469. (Contulit eam Schneider. Prof. Vratislav. in *Biblioth.* Silesiaca, et communicavit cum Kleinio Confluentino lectiones inde excerptas.) ed. Colon. 1505. et codicem Gudianum 2. Semel ipse laudavi ed. Lugdun. apud Matthiam bonhomme 1498.

Magnam utilissimarum observationum copiam, quae ad nostrum librum pertinent, reperies in Hottingeri Eclogis Ciceronianis, denuo editis ab Ochsnero, Turici 1820. (Ochsner.) qui plurima de suo attulit praestantissima.

Transeundum est ad iudicium de codicibus et editionibus ferendum. Qua in re sequor Orellium, ipsius verbis additis:

„Quum copias istas attentius examinassem, vidi

inter innumerabiles huius libelli codices duas praecipue familias distinguendas esse: unam codd. antiquiorum, meliorum, minus glossematis inquinatorum, Regii, Erfurtensis, Trevirensis, Basileensis ex meis [adde: Lipsiensis α. (nam ex paucis illis lectionibus, quas publici iuris fecit Ill. Hermannus, non effeceris, quod voluit Orell. peioris hunc cod. esse generis) Dresdensis 1. 2. 5], in ordine verborum ac lectionibus ipsis praestantioribus mirabilem in modum saepissime conspirantium; hisque simillimi erant fragmentum Carrionis, codex optimus Graevii, Pithoeanus, alii, quos rectissime iudicio secuti sunt Manutius, Lambinus ac Suffridus Petrus: alterum genus est vulgarium, ordinem verborum peiorem exhibentium, ubique glossematis et interpolationibus deturpatorum; quo referendi sunt l. p., [recte iudicavit de Lipsiensi tertio (lγ. l.), non item de Paulino (lα. p.) MS. Vid. supra. Cd. Moseri, Cdd. Gernhardi; inprimis A. (Cizens. A. [a.])] [Dresdensis 3. 4. Lipsiensis β.] item ii, e quibus fluxerunt Editiones pleraeque inde a Veneta Vindelini. Etenim duplex itidem est editionum familia; purior una, ut ante dixi, Manutii, Lambini, Petri [edd. Mediolanensis, Cratandrina, Langiana], neutiquam tamen immunis a vitiis suis propriis; altera reliquarum, a me [et a me] consultarum, in quibus tamen e melioribus libris quaedam Victorius, alia Graevius, permulta vero Gernhardus scite emendaverunt. E pessimis autem repetitionibus Lambinianis et fortasse Aldo Nepote derivatus est contextus Oliveti, Facciolati, Goezii,

quorum lectiones rarius memoravi. Iam quum mihi propositum esset consensum sequi optimorum Cdd. R. E. T. b. [qui apud me insignitur bas. la. d1. 2. 5. et editt. Med. cr.], ibi praesertim, ubi Regius antiquissimus praeiret, factum est, ut longe mea recensio recederet etiam a Gernhardiana, similis autem in multis evaderet Manutianae, Lambinianae ac Petrinae; ita tamen, ut horum, Petri praesertim errores, quoad eius fieri posset, devitarentur."

PROLEGOMENA

In M. Tulli Ciceronis Catonem Maiorem s. de senectute dialogum.

Extremum est ut quaeramus, quo tempore scriptus sit Ciceronis de Senectute dialogus, quod sit argumentum, quid de compositione ipsa iudicandum, quae personae inducantur disputantes, qui fontes, qui imitatores huius libri fuerint.

Misit hunc libellum M. Tullius Cicero ad T. Pomponium Atticum, familiarem suum, cuius vitam copiosissime scripsit Cornelius Nepos. Commemoratur autem noster dialogus a Cicerone ipso de Divin. II, 1, 3. ubi libros de philosophia a se scriptos enumerat, his verbis: *Atque his libris annumerandi sunt sex de Republica, quos tunc scripsimus, quum gubernacula reipublicae tenebamus. — Interiectus est etiam nuper liber is, quem ad nostrum Atticum de Senectute misimus. Inprimisque, quoniam philosophia vir bonus efficitur et fortis, Cato noster in horum librorum numero ponendus est.* Ep. ad Att. XIV, 21. *Legendus mihi*

saepius est Cato Maior, ad te missus: amariorem enim me senectus facit: stomachor omnia. XVI, 3. *Quod scribis te magis et magis delectari, O Tite, si quid ego: addis mihi scribendi alacritatem.* ep. 11. *O Tite tibi prodesse laetor.* A Plutarcho laudatur idem liber in vita M. Catonis Maioris cap. 17. lin. 24. p. 346. B. ed. Francofurt. ubi quum de L. Flaminini scelere (vid. nostri libr. cap. 12, 11.) dixisset, ita pergit: *Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι ταῦτα ἱστοροῦσι καὶ ὅ γε Κικέρων αὐτὸν τὸν Κάτωνα διηγούμενον ἐν τῷ περὶ γήρως διαλόγῳ πεποίηκεν.* Sed quod in pluribus Ciceronis libris accidit, ut annus, quo sint scripti, non possit certis argumentis demonstrari, id in nostro quoque dialogo usu venire videmus. Nam qui laudantur loci seculum significant, non annum. Primus locus, qui est in II. de Divin. 1, 3. nihil aliud ostendit, nisi compositum librum esse post libros de Republica, qui a. u. C. 700. scripti sunt ex computat. Varron. Vid. Hand in Ersch und Gruber Encyclopädie der Künste und Wissenschaften 17. Theil. s. v. Cicero. p. 229. a. Recte enim dubitat Vir quidam Doctus, qui (subscripta litera *Θ*.) elegantem scriptionem composuit de tempore, quo scriptus sit dialogus de Senectute in Seebode Archiv f. Philol. und Päd. 1824. 4. Heft. p. 788. seq. num verum sit, quod vulgo perhibeant, eodem anno (quo scripsisse fertur Cicero haec de libris philosophicis i. e. anno aetatis 63.) libros de Divinatione absolutos esse. In quo loco critici haud dubie vocem *nuper* argumentum sumserint, quo annum, cui Cato

assignandus sit, docere se posse arbitrarentur. Satis autem notum esse ex ipsius Ciceronis libris, *nuper* de longiori quoque tempore adhiberi, collato loco de Nat. Deor. II, 50. *Quid ea, quae nuper, id est paucis ante seculis, mediocrum ingeniis reperta sunt.* Similiter in orat. pr. Sulla cap. 32. *nuper* pro *ante triennium* legi. Etiam in eo loco, cuius causa haec dicta sint, *nuper* se ipsum longioris temporis iudicium prodere, quum compositum legatur cum tempore diu perfecto, quo gubernaculum reipublicae Cicero tenuerit. Quam explicationem et verbum *interiectus* suadeat. Alter locus, qui reperitur in Ep. ad Att. XIV, 21. quae scripta est a u. c. 709., quum Cicero agebat annum 62., non evincit, ut idem V. D. acute observavit, libellum istum antea non fuisse. Cicero enim, si diligentius edoceri cupis, Catonem suum ibi commemorat tanquam satis diu notum. Verbis enim illo loco allatis significare videtur, se nunc denique in dies maiorem ex Catone capere fructum, quamvis ante exstiterit. Ad idem fere recurrit, quod in Ep. ad Att. XVI, 11. habemus, ubi verba *O Tite* opusculum de senectute significant, quippe quod sic ordiatur. Quartus denique locus in eod. libro ep. 3. nihil aliud demonstrat, nisi Atticum fuisse senem, quum Ciceronis librum legerit. Scripsisse autem Ciceronem hunc librum ante Laelium, ipse Cicero in Lael. 1, 11. his verbis dicit: *ut in Catone Maiore, qui est scriptus ad te de senectute, Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loque-*

retur, quam eius, qui et diutissime senex fuisset, et in ipsa senectute praeter ceteros floruisset: sic — idonea mihi Laelii persona visa est, quae de amicitia — dissereret. §. 18. *ut tum ad senem senex de senectute, sic hoc libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsi.* 3, 7. *senectus — quamvis non sit gravis, ut memini Catonem anno ante, quam mortuus est, mecum et cum Scipione disserere, tamen aufert eam viriditatem, in qua etiamnum erat Scipio. Laelius* autem secundum Beierum (vid. Introduct. ad Lael.) scriptus est a. u. 709. ante libros *de Officiis* (Vid. l. II. de Off. c. 9. pr. et Beier. ad III, 33. p. 418.), sed aliquanto post *Catonem Maiorem* (vid. Lael. ll. cc.). Iam vero ex his locis quum annus non possit definiri, quaerendum esse ait ille D. V. manifestius temporis iudicium, quod petit ex ipso libro de senectute. Ita autem disputat: „Ut alia taceam, ad ipsum librum de senectute haec lecturos revoco, in cuius capite primo Cicero: „Nunc, inquit, mihi visum est, de senectute aliquid conscribere. Hoc enim onere, quod mihi tecum commune est, aut iam urgentis, aut *certe adventantis senectutis*, et te, et me ipsum levari volo.“ Quibus verbis disertissime dicit, neque se, neque Atticum tunc temporis ad limen senectutis pervenisse. Quaeritur nunc, quo vitae anno senectutem incipere Cicero statuerit. Ipse se ducem nobis praebet. In eiusdem libri capite 17, ubi e Romanorum veterum sententia *senectutis initium annum quadragesimum sextum* ponit, *hominem certe quinquagenarium se-*

nem habuisse videtur. Quocirca Ciceronem, quum Catonem scriberet, vix ultra quinquagesimum annum aetate provectum fuisse arbitrari licet, sexagesimum superasse nemo erit, qui opinetur. At huic opinioni obesse videntur, quae in Laelii capite primo legimus: *ut tum ad senem senex de senectute, sic hoc libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsi.* Nihil obstant, quum supra edocti simus, quo anno aetatem humanam Cicero senectutem appellaverit. Hanc autem sibi dixit adventantem. Idcirco Ciceronem paullo post reditum disputationem de senectute litteris consignare aggressum esse, veri est simillimum. Annum vero, quo scriptus sit, investigare, iudicibus relinquo acutioribus:" Sed ex his nunquam efficietur, quod voluit ille V. D. Nam ex eo, quod, quantum veteres Romani spatium ad senectutis initium esse voluerint, dicit Cicero, non sequitur, ipsum hanc sententiam probasse, ut quo tempore scripserit dialogum, possit definiri. Quinquagesimum autem annum eum excessisse docet locus ex libro de Divin. Natus enim erat, cum scriberet libros de Republica quinquaginta duo annos. Demonstrare autem student VV. DD. ex Ep. ad Att. XIV, 21. librum scriptum esse a. u. c. 709. quod epistola illa eo tempore scripta sit. Hoc argumentum nullum esse, vidimus p. XLVI. Optimum est igitur medium quoddam tempus ponere, ut fecit Vir Ill. Hand in Erch und Gruber Encyclopädie der Künste und Wissenschaften 17. Theil. s. v. Cicero. p. 236. a. qui anno 708. librum dicit confectum. Nam hoc fere tempore Cicero pluri-

mum habitabat ruri, ubi literis operam suam posset navare. Vid. Ep. ad Famil. XIII, 77. et Middleton Römische Geschichte. Bd. 3. p. 260. Ante hoc tempus in reipublicae fluctibus versabatur. Dialogum esse fictum ipse Cicero significat cap. 1, 5. Tempus, quo habitus fuisse fingitur optime intelligitur ex Lael. 3, 7. *Senectus — quamvis non sit gravis (ut memini Catonem anno ante, quam mortuus est, mecum et cum Scipione disserere.) tamen aufert eam viriditatem, in qua etiamnum erat Scipio.* Mortuus autem est anno 604; aet. 85. L. Marcio Censorino, M? Manilio Css. Vid. Vell. Pat. II, 13, 1. et Catonis vitam in Ersch und Gruber Encyclopädie. s. v. M. Porcius Cato. Efficitur igitur annus 603. U. C. quo Css. fuerunt T. Quinctius Flamininus et M? Acilius Balbus. Eundem annum habes, si comparas cap. 10, 3. *quartum ago annum et octogesimum.* Natus est enim anno 519. Posthumio et Curvilio Css. annum ante Q. Fabium Maximum. Vid. Gernhard. ad cap. 4, 10.

Causam autem cur Cicero hunc librum scripserit, quum ipse cap. 1. attulerit, nolo repetere, illud tantum moneo verbis cap. 1, 2: *te suspicor iisdem rebus, quibus me ipsum, interdum gravius commoveri; quarum consolatio et maior est, et in aliud tempus differenda,* et versibus initio positis, ex Ennio in suum usum translatis significari et ipsum Ciceronem et Atticum sollicitos fuisse de rep. Romana, quae eo ipso tempore, quo haec scripsit, bello civili Caesariano maximis agitabatur fluctibus et tempestatibus. Cicero quum natus esset 646. an-

num agebat 62. Atticus autem ann. 66. quum teste Nep. c. 7. ineunte bello Caesariano (49. a. Chr. n.) annos circiter 60. haberet.

Inscriptionem dialogus habet duplicem et a persona primaria et ab argumento. Primaria persona est Cato, quem docentem facit iniustas esse causas, cur accusetur senectus. Huius autem personam elegit principem, quo satis auctoritatis haberet oratio. Nam primum, ut recte disputat Gernh. Praef. p. XIII. not. 1. hunc constabat primam aetatem laboribus, sobrioque victu exercuisse, in foro, in senatu, in castris, domique pro suae aetatis modo cuius vis virtutis et liberalis laude splendere, summisque honoribus ornatum, e triumpho non in mollitiem, ac desidiosum otium delapsum esse, sed, ut diutissime senex fuerit, sic in senectute constantia, gravitate, consilio, auctoritate, omnino sapientia praeter ceteros floruisse. Atque haec tanta Catonis excellentia, in qua erat condita per comitatem et facilitatem severitas, in hoc ipso sermone Cicero effecit ut expromeretur, efflorescеretque senectutis imago admirabilis. Huius viri, cui ad bene beateque vivendum nihil defuit, admiratio sermonis est causa iustissima. Recte vituperat Cicero Aristonem Chium, quod Tithonum induxerit in dialogo suo de senectute disputantem. Parum enim esse auctoritatis in fabulosa persona. Quamquam enim ex fabula summam adeptus erat Tithonus senectutem, tamen et propter inconstantiam, quippe qui immortalitatem optasset eamque adeptam sibi adimi voluisset, et quod tota res erat ficta, nullam habuis-

set talis persona auctoritatem, cuius rei causam attuli ad dialogi nostri cap. 1, 5. p. 10. Dignissimum autem Catonis sapientia est hoc (sunt verba Gernhardi l. c.), ut qui propositam rem exploratam, perspectamque habet, quid sentiat cum uno vel pluribus sciendi eis quidem cupidis communicet. In quo per diverbium quaestionis propositae opportunitas a Scipionis et Laelii ducitur admiratione, qua Catonem senem iam saepe intuiti, nunc demum, quid sentiant eloquuntur, causamque senectutis contra iniquiores adversariorum vituperationes defendandae sensim sensimque aperiunt, simul senis vigorem et alacritatem commovent, ut denique sponte sua sententiam exponat, filumque sermonis ducat sic, ut non opus novis sit adolescentium interrogatiunculis. Quare Cicero in tribus rogationibus cap. 2. pr., tum eodem cap. extr., denique medio cap. 3. Laelium et Scipionem finxit acquiescere, deinceps reliqua, ut eorum verecundiam decebat, audire. Sed cur Scipionem Africanum iuniorem Catonis verba audientem fecerit, ipse Cic. de Rep. II, 1, 1. his verbis dicit: Catonis hoc senis est, quem, ut scitis, unice dilexi maximeque sum admiratus, cuique vel patris utriusque iudicio, vel etiam meo studio me totum ab adolescentia dedidi; cuius me nunquam satiare potuit oratio: tantus erat in homine usus reipublicae, quam et domi et militiae quum optime, tum etiam diutissime gesserat; et modus in dicendo, et gravitate mixtus lepos, et summum vel discendi studium vel docendi, et orationi vita admodum congruens. „Accedit ad huius

sermonis elegantiam Catonis personae eam quidem debitam aliud ornamentum, (utar enim Gernhardi verbis Praef. p. XIV.) quod Q. Ennii memoriam hoc quoque libro recoluit, senemque Catonem, si non ipsum poetam fingere licuit, at Ennii tamen amore et sermone imbutum ostendit, ut sentiamus, quam conspiret brevissima haec laus §. 1. *Ille vir haud magna cum re, sed plenu' fidei*, cum miranda illa Quinctiliani voce X, 1, 88. *Ennium, sicut sacros vetustate lucos, adoremus, in quibus grandia et antiqua robora iam non tantam habent speciem, quantam religionem.*" De eius vita nihil moneo, quum diligentissime de ea disputaverit Columna ad Hesselii editionem Fragment. Ennii. Laelium autem cum Scipione coniunxit, quod celeberrima P. Scipionis Africani minoris familiaritas cum C. Laelio erat, teste Cic. in Lael. c. 1, 5. ad q. l. vid. Gernh. Sed de Catonis, Laelii et Scipionis persona et vita quum copiosissime dixerit Wetzel. in Excc. ad Caton. et Lael. nolo esse longus.

Quamvis autem hic de senectute liber lectu sit dignissimus et magna arte et perspicuitate compositus, quae efficit, ut non opus sit argumentum eius scribere, fuit tamen Vir D. Guil. Richterus, qui singularem libellum conscripsit *de laudandis et vituperandis in libro Ciceronis de senectute* Gubenae 1805. Cui recte Gernhardus Praef. p. XVI: nihil profecto agunt, qui tali excusatione vel defensione egere putant praeclara veterum scriptorum ingenia! Sed has vel criminationes vel laudationes enarrare et critica arte persequi longum est. Simile quid fecit

F. S. G. Sack. in libro, qui inscribitur M. Tullius Cicero's Kato der Aeltere, oder von dem Greisenalter; übersetzt und erläutert. gr. 8. Berlin 1810.

Usus denique est Cicero in hoc labore conficiendo pluribus Graecis scriptoribus. Capite II. III. XIV. XXI. plura Platonis vel liberius convertit, vel paullum immutavit. Capite XVII. XXII. Xenophontis verba expressit. Cap. XIX. Hippocratem exscripsit. Quae singula suis locis accuratius notata reperies. Nec ineptum est indicare, plura eum de Aristonis Chii, philosophi Stoici libro, qui inscriptus erat *Τιθωνός* et ex cognomine fabula M. Terentii Varronis (Tithonus *περὶ γήρως*. Vid. ad cap. 1, 5.) hausisse. Imitati sunt Ciceronem Phavorinus et Iuncus de senectute apud Stobaeum, quos suo loco attuli. Multa inde a cap. XX. ad suum usum transtulit Plutarchus in Consolatione ad Polybium, et is, qui Consolationem scripsit, Ciceronis nomine insignitam. *Vid.* Cic. Opp. Ed. Ernest. Vol. IV. p. 1201. seqq. Etiam declamator orationis pro Marcello quaedam ex nostro libro hausit. vid. ad cap. 19, 10. seq. Satis laudabilem operam suscepit Goezius in sua Catonis editione, qui omnes locos attulit, qui de senectute plura offerunt, quique aut nostri libri imitationem produnt, aut a Cicerone nostro sunt expressi.

Haec habui, quae de mea editione dicerem, quam si non prorsus displicuisse intellexero, contentus ero, quum in tanto literarum progressu magnum sit non esse ultimum. Valete lectores et humaniter peto iudicetis.

M. TULLI CICERONIS
CATO MAIOR
SEU
DE SENECTUTE DIALOGUS
AD
T. POMPONIUM ATTICUM.

ed. Ald. p. 77 a.

I. *O Tite, si quid ego adiuero curamve levasso,* 1 1

CAP. I.

§. 1. *O Tite*] Versus hos esse Ennii poetae Rudini, quibus affatus sit Flamininum, ipse Cicero significat hoc versu: *ille vir* etc. ad quem vid. not. Intelligunt autem interpretes recte *Titum Quinctium Flamininum*, vehementer animo vexatum, sive quod ei ad bellum Macedonicum profecturo prodigia erant nunciata (vid. Liv. XXXII, 9.), sive quod frater eius Lucius a Catone censore e senatu erat cum ignominia eiectus (vid. not. ad cap. 12, 11.). Unus Manutius, quod sciam, hunc *Lucium* compellatum putat. Sed vix Ennius (sive intelligis Sextum Aelium Paetum, qua de re vid. ad vers. supr. laud.) vir summa animi integritate consolatus sit aliquem summa ignominia recte notatum. — Apte autem Cicero hos versus ad suum usum transtulit, ut amicum Atticum consolaretur de molestiis, quas tum senectus, tum status reipublicae perturbatus afferret. (Vid. Praefat.) — De initio libri Müllerus haec notavit: usitatum fuisse veteribus, ut vocibus initialibus scripta ipsa denotarent, multis exemplis ante Drakenborch. (qui laudat init. Virg. Aen. et Lucret.) docuerant Io. Ionsius scriptt. hist. philos. II, 5. et Scalig. ad Euseb. 1960. — (Cfr. Ochsner. p. 310.) Gernh. locos Ciceronis collegit, in quibus verbis *O Tite* utitur ad significandum hunc de Senectute librum. Sunt hi: Ep. ad Att. XVI, 3 *Quod scribis te magis et magis delectari*, O Tite, si quid ego: *addis mihi scribendi alacritatem.* ibid. ep. 11. O Tite *tibi prodesse laetor.*

si quid ego] *si quid te* R.

adiuro] Sic d4. ed Lugd. 1498. La. M. P. Lamb. in marg. 1584. w. Delph. Oliv. Lall. G. N. O. — *adiuvero* R. E. T. ex corr. a. Man. 1. liber Lang. — adiuero L. 3. 1. 2. — *adiuito* e. n. u. — *adiuto* bas. l*α*. d1. 2. 3. 5. Man. 20. Graev. codd. editt. vett. cum S. m. — *adiuvo* i. Ego quum optimi codd. tueantur formam pleniorem *adiuvero*, non recipio brevem illam *adiūro*, quae nusquam

Quae nunc te coquit et versat in pectore fixa,
Ecquid erit praemi?

---

legitur, sed probo concisam *adiuero.* Elisam enim a Romanis literam *v* docet Donat. ad Ter. Phorm. III, 3, 4. his verbis: *secundum u pronuntiari debet.* Quamquam hoc ipsum durum dicit Struvius in libro praestantissimo, qui inscribitur: Die lat. Deklin. u. Konjug. Königsberg 1823. p. 170 not. 35. Perraro enim litera *v*, ubi quasi ad radicem verbi pertinet, eliditur; multo minus hac eiecta litera iterum conciditur forma. vid. Struv. l. c. Duo omnino loci sunt, ubi *v* elisum est. Catull. 66, 18. *iuerint* et in Terentii l. c. *adiuerit.* Nam *sine causa* Muret. et Bentlei. contra codd. et Donati auctoritatem posuerunt *adiûrit*, quum a metro nulla sit necessitas. Drakenborch. ut nostro Ennii loco defenderet *adiûro*, comparavit *morunt* et alias verbi eiusdem formas. Sed unum est verbum *moveo*, quod talem expertum sit apud Romanos concisionem, quia si *v* eliditur, durissima est forma. e. c. *movero*, *moero.* In soluta oratione numquam fit talis concisio, sed apud poetas metri causa. Difficillime enim coeunt literae *o* et *e*; longe facilius *u* et *e* e. c. in *adiuero*, quae forma si paullo celerius pronuntiatur, quasi interiecto digammate Aeolico inter *u* et *e*, ne sentitur quidem hiatus. Levissimis sane argumentis *adiûro* defendere studuerunt Turneb. Adv. XV, 15. Voss. de Analog. III, 16. Ruddim. Instt. L. Lat. T. I. p. 326 ed. Lips. Drakenb. l. c. et Bentlei. ad Terent. l. c.

curamve] *curamque* d1. — *curave* a.

levasso] *relaxo* Man. 1. Optime de forma *levasso* pro *levavero* dixit Struve l. c. p. 172.

quae nunc te coquit] *quae te nunc coquit* d1. lα. r. v. 1. De verbi vi haec monuit Gernh.: *coquit* i. e. *perturbat*, *conficit*, ut Virg. Aen. VII, 345. et Ovid. Her. XV, 12. ad quem l. plura exempla I. N. Heinsius. Editor Lips. addit Sil. Ital. II, 462. et comparat Graecorum πέπτω s. πέσσω, πέττω Il. β', 512.

et versat in pectore fixa] Sic Lange et Seqq. — *versatque* d4. Man. 5. — *et versat sub p.* d3. in lit. lα. u. Man. 5. editt. vett. cum S. — *et versatur p.* d2. Man. 2. — *et versatur in p.* Man. 2. — *et versatur sub p.* v1. — *et vexat* Man. 1. — *vexatque* Man. 1. — *Sub* pro *in* ex eo est ortum quod T. finale produci non posse putabant, qua de re nunc in omnibus libris grammaticis disputatum est in doctrina de syllabarum quantitate. Vid., si placet, Lingium in libello de hiatu in vv. Plautt. p. 46 seqq. Ad *versat* repetendum est pron. *te*, hoc enim qui ignoraret, passivam induxit formam *versatur.* — De confusis verbis *versare* et *vexare* vid. Bentlei. ad Hor. Serm. I, 7, 15. — *firma* i. ψ. Man. 2. Med.

ecquid erit praemi] *et quid* E. Lang. — *en quid* bas. d5. e. i. n. u. η. ψ. r. v1. 2. Med. — *ecquid erat* a. — *En quid* est interpretatio; nam ex *en quis* ortum Prisciano auctore p. 556 ed. Putsch. *ecquis.* Alii male ducunt formam ab *ecce quis.* Subtilius, quam verius Buttmann. in Exc. ad Demosth. Mid. p. 146. ducit ab *ec* et *quis*; ut *ec* notionem contineat indefinitam, veluti syllaba *ali* in *aliquis.* De discrimine inter *ecquis* et *et quis* vid. Huschk. in Analect. p. 145. —

praemi] sic cod. Lang. G. O. — *praemii* E. bas. lα. d3. 4. 5. u. η. Man. 14. a2. f. V. m. M. L. 1584. P. — *pretii* R. d2. a. Man. 7. r. v1. Med. α1. cr. h1. S. L. Lall. 3. 1. g. W. 2. N. Mihi

Licet enim mihi versibus iisdem affari te, Attice, quibus affatur Flamininum

---

vox *pretii* quasi complementum videtur eius qui putaret dactylum esse h. l. debere, quem non adesse videret sive legeret *praemii* sive *praemi*. Sed non vidit se ita in aliud vitium incurrere, quo duplex *i* est in vocabulo *pretii*, quam terminationem Substantivorum secundae declinat. in *ius* et *ium* exeuntium repudiatam esse ab Enniana aetate ad Propertium primus notavit Bentlei. ad Ter. Andr. II, 1. 20. Cfr. Beier ad Cic. Off. Praef. T. I. p. IX. Heindf. ad Cic. N. D. II, 3, 9. Obbar. in Seebodii Bibl. crit. nov. 1828. fasc. 15. p. 114. Ellendt ad Cic. Brut. 1, 1. Frotscher ad Quinct. X, 1. 22. Addend. p. 263. Lindem. ad Plaut. Comoed. III. p. 130 ad Mil. Gl. II, 4, 11. Kritz ad Sall. Cat. I, 3. A quibus ex parte dissentit Forbiger ad Lucret. V, 1004. p. 445. Recte igitur *praemi* defenderunt Bentlei. l. c. Ochsner p. 311. et Gernh. qui comparat Ter. Andr. [lege *Eun.*] V, 8, 27. — Inveniuntur porro ante hunc versum in bas. Dresd. omn. e. i. n. u. (in quibus vitiose *depromeris*) η. φ. libro Ursin. Exc. Pith. a. Guelf. r. v1. 2. 3. Med. Lugd. 1498. α1. f. h1. haec verba: *et qua deprimeris*. Alius cod. Ursin. habet integrum versum *et qua deprimeris frustra noctesque diesque*. Priorem versus partem *et qua deprimeris* propter plurimorum codd. et editt. vett. consensum in contextum recipere vult Müllerus, cuius versus finem fuisse putat verba cod. Ursin. *noctesque diesque*, vocem in medio vel extremo versu positam non curat. Alteram autem versus partem propter urbanitatem Ciceronem omisisse, quod hoc non convenerit Attici moderationi et prudentiae. Haec si vera sunt, pergit, in sequentibus verbis: *Sollicitari te Tite sic noctesque diesque* non novus versus deprehendi potest, sed cum editt. vett. priora verba putanda sunt Ciceronis, non Ennii. Erasmus ut versum integrum haberet, qui inciperet a verbis *Et qua deprimeris*, adiectum voluit *post* aut *mox* aut *dein* aut *mi* pro *mihi* post *praemi*, aut simile quid. Quae omnia misera sunt supplementa. Perire autem putat Müller. orationis vim, si verba *ecquid erit praemi* non ab initio, sed in fine versus legantur. At recte hanc clausulam, quum absit ab optimis codd. Regio et Erf., interpolationem dicit Orellius; profectam puto ab eo, qui versum integrum vellet efficere.

Licet enim versibus iisdem mihi affari te, Attice] *licet enim mihi* R. E. bas. lα. d1. 3. 5. Guelf. prob. Müller. Med. α3. La. L. O. qui quidem ordo ab optimis libris profectus ipsi Ciceroni placuit de Off. I, 22, 78. *Licet enim mihi, Marce fili, apud te gloriari.* Accedit vis oppositionis, quae est in verbis *ille vir*. — *iisdem versibus* L. — om. d. 4. ubi in marg. not. — Legitur autem in libris *iisdem*, *eisdem* (Sic Orell.), *isdem*, *hisdem*, *his*. Notus est Ciceronis locus in Orat. 47, 157. sed corruptus nihil probat. vid. ad eum Orell., qui quidem ad Acad. II, 33, 105. Addend. p. 60. Vol. IV. P. I. optime hac de re disputat. Idem V. D. egregie monuit de confusis pronn. *is* et *hic* in Addend. ad Cic. N. D. II. §. 8. Vol. IV. P. II. p. 123. et Analect. ad Cic. Rep. I. §. 4. Vol. IV. P. II. p. 592, ubi inter *is* et *hic* idem discrimen statuit, quod sit apud Germanos et Italos in iisdem pron. Cfr. Kritz ad Sall. Cat. 2, 4. p. 11. — *o Attice* d1.

quibus affatur Flamininum Ille vir] *quibus Ennius affatur Flaminium* Exc. Pith. — *quibus affatur Ennius Flaminicum* d4. 5. — *Hennius Flamineum* T. — *Flaminium* habent praeterea R. E. bas. et ma-

1*

Ille vir haud magna cum re, sed plenu' fidei:
quamquam certo scio, non, ut Flamininum,

---

xima pars libror. et scriptt. et impress. cum S. m. M. In Oxx. u. η. o. v. recte est scriptum *Flamininum*, ut in aliquot Lang. Secuti sunt L. w. Lall. 3. 1. 2. G. N. Cet. — *Flamininus* est monente Drakenb. cognomen familiae in gente Quinctia, e qua ortus est T. Quinctius Flamininus qui provinciam Macedoniam sortitus, Liv. XXXII., 8. Thessaliam ingressus Philippum ad Cynoscephalas, ibid. XXXIII, 7. seqq. et Nabidem Lacedaemoniorum tyrannum vicit. *Gernh.*

ille vir] *ille ubi Ennius* d1. — *vir ille* d2. — *ille vir Ennius* e. ψ.

magna cum re] Sic MSS. Graev. Man. Cuiat. et Pith. L. Cet. — *multa cum re* lα. — *non magna re* bas. — *magna in re* P. De confusis praepositt. *in* et *cum*, et de voce *res* pro *divitiis*, *opibus* vid. Ochsner p. 312.

sed plenu' fidei] Sic L. W. 2. G. N. O. — *plenus fidei* R. E. bas. lα. d2. 3. 4. 5. omnes Oxx. Man. 19. omnes Lamb. cum Cuiat. et Pith. Med. La. w. Lall. 1. Cet. — *plenus fide* T. v1. — *fidei plenus* S. V. — *fide plenus* d1. a1. 2. m. M. editt. vett. Vide de abiecta lit. *s* in *plenus* Cic. Orat. 48, 161. Bentlei. praef. ad Terent. p. XVI. ed. Lips. Ochsner p. 218. 312. De antepenultima producta in *fidei* vid. Voss. Art. Gr. II, 13. Ochsner p. 312. Erasmus sine causa verba *ille vir haud magna in re* finem censet heroici carminis; initium alterius: *Sed plenus fidei.* Sic etiam Columna. Alii hunc versum iambum putarunt, ita legendum: *illé vir haud magna in re, sed plenú' fide.* Alii versum μείουρον statuerunt. Merula et Columna spurium eum habuerunt. Theodorus Gaza poesis vincula relaxans ita vertit: Ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ πρὸς Φλαμίνιον, ἐπὶ πράγματι μὲν οὐ πάνυ μεγάλῳ, ἔμπλεως γε μὴν πίστεως ὤν. In qua interpretatione vitiosum est πρᾶγμα, quod apud Graecos, non ut ap. Rom. pro *divitiis* usurpatur. Ceterum hunc versum probabile est, id quod voluit Drakenb., ab Ennio alii cuipiam tributum, fortasse Sexto Aelio Paeto, Flaminini in consulatu collegae, de cuius animi integritate vid. Ennii versum in Tuscul. I, 9, 18. De Ennii *paupertate* vid. cap. 5, 14. de *fide* satis constat. — Hunc versum Victor. Varr. Lectt. XXXV, 14. expressum putavit ex Eur. Or. 840 ed. Bothe. καὶ μ' ἔφερβε σὸς δόμος, πένητα μὲν, χρῆσθαι δὲ γενναῖον φίλοις, cui simile esset 889. μορφῇ μὲν οὐκ εὐωπὸς, ἀνδρεῖος δ' ἀνήρ.

certo scio] *certe scio* bas. d1. 2. a pr. m. 3. 4. 5. lα. a. b. e. i. n. η. ψ. v1. S. Semper fere scriptura vacillat inter *certe* et *certo*, de quibus formis docte nuper. disputavit Lindemann. de Adverb. Lat. Spec. IV. p. 15 ita: in *o* desinentia [Adverbia] quomodo differant ab iis, quae in *e* longum terminantur, facile potest dici. In *o* finita cum ablativo adiectivi notione coniunctissima sunt [ego prorsus Ablat. gen. neutr. Adiect. habeo]; in *e*, rationem indicant, qua se aliquid habet — — *Certo* est: mit Gewissheit; *certe:* auf gewisse Art. Quae interdum contigua sunt notionibus, nam et *certo scire* et *certe scire* dici recte potest. [idem videtur sensisse Zumpt. Gr. Lat. ed. 5. §. 264. not. 1.] Sed ex nativa alterius formae, quae est *certe* notione, facile intelligitur, quomodo fere idem, quod *saltem*, notare potuerit. Nam *hoc certe scio* est proprie: *certum est me hoc scire*, unde fere idem notat, quod *hoc saltem*

Sollicitari te, [Tite sic] noctes[que] diesque:

---

scio. Contra *hoc certo scio* est, *hoc ita scio, ut non dubitem* [ita etiam Gernh.]. Illud est τοῦτο γοῦν οἶδα, hoc τοῦτο σαφῶς οἶδα. — Ex his facile intelligitur cur *certo* arctissime verbo adhaereat: *certe* ad totum enunciatum pertineat. Sed simul causa patet, cur *certo*, id quod optime notavit Otto Schulz. Gramm. Lat. §. 101. 3. semper cum verbo *cognoscendi* et *sentiendi*, nunquam cum alio genere verborum coniungatur; idemque observavit Orelli in Addend. ad Cic. Top. §. 85. Vol. II. P. I. p. 588. Cfr. Beck. ad Cic. or. pr. Arch. 12. ex. et Kritz ad Sall. Cat. 51, 16. p. 245.

ut Flamininum] Notanda h. l. est Attractio, ex qua, ubi in comparationibus utriusque membri et comparantis et comparati praedicatum est idem, in membro comparante praedicatum omittitur et enunciatio comparans attrahitur (ut verbo utar Grammaticorum) ab antecedentis membri constructione, ut h. l. *Accus.* attractus est ab *Acc. c. Inf.* Nam non facili negotio efficiatur, Accusativum *Flamininum* pendere ex verbo *scio*, ut integra oratio sit: *quamquam certo scio, te non, ut Flamininum certo scio sollicitatum esse, sollicitari.* Non enim de sollicitudine Flaminini tam certus esse potuit Cicero, quippe qui eius curas non ex ipso audisset, sed ex scriptis Ennii tantum cognovisset. Et quid fiet hoc exemplo, quod statim sequitur *et tamen te suspicor iisdem rebus quibus me ipsum interdum gravius commoveri*, quo loco non potest repeti *suspicor;* recte enim iam Erasmus notavit, neminem de se ipso *suspicari.* De *nostris* enim animi affectionibus *certi sumus.* Vide de hac Attractione Krueger. in libro praestantissimo: Ueber die Attraction in der lat. Sprache. Untersuchungen aus dem Gebiete der lat. Spr. 3tes Heft 1827. p. 287. eundem in Seebode Archiv. für Philol. und Pädag. 1824. Heft 2. p. 273. et Heft 4. p. 654. Cfr. Grotef. Gr. Lat. §. 173. 5. Ramshorn §. 195. p. 617. Krebs §. 501. 17. Ochsner p. 313. Exemplis in his libris laudat. adde haec: de partic. *ut* Cic. Legg. III, 19, 43. Verr. Prooem. 10, 29. N. D. II, 32, 82. de Or. I, 18, 82. Rep. III, 15, 25. Tusc. I, 10, 20. 25, 61. de part. *quam* Cato Mai. 22, 6. N. D. I, 26, 74. Rep. I, 22, 35. de *pron. relat.* Cic. de Divin. II, 45, 95. ex. Tusc. IV, 20, 46. Aptissime ex Graecis exemplis hoc conferes Thuc. I, 69, 5. *τοὺς Ἀθηναίους οὐχ ἑκὰς, ὥσπερ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἐγγὺς ὄντας, περιορᾶτε.* Plat. Legg. II. p. 671. C. *τοῦτον δ' εἶναι τὸν πλάστην τὸν αὐτὸν, ὅνπερ τοτε τὸν ἀγαθὸν νομοθέτην.* Vid. Matth. Gr. Graec. max. §. 427. not. 1. p. 788.

sollicitari] *sollicitarier* d5.

te Tite] *Tite* om. d5. n. u. ψ. — *Tite sic* om. d3. sed ad marg. not. *sic* — *sicte* ed. vet. — *te* om. Man. 1. — *Attice* E. a. c. Man. 13. editt. vett. cum m. M. — *o Attice* d1. Man. 1. — *o Tite Attice* Man. 1.

noctesque diesque] *noctes diesque* E. d2. cr. f. h1. S. V. Muellerus in defendenda ista interpolatione *et qua deprimeris* suspicionem aperuit, haec verba *sollic.* — *diesque* non novum versum efficere, sed putanda esse Ciceronis, non Ennii. Efficere haec vult ex iis, quae ante disputaverat. Sed conclusio eius difficilior est ad intelligendum. Hoc tamen ei assentior, hunc versum non esse, quia nomen *Titi s. Attici* tam brevi spatio repetitum satis ieiunum est. *Sic* ab eo est, qui comparationem per particulam *ut* factam elevare vellet; denique, id quod est gravissimum, formula *noctes diesque* omissa copula

2 novi enim moderationem animi tui et aequitatem, teque non cognomen solum Athenis deportasse, sed humanitatem et prudentiam intelligo. Et tamen te suspicor iisdem rebus, quibus me ipsum, interdum gravius commoveri.

---

que, quae abest ab optimo Erfurt. et bonis editt. vett. elegantior est, quam quae librariis tribuatur, quos credibilius est addidisse copulam, ut versum et numerum facerent, quam detraxisse. Unum tantum huius elegantis ordinis pro vulgato *dies noctesque* exemplum attulit Goerenz. ad Fin. I, 16, 51. p. 72 b. seq. ex Cic. de Or. I, 61, 260. Sed plures sunt. vid. Brut. 90, 308. pr. Arch. 11, 29. ex. Rep. III, 2, 3. Tusc. V, 25, 70. Cfr. Bornem. ad Xen. Apol. §. 31. p. 75. qui comparat Liv. V, 19. Adde Kritz ad Sall. Cat. 36, 4—.

novi — aequitatem] Cfr. Cic. Ep. ad Fam. I, 9, 64. *novi enim temperantiam et moderationem naturae tuae.* — *Moderationem* in Attico laudat Corn. Nep. c. 14. *aequitas* animi autem est tranquillitas animi, ut Tusc. I, 40, 97. *Quis hanc animi maximi* (Theramenis) *aequitatem in ipsa morte laudaret, si mortem malum iudicaret. Gernh.*

teque non cognomen solum] *teque cognomen non solum* d. 2. ed. vet.

Athenis] *ab Athenis* d4 ψ.

deportasse] *reportasse* L.

sed humanitatem et prudentiam intelligo] *sed etiam* d1. e. η. f. h1. — *sed et* P. — *hum. atque prud.* d5. Med. (*providentiam*). Recte h. l. positum est *non solum — sed*, quod ita differt a formula *non solum — sed etiam*, ut, licet haec quoque gradationem significet, in illa tamen secundum periodi membrum magis efferatur; *non solum — sed etiam* vertitur optime *nicht allein — sondern auch*; *non solum — sed: nicht allein, sondern sogar.* Est enim locutio orta ex elliptica dicendi ratione e. c. *non cognomen solum Athenis deportasti, sed id quod multo pluris est aestimandum, humanitatem et prudentiam.* Sed multo usu ita detrita formula est, ut nemo, quum uteretur ea, de origine cogitaret. Cfr. Matthiae ad Cic. Cat. III, 10, 24. Frotscher ad Quinct. X, 1, 8. p. 16. Kritz ad Sall. Cat. 18, 7. Eodem modo differunt formulae *non modo — sed etiam* et *non modo — sed*, quod legitur §. 2. e cod. Lips. α. ubi vid. not. — De cognomine *Attici* vid. Cic. Fin. V, 2. Per viginti autem annos Atticum Athenis commoratum esse tradit Nep. 4. inde ab anno U. C. 667. L. Corn. Cinna et Cn. Octavio Css. usque ad ann. 689. L. Aurelio Cotta et L. Manlio Torquato Css. De *humanitate* Attici Nep. 17, 3. De ejus *prudentia* vid. Nep. c. 6. seqq. *Gernh.*

et tamen te suspicor iisdem rebus] Sic. R. Cod. Graev. Pith. receperunt 3. g. G. N. O. — *et tamen suspicor iisdem rebus te* d3. 4. et omnes editt. — *hisdem rebus te* 1α. — *susp. iisdem te rebus* Med. α3. prob. Muell. — *eisdem susp. te reb.* d5. — *te* om. d1. 2. in quo supra vers. — *suspicor te eisdem reb.* E. — *et susp. tamen* a. — *eisdem reb.* Or. *rationibus.* Pith.

quibus me ipsum] *quibus me ipsum sentio* L. P. mala interpretatio. Vid. not. ad vv. *ut Flamininum.*

interdum gravius] *gravius interd.* S. — *graviter* n. — *maxime* Med.

commoveri] *commoneri* d. 4.

Quarum consolatio et maior [est,] et in aliud tempus
differenda. Nunc autem [mihi] visum est de Senectute 3
aliquid ad te conscribere. Hoc enim onere, quod mihi 2
commune tecum [est], aut iam urgentis aut adventantis
certe senectutis et te et me ipsum levari volo: etsi te quidem id modice ac sapienter, sicut omnia, et ferre, et laturum esse certo scio. Sed mihi, quum de senectute vellem aliquid scribere, tu occurrebas dignus eo munere, quo uterque nostrum communiter uteretur. Mihi 4

---

quarum consolatio et maior est] *quarum et consolatio maior est* ed. vet. — *et* om. a.

et in aliud tempus differenda] *in* om. d2. — *et in alio tempore diff.* d3.

nunc autem mihi visum est] *visum est mihi* R. d2. Orell. — *mihi est vis.* E. T. bas. lα. d3. (*mihi* a sec. m.) 4. — *utile* post *vis. est* addunt Med. α3.

de Senectute aliquid ad te conscribere] Sic R. E. T. d2. 4. 5. omnes MSS. Grut. et Palatt. o. v. ψ. v1. B. 3. 1 seqq. — *scribere* lα. d1. 8. e. i. n. u. η. a, omnes editt. vett. cum S. m. — *al. scrib. ad te* d3. — *al. ad te de sen.* M. w. La. — *al. de sen. ad te* P. — *ad te* om. d4. — *aliquid* om. Cod. Mos. Sed cfr. Wolf. ad Suet. Gramm. 4. p. 8. *Orell.* Vid. idem Orell. ad Cic. Off. I, 2. in. not. 20. Vol. IV. P. II. P. 312. —

§. 2. *quod mihi tecum commune est*] Sic omnes editt. lα. d1. 5. — *mihi comm. tec. est* R. E. T. bas. d2. 3. 4. Cod. Graev. Pith. S. 3. O. — *mihi tec. est comm.* Med. α3

aut iam urgentis] *aut iam vergentis* d. 3.

aut certe advent. sen.] *aut advent. certe sen.* d1. quod recepi et propter soni suavitatem et quod hic ordo est legitimus. — *certo* d2.

et te et me ipsum] *et me et te ipsum* d3. 4. — *et* ante *te* om. Med. α1.

levari] *levare* E. bas. lα. d1. η. v. ψ. a. Man. 1. Med. P.

et si te quidem] *et te si quidem* lα. d4. — *etsi te id modeste* r. — *te* in d3. a sec. m., om. n.

modice] Sic Charis. p. 185. E. lα. Dresdd. 5. e. i. n. u. η. v. Man. 20. Cod. Pith. Graev. La. Med. marg. cr. V. L. a2. w. Lall. — Ceteri *modeste* cum S. m. a. O2x. Sed vide Fin. I, 14. *ipsius fortunae modice ferre iniurias.* Tusc. I, 46. de Or. I, 29, 132. Ochsner p. 314.

sicut omnia] *ut omnia alia* d4.

laturum esse] *esse* in d3. a sec. m. superscr.

certo scio] *te scio* d4. — *id certe scio* lα. — *certe scio* Charis. R. E. bas. d1. 2. 3. Man. 15. O4x. — om. ψ. — Cfr. not. ad §. 1. *certo scio.*

aliquid vellem scribere] *vellem al. scr.* R. E. bas. lα. d2. 5. b. Med. v1. a1. cr. m. La. M. L. P. w. O. — *al. scr. vell.* d1. ed. vet. — *vell. scr. al.* d3. 4.

tu occurrebas dignus.] Schol. in A. *in mentem veniebas* comp. de Divin. II, 1. 1. *Gernh.*

communiter uteretur] *uteretur communiter* Med. — *inhaeretur* Langii liber S. Trudonis: coniiciant, addit Lang., docti. At nihil coniiciendum de scribendi vitio.

quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, ut non omnes modo absterserit senectutis molestias, sed mollem
b. effecerit [etiam] et iucundam senectutem. Numquam igitur satis laudari [digne] philosophia poterit, cui qui pareat omne tempus aetatis sine molestia possit degere.
3 Sed de ceteris et diximus multa et dicemus saepe:

---

huius libri confectio] *confectio huius libr.* Med. L. — *huius libr.* d3. in marg. a sec. m. — *ita* om. a.

fuit] om. o.

non modo omnes] *non omnes modo* Med. cr. α3. — *omnes* om. η. n.

absterserit] *absumpserit* d1.

molestias] *maculas* n.

sed effecerit mollem etiam et iucundam senect.] *effecerim* n. — *mollem esse etiam et iuc. sen.* d4. — *etiam mollem et iuc. s.* d2. — *etiam moll. atque iuc. sen.* d5. — *sed eff. moll. et iuc. s.* d1. — *sed moll. eff. et iuc. sen.* lα, quam scripturam improbat Orelli, sed mihi aptissima videtur gradatio. Sensus enim est: *contentus esse potui, si abstersisset tantum molestias, sed, quod multo maius est* (vid. ad v. *non cogn. sol.*), *iucundam adeo effecit senectutem huius libri confectio.* Accedit, quod verisimilius est a scribis additum *etiam*, quam abiectum. — *mollis senectus* est *facile ferenda.* Vid. Goerenz. ad Cic. Fin. II, 20, 64. p. 218 a.

Numquam igitur satis laudari digne] *laudari satis digne* R. Or. — *satis digne laudari* d2. 3. 5. Man 5. Eyb. — *digne satis laudari* E. Man. 1. — *digne* om. n. b. aliquot Lang. libri. Med. α3. cr. M. L. w. probantibus Gernh. et Wunder. p. CXVIII. — Vulgata est *in T.* bas. lα. d1. e. i. u. η. o. v. (in quo est *digna*) Man. 19. r. v1. 2. α1. a1. 2. f. h1. V. m. Lall. Ceteri cum S. Mihi maxime probatur omissum *digne;* nam credibilius est ad interpretationem positum esse a scribis, quam omissum; *et satis laudari* significat ipsum: *tantum, quantum par est, laudis accipere.*

poterit philosophia] Sic Man. 5. editt. vett. cum B. Eyb. S. m. P. 3. Seqq. — *philosophia poterit* R. E. T. bas. lα. d2. 3. v1. α1. La. L. Or. — *poterit* om. aliquot Lang. libri. — *numquid igitur satis* Med. α3. prob. Muell. qui provocat ad Goerenz. ad Cic. Legg. II, 2, 5. Non opus est mutatione.

cui qui pareat] in d3 punctis not. *a* a ser. m. — *paret* d4. b.

aetatis] *suae* add. d1. 4. e. *v.* η. B. Eyb. Med. α3. P. — *aetatis* om. E. prob. Wunder. p. CXVIII. improb. Orellio. Recte. Quasi vero dici non possit *seine ganze Lebenszeit.* — Ceterum de hac philosophiae laude comp. Tusc. II, 4, 11. Divin. II, 2, 7 pr. Off. II, 1, 4. Senec. Ep. 59. Ceb. Tab. 18. *Wetz.*

§. 3. *Sed de ceteris et diximus multa et saepe dicemus*] *sed de cet. et dix. alias multa* L. P. w. g. — *sed de cet. et multa dix.* e. ed. vet. — *sed de cet. dix. alias multa.* La. — *sed de cet. dix. et multa saepe dicemus* d2 (in quo *et* a sec. m. supr. v.) 3. — *sed de cet. mult. dix. et dic. saepe* etc. d1. — De duplici *et* vid. Goerenz ad Cic. Acad. II, 1, 2. T. II. p. 8a. qui docte ostendit, esse hunc morem perpetuum auctoris in eiusdem verbi repetitione duplex *et* ponere. Apte laudat Tusc. IV, 15, 34. *quando et aliis locis de virtute diximus et saepe dicendum erit.* Nulla est autem causa, cur Orellius in hoc Tusc. loco

hunc librum de senectute ad te misimus. Omnem autem sermonem tribuimus non Tithono, ut Aristo Chius; parum enim esset auctoritatis in fabula; sed M. Catoni seni,

---

suspiciosam putet particulam *et*, quum sine varietate idem sit Tusc. IV, 3 in. et nostro loco optimi eam tueantur libri. Vituperet autem quispiam, quod Codicis Dresd. 1. ordinem adverbii *saepe* receperim, quum in locis modo laudatis vulgatus ordo in omnibus sit libris, sed elegantissimam hanc collocationem, aptissimam ad vitandum exitum versus heroici non tribuerim scribae, quum sit vere Ciceroniana. Vid. de hoc Adv. cum vi in clausula posito Goerenz ad Fin. II, 15, 49. p. 196. IV, 28, 80. p. 520 a. p. 620. in. Beier ad Off. I, 6, 19. T. I. p. 43 et ad 10, 32. p. 75. — Quae autem sint illa *cetera* optime docet Muellerus ita: *Gernhardus Facciolati interpretationem repetiit subaudientis: aetatis temporibus vel vitae partibus. Id verum esse mihi non persuadeo. Non enim secundum vitae spatia Cicero philosophiam divisit, ut puerili alia, alia virili, alia denique senili aetati philosophica opera conscriberet. Sed potius subintelligendum puto: rebus philosophiae. Sensus igitur est: Sed de ceteris philosophiae numquam satis laudandae partibus et saepe scripsi et postea scribam, nunc autem locum de senectute illustrabo.* — Propositum enim ei erat totam philosophiam Latinis literis illustrare. vid. Tusc. I, 1. Divin. II, 1. 2. *Man.*

hunc librum de senectute ad te misimus] Sic Man. 19. V. — *hunc vero librum* a. r. v1. 2. cr. h1. S. m. M. w. — *hunc autem libr.* Man. 2. M. — *nunc libr.* La. L. g. — *nunc vero libr.* α1. — *ad te de sen.* E. T. bas. d2. 3. 5. Man. 17. P. — *ad te senem de sen. mis.* d4. — *ad te mittimus* g. Sed vid. Ochsner. p. 315.

non Tithono, ut Aristo Chius] *Aristocheus* d5. — *Aristocheus* d3. — *Aristo Cheus* d1. — *Aristeus* n. — *Aristoxenus* ed. Med. — *Aristillus* e. — *Aristarchus* i. — *Aristoteles* Graev. MS. — *Aristo Ceus* lα. — *ut et Aristus fecit* d4. Ceteri veram scripturam tuentur. De confusis nominibus *Ceus*, *Chius*, *Cous* vid. Wyttenbach. Addend. ad Plat. Phaedon. p. 327. p. 84 seq. in Seebod. Misc. Philol. Vol. II. P. I. id. in Animadvv. ad Cic. N. D. III, 31. p. 728. ed. Creuzer. quem vid. p. 658. Voss. de histor. Graec. p. 180 ed. Francof. ad Moen. 1677. Ochsner p. 315. Fuit Aristo Chius philosophus Stoicus, Zenonis Cittiei auditor, de quo videri iubet Wetzel. Stanlei. histor. philos. p. 551. et Biblioth. Gotting. philol. T. I. De eius dialogis vide Heusde Spec. crit. ad Platon. p. 150. Eius sententias vid. in libris modo laudatis et in Godofred. Buchneri Dissert. de Aristone Chio. Lips. 1752. 4.

Tithono] Tithoni fabulam vide ap. Hom. Hymn. in Ven. 219. seqq. Schol. ad Il. λ, 1. (et ad ά, 325) Tzetzes ad Lycophr. 18. quos laudat Heyne ad Apollod. III, 12, 4. Inttp. ad Horat. Carm. II, 16, 30. *Gernh.* — M. Terentius Varro etiam Tithonum περὶ γήρως scripserat, cuius fabulae fragmenta vid. ap. Non. s. v. *cortex* p. 226. ed. Iun. s. v. *modicum* p. 372. s. v. *iuventa* p. 460.

ne parum esset auctoritatis in fabula] *ne parum auct. esset in fab.* d5. — *ne parum esset auct. tamquam in fab.* ed. Colon. 1563. et Theod. qui vertit τοῦ μή τι σμικρὸν, ὡς ἐν μύθοις, ἀξίωμα εἶναι — *parumne esset* bas. — *parum enim esset auct. in fab.* R. E. lα. Cod. Graev. Pith. Guil. ex 3 MSS. Cod. Herv. S. 3. g. Hotting. in Cic. Ecl. p. 315. Or. qui haec monuit: Quum in lectione illa sane praestanti *parum*

quo maiorem auctoritatem haberet oratio. Apud quem Laelium et Scipionem facimus ammirantes, quod is tam
6 **facile senectutem ferat, iisque eum respondentem. Qui**

---

enim esset vel *inesset* (Mos. susp. *ne parum inesset*) solitas in corruptelas abiisset v. c. *ei* in Cod. Mos. postea suppletum est *ne* — *Enim* correctionem dicit Gernh. et difficiliorem illam lectionem *ne* explicasse alium per *tanquam in fabula*. Sed quum *enim* in optimis sit codd. nolim correctionem dicere; quae potius est particula *ne*, quam posuit, qui hoc membrum respondere vellet alteri *sed quo*.

haberet oratio] *nostra haberet oratio* Guelf. prob. Muell. — *haberet oratio nostra* Med. α3. Sunt interpolatt. Similiter loquutus est Cic. Fin. V, 5, 3. *Scripta sane et multa et polita; sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet.* Cfr. Lael. 1, 11. 13. — Ceterum h. l. praetereunda non sunt quae nuper V. D. in Ephemerid. Scholast. ab ann. 1828. fasc. II. scid. 108. p. 893 seq. [signo X] de huius loci integritate monuit. Is primus locum interpolatum clamavit. Mirum enim dixit posse videri, eandem sententiam bis expressam et negantem et affirmantem, nec satis intelligi, ad quid referantur verba *in fabula*, quare aut esse eiicienda, aut collocanda post verba *non Tithono*; haec autem *ne parum esset auctoritatis* ex interpretatione orta, plane esse removenda. Sed non idem bis dictum est. Vult enim Cicero dicere, cur non *Tithono* partes dederit, sed cur *Catonem* loquentem induxerit. Ex eo autem quod *Tithoni* personam *indignam* demonstravit (Tithonum autem si induxisset, tota disputatio fabulae speciem praeferret, cuius nulla est auctoritas; nam ut homines diis non possunt aequales esse, sed similes tantum, sic fabulosae personae virtus non tantam poterit habere vim ad homines commovendos, ut eadem mala, quae a ficta persona modestissime lata finguntur, homines patiantur), ex eo, inquam, quod *Tithoni* personam *non satis aptam* iudicavit, non sequitur *Catonem dignum* habendum. Causas igitur aperuit, cur Tithonus indignus, Cato sit dignus existimandus. Transpositione autem verborum *in fabula* non opus est. Videtur enim non satis intellexisse VD. quomodo essent haec verba interpretanda. Si quid suspicari licet, ita rem cogitavit, *in fabula* esse dictum *in der Fabel;* nam si vertisset *in der Erzahlung*, non, opinor, haesisset. Sed verte *in einer Fabel.* Mihi igitur nihil neque mutandum, neque eiiciendum videtur.

facimus — ferat] Sic E. lα. Dresdd. 5. 06x. a1. 2. cr. V. La. L. w. Lall. Cet. — *fecimus — ferat* h1. — *fecimus — ferret* d3. a sec, m, in marg. u. o. a. editt. vett. cum m. — *facile ferat sen.* d1, — *gerat* d4.

admirantes] *admirantem* d3.

iisque] *eisque* E. — *hisque* T, lα. d1. 4. 5. e. φ. Guelf. prob, Muell. vid. ad §. 1. *versibus eisdem.*

eum] om. a. — Totum hunc locum Goezius ut indignum Cicerone, pro spurio habendum putat et ad aliquem grammaticum, argumenti praefigendi cupidum, referendum, quo eiecto omnia bene nexa esse. Idem statuit V. D. de verbis in Lael. c. 1. ex. *C. Fannius — cognosces* Haec ut minus desiderarentur, si abessent, in Laelio, quum Paullo ante scripsisset: *Scaevola — Africam;* non tamen nostro loco quicquam ante Cicero neque de interlocutoribus, neque de dialogica forma sermonis dixit, ut miraremur, unde capite secundo Scipionis et Laelii vox peteretur. — — Ceterum Goezius fallitur, quod illis verbis servatis, nexum putat turbari, restitui autem abiectis. *Gernh.*

si eruditius videbitur disputare, quam consuevit ipse in suis libris, attribuito litteris Graecis, quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute. Sed quid opus est plu- 7
ra? Iam [enim] ipsius [Catonis] sermo explicabit nostram omnem de senectute sententiam.

II. SCIPIO. Saepenumero ammirari soleo cum hoc 1
C. Laelio quum ceterarum rerum tuam excellentem, M. Cato, 4
perfectamque sapientiam, tum vel maxime, quod num-

---

eruditius videbitur disputare] *qui si videbitur eruditius disputare* d5. — *eruditus* α1. — *eruditius* explicat Schol. cod. A. *elegantius*. Non male. Vid. Ern. Clav. Cic. s. v. *Eruditus*. Cfr. I. Fr. Eckhard Dissert. *Quid sit erudite scribere* 1788. 12. p. 4.

consuevit] *consueverit* d2. e. ψ. *assueverit* η.

ipse] om. u. in d3. a sec. m. delet.

in suis libris] *in libris suis* R. E. d2. P. Vulgatam tuetur Charis. p. 178.

attribuito] *id tribuito* S. — *attributo* u. — *attribuitur* E.

Graecis literis] *literis Graecis* R. E. T. bas. d2. 3. 4. 5. b. c. Med. eodem modo §. 38. plures libri eundem ordinem servant. Vid. not. Optimi codd. quum ita habeant, ego non improbo, De re vid. cap. 8, 26. 11, 38.

perstudiosum fuisse] *fuisse perst.* d1. 2. r. v1.

in senectute] om. u.

quid opus est plura] quid opus est *addere* plura. *Drakenb.*

iam enim] *enim* om. v. recte, opinor, propter orationis alacritatem

plura] *physica* i.

ipsius Catonis sermo] *ipsius sermo Catonis* d3. 4. Noli in his elegantem illam verborum collocationem deprehendere, cuius exemplum est cap. 3, 2. *quorum ego multorum cognovi sen.* etc. ubi vid. not. Est potius interpretatio pronominis *ipsius*. Quare inclusi.

nostram omnem] *omnem nostram* lα. d1. 3. — *nostram* om. v.

CAP. II.

§. 4. *Scipio.*] om. E. (qui habet in marg.) d1. 2. o. v. ψ.

admirari] *mirari* a. r. v1. 2. α1. a1. m. 3. Facciol. Vid. Forcell. Lex. p. 66. a.

cum hoc C. Laelio] *cum C. hoc Laelio* M. La. L. P. — *Laelio pio* d3. — *hoc* om. Man. 1. — *Caio* om. Med.

tum cet.] *cum* E. T. d3. 5. S. V. M. P. non improb. Orell. quamquam in contextum non recepit.

excellentem] d4. *excellentiam* ut η. o. — *excellentissimam* ed. vet.

Marce] om. d3. 5.

sapientiam] *patientiam* R. Graev. 1. in quo supra vers. eadem manu, sed minoribus literis scriptum erat *sapientiam*. — *Ceterae res* quae sint, apparet ex §. 5. et Lael. c. 2. *Gernh.*

vel maxime] *permaxime* u. — *maxime eo quod* d4. — *maxime quidem quod* d5.

quod numquam senectutem tibi gravem esse senserim] Sic, Non. s. v. *grave*. p. 343. ed. Iun. bas. d3. 4. i. n. u. η. o. ψ. Man. 11. a2. 3. seqq. — *quod tibi sen. nunq. grav. esse sens.* E. — *quod numq. grav. tibi esse sen. sens.* T. lα. d1. (qui habet *sen. tuam*) — *quod numq. grav. tibi sen. esse sens.* d2. eodem ordine cum *persenserim* Man. 2. M. w.

quam senectutem tibi gravem esse senserim, quae plerisque senibus sic odiosa est, ut onus se Aetna gravius dicant sustinere. — Cato. Rem haud sane, Scipio et
2 **Laeli, difficilem ammirari videmini. Quibus enim nihil**

— *quod numq. sen. grav. tibi esse sens.* d5. — *quod sen. tuam numq. tibi grav. esse sens.* r. v1. 2. α1. a1. cr. f. h1. m. — *quod numq. tibi sen. grav. esse sens.* R. Man. 5. Med. — *quod sen. numq. tibi gr. esse sens.* S. V. La. L. — *quod numq. sen. grav. tibi omnem sens.* Man. 1. — *quod numq. sen. tuam grav. tibi sens.* Man. 1. ita alius Man. qui habet *persenserim* — *quod sen. tuam numq. grav. tibi esse sens.* e. v. — *sensisti* bas. — Ceterum in his videtur Cicero expressisse loc. Platon. Crit. c. 1. p. 43. B. ed. Steph. ubi est: *καὶ πολλάκις μὲν δή σε καὶ πρότερον ἐν παντὶ τῷ βίῳ εὐδαιμόνισα τοῦ τρόπου, πολὺ δὲ μάλιστα ἐν τῇ νῦν παρεστώσῃ ξυμφορᾷ, ὡς ῥᾳδίως αὐτὴν καὶ πρᾴως φέρεις.*

plerisque] *pluribusque* d2.

senibus] om. d1.

Aetna gravius] *gravius Ethna* d1. 5. — Respicitur ad fabulam illam notissimam de Gigantibus, qui quum deos ex sedibus suis essent expulsuri, vid. not. ad huius cap. §. 6., pulsi sunt et gravissimis poenis affecti, ex quibus *Typhonem* a Iove *Aetna monte obrutum* narrant Apollod. I, 6, 3. et Pind. Pyth. 1, 11. *Enceladum* Virg. Aen. III, 578. *Briareum* Callimach. in Del. 143. Qui quidem Gigantes quum gravissimo onere premerentur, ii qui grave aliquod onus sustinerent Aetnam montem sustinere dicti sunt. — Noster locus Mureto Varr. Lectt. VII, 15. videtur translatus ex Eurip. Herc. Fur. 637. edit. Herm. ubi est:

Ἁ νεότας μοι φίλον ἄ-
χθος δὲ τὸ γῆρας αἰεὶ
βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων
ἐπὶ κρατὶ κεῖται,
βλεφάρων σκοτεινὸν
φάος ἐπικαλύψαν.

Similes de senectutis onere querelas vid. ap. Soph. OC. 1234. (1299. Br.). et Bion Borysthenites ap. Diog. Laert. IV, 48. dicit *τὸ γῆρας ὅρμον εἶναι τῶν κακῶν.*

Cato] om. E. (ubi est in marg.) et o.

rem haud sane diff. Scip. et Lael. adm. vid.] Sic L. P. Seqq. — *haud sane Scip. et Lael. diff.* R. T. bas. d1. 2. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. M. w. O. — *diff. videmini, Scip. et Lael. adm.* lα. — *Scipio et Lael.* om. v.

quibus enim nihil opis est in ipsis] *quibus enim nihil est in ipsis opis* E. T. bas. lα. β. d3. 4. Guelf. Eyb. (qui habet *operis*) B. La. M. L. P. w. O. prob. Herm. — *quibus enim nihil opis in ipsis est* d1. — *nihil est opis in ipsis* d2. — *quibus enim est nihil opis in ipsis* d5. — *nihil opus est ipsis* ed. vet. — *quibus enim nihil opis est ipsis* α1. — *nihil opis est in se ipsis* Pith. Exc. — Quum tantum varient libri, verbum *opis* glossema videtur, sed quod Beierus ad Cic. Off. I, 4, 13. T. I. p. 30. dicit Hermanno Viro Ill. delendum videri binorum MSS. fide vocabulum *opis*, non verum est. Hermann. enim in censura nihil aliud dicit, quam *enim* abesse a lβ. (qui sententiam tantum affert, non integrum locum) probans eiusdem cod. ordinem. Commode autem

[opis] est in ipsis ad bene beateque vivendum, his omnis aetas [est] gravis: qui autem omnia [bona] a se ipsis petunt, his nihil malum potest videri, quod naturae necessitas afferat. Quo in genere est inprimis senectus; quam 8 ut adipiscantur omnes optant, eandem accusant adeptam.

---

potest abesse vox *opis*, quum sine ea optime locus intelligatur. Confirmari videtur suspicio mea, quod in loco, qui huic respondet, in cod. Trev. (de cuius praestantia vid. Praefat.) omissum est *bona* non improbante Orellio. — Ceterum notanda est variatio in his: *in ipsis* et a *se ipsis*, ubi primo loco exspectatur *in se ipsis*, qua de re vid. Drakenb. ad Liv. Praef. §. 2. p. 9. qui nostrum loc. laudat. Cfr. Ramshorn §. 158. p. 351. b.

iis] *his* T. l*α*. *β*. d1. 4. o. Sed vid. ad cap. 1, 1. *versibus iisdem.*

gravis est aetas] *aetas gravis est* R. E. T. bas. l*α*. *β*. d2. 3. 4, Guelf. Eyb. B. Med. *α*3. La. M. L. P. w. Alii ap. Klein. p. 8.

bona] om. T. Recte, puto. Nam commode potest abesse.

a se ipsis] *a se ipsi* R. e. *v*. Man. 20. Ms. Gron. S. L. P. Oliv. Lall. 3. Cfr. Ochsner p. 198. — *in se ipsis petunt* bas. Hinc cod. Man. 1. *in se ipsis ponunt*. Ernest. coniecit *a semet ipsis petunt*.

iis] *his* l*α*. d1. 2. 4. 5.

nihil potest malum videri] *mali potest vid.* E. — *potest mali vid.* d5. — *malum potest vid.* T. d2. Med. — Sensum totius loci optime Graevius ita explicuit: qui omnes vitae rationes suspensas habent a muneribus fortunae, rebusque aliis, quae non sunt nostri iuris et potestatis. Laudat apte Epictet. Enchir. cap. 1. et Cic. ad Fam. V, 13. Senec. Ep. 71. Wetzel hoc locos affert: Tusc. V, 14, 42. et cap. 9. Fin. II, 27. et 21. V, 30. Sed potest hac de re legi totus quintus Tusculan. Disp. liber. Müller. addit Tusc. V, 12, 36. Compara Parad. II, 17. Dicta sunt haec ex mente Stoicorum qui honestum solum bonum esse dicebant. De *bene beateque vivendo* vid. Henr. Steph. Schediasm. I, 14. in Grut. Thes. T. V. Suppl.

quod naturae necessitas afferat] Cfr. Tusc. I, 42. 49. et nostri libelli §. 5.

inprimis est senectus] *est inpr. sen.* R. E. T. l*α*. d3. 4. 5. b. c. Med. La. L. M. P. w. Orell. — *est sen. inpr.* d2. — *est* om. S.

omnes optant] *omnis optant* Graev. lib.

eandem] *que* add. l*α*. d4. v1. *α*1.

adeptam] Sic R. bas. d2. b. c. Man. 8. Cod. Pith. et Graev. a pr. man. Cod. Mos. B. S. m. P. La. 3. G. N. O. — *adepti* E. T. d3. in lit. sed ab ead. man. 4. 5. e. i. n. u. *η*. Man. 12. a2. cr. in marg. V. L. Rob. Steph. ed. vet. M. w. Oliv. 1. W. 2. Billerb. Idem tuetur Hieron. Lagomarsini e tribus antiquis MSS. Florent. in not. gramm. et critt. ad Iulii Pogiani Epistol. T. IV. p. 167. ed. Rom. 1762. quae repetitae leguntur in Seebod. Misc. Critt. 1823. Vol. II. P. III. ubi de nostro loco agitur p. 474. Probat idem Ruhnken. in Praef. ad Scheller. Lex. s. v. *Adeptus*, quam repetiit Matthiae ad calcem Exemp. Eloq. Rom. ubi vid. p. 411. et Voigtlaender in Addend. ad Forcellini Thes. L. Lat. s. v. *Adeptus* p. 57. Sed quamquam plurimi et boni codd. tuentur *adepti* tamen retineo cum Gernhardo et Orellio *adeptam*, quod quomodo ortum sit ex *adepti* non video; mihi suspectum est *adepti*, quod antiquissimus cod. Reg. habet *adeptam*. Verisimilius autem est ex

4 Tanta est stultitiae inconstantia atque perversitas! — Ob-

---

correctione esse *adepti*, quam *adeptam*, quam formam passiva significatione apud Ciceronem positam non concoquerent scribae et interpretes; et quamquam non alias apud Ciceronem hoc verbum passiva significatione reperitur, tamen eam non repudiarim, quum etiam alia Participia Perfecti verborum Deponentium haud raro semel tantum apud Ciceronem legantur v. c. *pactus* Off. III, 29. *complexus* vid. Matthiae ad Cic. or. pr. Rosc. Am. 13, 37. *testatus* Cic. ap. Prisc. p. 367. Vid. Ochsner p. 79. 186. Kritz ad Sall. Cat. 6. Lenius fertur hic usus Deponentium ibi, ubi membrorum aequalitas id postulat. Veluti de Divin. I, 52, 118. *Male coniecta maleque interpretata falsa sunt.* Nostro dialogo 17, 59. *a quo essent illa dimensa atque descripta.* Defenderunt igitur recte *adeptam* Scheller. Obss. Gernh. Drakenb. Henr. Steph. Schediasm. I, 24. in Grut. Thes. T. V. — Versus hos esse leviter a M. Tullio immutatos, acute olim vidit Scaliger ad Varron. [L. Lat. VI. p. 170 ed. Bip.]. Guilielmus propius ad libros ita eos scribebat:

Quam ut adipiscantur, omnes optant; eandem item
Adeptam accusant. Tanta est inconstantia,
Stultitia atque perversitas.

Grut.

Accepit hanc sententiam ex Menecrate poeta, cuius versus exstant apud Stob. [Serm. 117.]

Γῆρας ἐκὰν μὲν ἄπῃ πᾶς εὔχεται· ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ,
Μέμφεται· ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενος.

F. Ursin.

Crates Comicus ap. Stob. tit. CXVI.

Ὠνείδισάς μοι γῆρας, ὡς κακὸν μέγα.
Οὐ μὴ τυχόντι θάνατός ἐσθ' ἡ ζημία.
Οὐ πάντες ἐπιθυμοῦμεν, ἂν δ' ἔλθῃ ποτὲ,
Ἀνιώμεθ'. οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι φύσει.
Τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ.

Gernh.

Cfr. Brunck. Gnom. p. 134. 198. Coniicio locum de Crate expressum a poeta aliquo Latino, unde eum habet Cic.

Tanta inest stultitiae inconstantia atque perversitas] Sic e duob. Pariss. Lallem. — *tanta inest inconstantia stultitiae* E. *v.* Gron. MS. Man. 1. 3. — *tanta inest inconstantia, stultitia* T. *la.* e. i. u. *η.* o. *v.* — *tanta est inconstantia, stultitia* bas. d1. 3. (in quo *in* litur. del.) 4. (*in* ras. delet.) 5. *ψ.* r. v1. 2. Eyb. Med. *α*1. a1. 2. cr. f. h1. V. m. M. w. — *tanta est stultitiae inconstantia* R. L. P. O. — *tanta est inconstantiae stultitia* MS. Gron. — *tanta inest eis inconstantia stultitiae* n. — *tanta est inconstantia stultitiae* S. 1. 2. Klein. — *tanta est hominum inconstantia, stultitia atque perv.* Man. 1. Vid. Addend.

obrepere] quid significet ipse Cicero explicat Tusc. I, 39, 94. Eodem verbo in eadem re usus est noster cap. 11, 38. et Iuven. Sat. IX, 129.

Dum bibimus, dum serta, unguenta, puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.

Aeschin. Axioch. cap. 9. *λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας.* De morte usus est Plaut. Pseud. II, 3, 20 ed. Miller.

Certa amittimus, dum incerta petimus: atque hoc evenit
In labore atque in dolore, ut mors obrepat interim.

repere eam citius aiunt, quam putassent. — Primum; p. 78
quis coëgit eos falsum putare? Quid enim? citius adole- a.
scentiae senectus, quam pueritiae adolescentia obrepit?
Deinde, qui minus gravis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quam si octogesimum? praeterita enim aetas, quamvis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. Quo- 5
circa si sapientiam meam ammirari soletis — quae utinam 5
digna esset opinione vestra nostroque cognomine! — in

---

aiunt eam citius] *citius eam aiunt* R. — *eam citius aiunt* T. lα. — *eam aiunt citius* d3. 4. 5. — *obrepere quod aiunt* Med. — *obrepere eam aiunt et citius* Eyb. — *eam* om. ed. vet.

putassent] *putavissent* R. T. bas. d5. B. Eyb. La. L. P. O. — *putare* est parum considerantis, ut Cic. de Off. I, 23, 81. ubi ait magni animi esse, non committere, ut aliquando dicendum sit: *Non putaram.* *Gernh.*

coegit] *cogit* η.

quid enim?] Sic coniecit Godofr. Müller. in marg. et vere ita est in d2. e. n. η. o. Sequuti sunt G. N. Billerb. Orell. — *qui enim* R. E. T. bas. lα. d1. 3. 5. et omnes editt. usque ad Gernh. — *quomodo enim* d4. — *quo enim* a. — *quis enim* Ven. 1487.

citius adolescentiae senectus] *senectus adolescentiae* R.

obrepit] *subrepit* b.

qui minus gravis esset in senectus] *qui minus esset iis grav. sen.* d3. — *quomodo minus est his gr. sen.* d4. — *qui minus grav. his sen. esset* Med. — *his* lα. d1. 2. 4. 5. r. v1. Med.

quam octogesimum] *quam si oct.* R. o. r. v1. f. h1. S. La. M. L. P. w. — *quam quum* Schütz. susp. — *octingentissimum* o. — *octingesim.* d1. — *octuages.* d3. 4. — Quum ego nulla invenerim exempla coniunctionis in secundo membro omissae, recepi cum cod. Regio particulam *si*. Vid. Ochsner. p. 198.

praeterita] *praeterea* d2.

enim] om. E.

quamvis] om. d2.

cum effluxisset] *cum ea fluxisset* d5. e. Med. — *ea cum flux.* d1. — *cum ea confluxisset* d4.

nulla consolatione] *nulla tamen consolatione* d3. Man. 7. — *nulla consolatio* b. c. Man. 2. L. P. — *nulla cum consolatione* Man. 1. — *nulla tamen consolatio* i. η. ψ. Retinendus vero est Ablativus, ut intelligatur praeterita aetas nihil habere, quo consoletur stultam senectutem *Gernh.*

permulcere posset] *placari potest* η.

§. 5. *utinam digna esset*] *utinam esset opin. vestr. digna vestro cogn.* d4. — *utinam esset digna* d5.

nostroque cognomine] *vestroque* d2. i. Man. 8. vet. lib. Ursin. g.

vestra] *nostro* n. — *Cognominis* vocabulum latiori sensu h. l. adhibetur, ut de Off. II, 16, 57. *P. Crassus cognomine dives appellatur.* Videtur non *Catonis* (de voce *Cato* vid. Plut. in vit. Cat. c. 1), sed *Sapientis* cognomen intelligendum esse, quo prae ceteris Catonibus hunc ornatum ab aequalibus esse elucet ex Lael. c. 2. Off. III, 4, 16.

hoc sumus sapientes, quod naturam optimam ducem tamquam deum sequimur eique paremus: a qua non verisimile est quum ceterae partes aetatis bene descriptae sint extremum actum tamquam ab inerti poëta esse neglectum.
6 Sed tamen necesse fuit esse aliquid extremum et, tam-

---

in Caecil. Divin. 20, 66. *Gernh.* Merito vituperat Beier. ad Off. III, 3, 11. T. II. p. 200. Gottleberum, qui *vestroque*, quod attulerat Corrad. in Quaest. de Cic. vit. p. 329 e duob. MSS. probavit, quod recepit Goez. — *Cognomen* vero, ut nomen, eius est, cui tribuitur, non eorum, qui tribuunt. Schütz ita: Si in codd. aliquot abesset *nostroque cognomine* crederem illud e glossa in textum irrepsisse. Certe verecundior placet Laelii sapientia, qui c. 2 ait: *Tu autem — amice.* Admodum tamen lenitur illa offensio eo, quod sibi commune cum aliis dicit cognomen, *nostroque cogn.* — *sumus — sequimur — paremus,* quae verba pluralia pronomen *nostro* interpositum, quum *meam* praecesserit, requirunt. *Gernh.* De subita mutatione numeri vid. Ochsner p. 200. et censura Grammaticae Zumptianae in Anal. Heidelberg. 1826. fasc. 10. p. 988. Cfr. Cic. Fam. V, 12.

naturam optimam ducem, tamquam deum sequimur] Stoici omnia ad naturam s. rationem referebant, ab eaque omnia ducebant. Vid. Beier. ad Cic. Off. I, 4, 14. T. I. p. 83. I, 35, 127. p. 263. III, 5, 23. T. II. p. 221. Gernhardus addit Legg. I, 6. ex. — Unde *naturae convenienter, secundum naturam vivere* est *honeste vivere.* Cic. Fin. II, 11, 34. III, 9. IV, 6, 14. V, 9. Off. III, 3, 7. Acad. II, 42. ex. I, 10. Nam auctore Diog. Laert. VII, 87. *πρῶτος ὁ Ζήνων τέλος εἶπε τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, ὅπερ ἐστὶ κατ' ἀρετὴν ζῆν.* Hinc Seneca, Stoicorum disciplinae ipse addictus, de Benef. IV, 7. *quid aliud est natura, quam deus et divina ratio toti mundo et partibus eius inserta* (*die allgemeine Weltseele.* Vid. Virg. Aen. VI, 724. seqq. ibique Heyne Exc. XIII. et acutissimi Platneri liber: vom Atheismus). Cfr. Lips. Manuduct. ad Philos. Stoic. T. IV. p. 478. Dissert. XVI. p. 476. *Wetzel.* Adde Henr. Steph. Sched. I, 10. in Grut. Thes. T. V. p. 21.

a qua non verisimile est] Nobbius non recte, ut mihi videtur, incisum posuit post *a qua*, quum sit Attractio quaedam, de qua vid. Beier. ad Cic. Off. I, 13, 41. T. I. p. 103. 15, 46 pr. p. 111. 38, 136 pr. p. 276. et Bremi ad Corn. Milt. 6, 1 pr. Ochsner p. 57. seq. Ramshorn. Gr. Lat. §. 188. 4. p. 571. et Krueger Ueber die Attrakt. der lat. Sprache. §. 98. Cfr. not. ad cap. 8, 5. Add. Cic. Ep. ad Fam. XII, 25, 13. Rep. I, 6, 11. extr.

bene] d4. *perbene.*

descriptae] Guil. e Memm. libr. *disscriptae.* Defendit hanc formam Goerenz. ad Cic. de Legg. III, 3, 7. p. 222 b. Non male, sed non opus mutatione.

actum] om. d1. 5. α1.

ab] om. d4. — Imago de scena desumpta. Est enim hominis vita in partes aetatis tamquam in actus scenicae poesis divisa. Comp. c18, 64. 19, 70. 23, 85. Adde ad Q. Fr. I, 1, 16. et Epict. Enchir. c17. 37.

esse aliquid extremum] *aliquid esse extr.* Man. 2. — *esse aliquod extr.* r. v. 1. 2. α1. a1. 2 f. h1. S. m. M. — *aliquod esse ex.* V. — *aliquid fuisse* Man. 1. De ordine verborum *necesse fuit esse* vid. Goerenz. ad Fin. IV, 28, 77. p. 517 a.

et tamquam] *et* om. e. Med.

quam in arborum baccis terraeque frugibus, maturitate tempestiva quasi vietum et caducum, quod ferendum [est] molliter sapienti. Quid enim est aliud Gigantum modo bellare cum diis, nisi naturae repugnare? — LAELIUS. 6
7

---

bacis] Una litera *c* scribi *bacae*, non *baccae*, in quibusque melioris notae codd. testatur Voss. de Gramm. I, 43. p. 153. et Graev. in suo opt. libro et in aliis. Eamque scripturam recentiores editores, ut Wolf. Tusc. I, 14. et Goerenz. Legg. I, 8. et II, 8. tacito retinuerunt. *Gernh.* Habet sic l*α*. Dresdd. omnes. N. Mihi tamen gravior videtur auctoritas Prisciani, qui scribendum censet *bacca* vid. Grotef. Gr. Lat. T. II. §. 188. 29. p. 205. Significat autem *bacca* proprie minorem frugem globosam, veluti acinorum, deinde arborum fruges omnino. Vid. Ochsner. p. 201.

terraeque] *que* om. Med.

frugibus] *fructibus* E. o. Pith. Vid. Beier. ad Off. II, 3, 12. T. I. p. 28.

maturitate] *in mat.* d1. e.

vietum] *vetustum* d2. e. — *invitum* d4. — *victum* d5. n. *η*. v2. — *ineptum* i. *metum* *ψ*.

et caduc.] *atque cad.* Med. — Donat. ad Ter. Eun. IV, 4, 21.

Hic est vetus, vietus, veternosus senex.

vietus, inquit, *est mollis flaccidusque et flexibilis corpore*; unde et *vimina et vimenta* et *vites* et *vietores* dicuntur, et *viere religare* dicitur. *Gernh.* *Vietum* est *languidum*, *sine vi*, *naturalibus viribus privatum.* Vetus enim glossa explicat *μεμαρασμένον*. Sic Cic. Divin. II, 16. *cor vietum.* Terent. Eun. l. c. Lucr. III, 386. *vestis aranei vieta* i. e. *tela.* Hor. Carm. V, 12, 2. *membra.* et Varro R. R. I, 59. *poma et mala. Wetz.* — Ceterum notandum est, rem comparatam cum comparante intime iunctam, idque eleganti auctoris more. vid. Goerenz. Cic. Legg. I, 21, 55. p. 89 a. qui ex nostro libello haec notavit. *11, 36.* 19, 70. 71. Debebat enim ita dicere Cicero, nisi brevitatem esset secutus: *et tamquam in arborum baccis terraeque frugibus, maturitate tempestiva quasi vietum aliquid est atque caducum, sic in senectute vietum aliquid est atque caducum.*

quod ferendum est molliter sapienti] Citat h. l. Non. s. v. *mollis* p. 376. — *ψ fortiter*, quae est interpretatio. *Aequo animo ferre* explicat Goerenz. ad Fin. II, 20, 64. p. 218.

quid enim est] *enim* om. E. — Hic ordo est in T. l*α*. d1. 5. r. v1. 2. a1. 2. cr. f. h1. V. w. Lall. — *quid est enim* bas. d2. 3. 4. Med. La. L. P. Klein. Or. Gernh. ad Off. III, 13, 55. Assentitur Beier. ad Off. l. c. et ad I, 43, 154. p. 305. Vid. Excurs. I.

gigantum] *gigantium* E. *α*1.

modo] Sic E. l*α*. d1. 2. 3. 4. O5x. Man. 5. marg. cr. — *more* R. d5. e. o. *ψ*. Man. 16. cr. f. h1. Petrarca. S. m. w. — *More* ne aptum quidem est, siquidem gigantes semel tantum conati sunt cum diis pugnare, quamquam *modo* pro *more* legitur Ter. Andr. I, 1, 126. *Gernh.*

bellare] *debellare* *η*. — *pugnare* n. o.

nisi] *quam* *ψ*. Sed vid. Ochsner. p. 201. — *De coniuratis coelum rescindere gigantibus* vid. *Apollod. I,* 6, 1. *Hor. Carm. III,* 4. 49—63. *Claudian. Gigantomach. Gernh.* Adde Auct. or. de Harusp. Resp. 10, 20. Cfr. locos §. 1. ad verb. *Aetna etc.* laud. Praeterea notavit Ochsner. p. 201. inversionem membrorum pro: *quid est enim aliud naturae repugnare, nisi gigantum modo bellare cum diis?* Vid. alios locos ap. eund.

§. 6. *Laelius*] om. e.

Atqui, Cato, gratissimum nobis, ut etiam pro Scipione pollicear, feceris, si, quoniam speramus — volumus quidem certe senes fieri — multo ante a te didicerimus, quibus facillime rationibus ingravescentem aetatem ferre possimus.
8 — Cato. Faciam vero, Laeli; praesertim si utrique vestrum gratum ut dicis futurum [est]. — Laelius. Vo-

---

si quoniam speramus, volumus quidem certe senes fieri] Sic E. T. (*senes fieri certe*) le. (om. *certe*) d1. (om. *certe*) d3. 4. (*quidem* om. sic Man. 1.) n. (si *quod*) φ (*recte*) h. c. Man 3. Graev. cod. opt. Pith. Petr. Bald. La. L. Lall. — *et volumus quidem recte* d2. (*recte* om.) Man. 1 (*certe* habet) cr. — *feceris quoniam sper. et vol. quid. senes fier. siquidem* d5. — *et vol. quidem omnes sen. fier.* o. η. — *si quoniam volumus et sper. quidem sen. fier.* r. v1. 2. α1. — *si quon. vol. sper. certe quid.* S. — *si quon. sper. et vol. quid. sen. f.* Man. 7. Med. a1. 2. m. — *si quon. sper. et voluimus quid. sen.* Man. 1. — *si quon. vol. speramus quidem cert.* V. M. w. — *si quon. vol. sper. quidem s. f.* f. h1. — *si quon. sper. et voluimus quidem certe* Man. 2. — *si quon. speravimus, voluimus quid. sen.* Man 1. — *si quon. ut sper. et vol.* Man. 1. — *Volumus* est *desideramus*, *ut paullo post. Quod speramus, non tantum volumus, sed putamus etiam futurum esse. Senes fieri* pendet a *volumus*; *quidem* inservit oppositioni, *certe* est *si sperare non licet. Gernh.* qui affert particularum *certe quidem* coniunctarum exemp. ex Cic. Ep. ad Fam. I, 9, 66.; alia exempla vid. ap. Tursell. ed. Schwarz. p. 888. 16. Eodem modo nostrum locum explicat Beier. ad Off. I, 39, 138., ubi eadem locutio reperitur.

ante multo] Omnes Oxx. d1. — *multo ante* R. E. bas. le. d2. 3. 4. (*multo a te ante*) 5. (*a te multo ante did.*) b. c. cr. La. M. L. P. w. O. Probo *multo ante*, quod est in optimis codd., quamquam non minus frequens est apud Ciceronem altera collocatio. Vid. ad cap. 23, 82 (3).

a te] om. n. ψ.

didicerimus] Est in his Anacoluthon. Verbum antecedens *gratissimum nobis feceris* exspectare iubebat: *si nos docueris*. Illud tamen suadebat modestia et interpositae enunciationis conformatio. Placuit igitur, quasi praecessisset *gratissimum nobis fuerit* scribere *si didicerimus. Gernh.* Laudat idem alium similem locum Tusc. V, 29, 82., quem generis alius dicit Beier. ad Off. III, 26, 97., ubi de nostro loco disputat.

ingravescentem aetatem ferre possimus] *ingrav. ferre possumus aet.* d4. — *gravescentem* d3. — *possimus ferre* bas. d1. r. v1. 2. 8. V. — *ferre possumus* η. o. — *possumus ferre* α1. — *sufferre* e.

Faciam vero, Laeli] *o Laeli* d1. e. o. — *vero* om. v. r. v1. 2. α1. ed. vet. Sed recte Beier. ad Lael. 10, 1.. p. 55: *promptum obsequium* significat particula *vero*, coll. Cic. N. D. I, 7, 17.

praesertim] om. Med. — *utrique nostrum* d4.

ut dicis, gratum futurum est] *hoc grat. f. est* e. ψ. — *gratum hoc fut. est* d2. — *fut. sit* d3. — *grat., ut dicis, fut. est* R. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. L. P. w. Lall. — *dicitis* o. — Vulgata est in b. c. Oxx. omnib. Codd. Lang. et Graev. opt. Pith. Oliv. Assentior lectioni cod. antiquissimi Reg. deleto verbo subst. *est*.

Laelius] Sic R. bas. Cet. — *Scipio* 1. 2. Recte Facciol. et Goez. haec

lumus sane, nisi molestum est, Cato; tamquam aliquam viam [longam] confeceris, quam nobis quo-

---

verba non Scipioni tribuunt, sed Laelio, id quod Balduin. in antiquis exemplaribus monet factum esse, ut in edit. Asc. 1520. Laelium allocutus est Cato verbis proxime antecedentibus. Mox idem, *Faciam*, inquit, *ut potero, Laeli.* Accedit, quod Laelius dixerat, *ut etiam pro Scipione pollicear.* Decet igitur Laelium, ne temere pollicitus pro Scipione videatur, rogatum mutatis verbis repetere, quum Cato dixisset *si utrique vestrum, ut dicis* etc. Non eadem est ratio loci simillimi Lael. c. 4., ubi post Fannii verba: *pergratum mihi feceris, spero item Scaevolae*, et q. s. Scaevola id de se affirmat. *Gernh.*

nisi molestum est, Cato] *nisi tibi mol. est C.* d1. e. — *mol. est tibi* d4. pauci man. a1. gloss. in margine Regii m. M. — *ni mol. est tibi* Man. 1. Graev. MS. — *est* om. La. Vulgatam tuentur Tusc. V, 29. *a te impetrarim libenter, ut, nisi molestum sit* etc. Rep. I, 30, 46. *sed tamen, nisi molestum est, ex tribus* etc.

tamquam aliquam viam longam] *longam al. viam* R. E. d2. 5. α3. prob. Müller. Med. La. L. P. Or. — *al. long. viam* lα. d1. 4. Probat hunc ordinem Hermann. deleta voce *longam*, quum in Graecis Platonis idem non legatur. Sunt enim ex Rep. I. p. 149. ed. Bip. *Δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι παρ' αὐτῶν (πρεσβυτῶν) πυνθάνεσθαι, ὥσπερ τινὰ ὁδὸν προεληλυθότων, ἣν καὶ ἡμᾶς ἴσως δεήσει πορεύεσθαι, ποία τις ἐστί* etc. Confirmatur Hermanni suspicio a cod. Trev. et Bas., qui omittunt vocem, quam credibilius est additam a scribis, quam detractam.

confeceris] *feceris* ψ. — *cum feceris* η. — Duae h. l. res sunt notandae: primum *homoeoteleuton* in verbis *tamquam aliquam viam*, de quo vid. Beier. ad Lael. 21, 11. p. 122. Frotscher ad Quinctil. X, 1, 26. p. 219. Ochsner p. 275. Ramshorn. §. 201. III. p. 647. Idem fit apud Graecos. vid. Goeller. ad Thuc. I, 2. in. — Deinde ter repetita particula *tamquam* §. 5. *tamquam* ab inerti poeta. §. 6. *tamquam* in arborum baccis. §. 8. *tamquam* aliquam viam vid. Ochsner p. 4. 58. 113. Bremi ad Cic. de Fat. p. 4. Goerenz. ad Cic. Fin. II, 26, 82. p. 245. b. Cfr. not. ad cap. 8, 5.

quam nobis quoque ingrediendum sit] Sic E. lα. d1. 2. 3. 4. 5. O7x. b. c. Man. 11. Graev. opt. et Pith. v1. 3. Med. α1. V. Lall. 1. W. G. N. O. — *qua* bas. r. v2. a1. 2. cr. f. h1. S. L. P. m. M. w. La. — Quum, ut recte observavit Gernh., nusquam dicatur *via ingredi*, sed vel *viam* vel *in viam ingredi*, ut nostro libell. 10, 34. Off. I, 32, 118. Brut. 96, 330., eam structuram, quam optimi codd. tuentur, meliores interpretes recte defenderunt. Ipse Lambinus, quamquam in contextis habet *qua*, alteri scripturae favet his verbis: nonnulli libri veteres habent *quam nobis*, quae scriptura fortasse recta est. Sic enim loquebantur veteres. Lucret. I, 112. *aeternas quoniam poenas in morte timendum.* et ita saepe, de quo genere dixi in commentariis Lucret. — Iam quum non dicatur *via ingredi* sed *viam ingredi*, dicendum erat per attractionem: *quae ingredienda est.* Sed constructionem nativam *quam ingrediendum est* videtur antetulisse, quod fere ad verba Platonem expressit ita: *ὥσπερ τινὰ ὁδὸν προεληλυθότων, ἣν καὶ ἡμᾶς δεήσει πορεύεσθαι.* Accedit quod consulto videtur elegisse hanc structuram, ut Catonem sui saeculi ore loquentem faceret. At non poetae solum et antiquiores scriptores ita dicere solent, sed ipse Cicero pluribus locis, in quibus ex optt. codd. haec

que ingrediendum sit, istuc quo pervenisti videre quale sit.

7 III. CATO. Faciam, ut potero, Laeli. Saepe enim
1 interfui querelis aequalium meorum — pares autem, vetere proverbio, cum paribus facillime congregantur —

---

loquendi ratio nuper restituta est. Nostrum locum testimonio afferunt Zumpt. Gr. Lat. §. 694. Schulz. §. 98. 17. Grotef. §. 166. not. 3. *Krebs.* §. 463. 4. Ramshorn. §. 169. 1. not. 3. Stallb. ad Rudd. II. p. *251.* nr. 59. p. 252. nr. 65. in. Perizon. ad Sanct. Min. I, 15. T. I. p. 152. b. ed. Lips. 1793. Wachsmuth. de Gerund. et Sup. Ling. Lat. in Athenaeo I, 1. p. 57. §. 10 ex. Vechner. Hellenol. I, 33. p. 233. ed. Lips. 1680. Probarunt nostri loci scripturam Corte ad Sall. Iug. 15, 3. Heusing. ad Cic. Off. I, 31, 7. Beier ad eund. loc. T. 1. p. 239. qui quidem in Fragm. orat. pr. Scaur. §. 13. p. 158. ed. Lips. 1825. idem revocat, quod reiecerat ad Off. l. c. Drakenb. in Dict. ad h. l. Forcellini in Lex. s. v. *ingredi.* Iahn. ad Virg. Aen. XI, 230. p. 449. ed. Teubn. Cfr. Ramshorn in Iahn. Annal. Philol. et Paedag. 1827. II, 1. p. 46. Miro modo censor. interpretationis Pahlian. l. l. Accusativum ducit ab omissa Praepos. *in* ante *ingrediendum*, ut saepe in talibus verbis fiat. Cfr. Klein. App. ad Cic. de Rep. I. ed. Heinrich.

istuc quo pervenisti videre quale sit] *videri.* P. — Verborum collocationem singularem vide etiam Brut. 96. in: *Ego vero, inquit, et ista, quae dicis, video qualia sint. Gernh.* Sed noli quid reconditi quaerere. Est simplex illa attractio, qua nomen enunciati secundarii refertur ad enunciatum primarium. Veluti nostrum enunciatum proprie ita erat conformandum: *volumus videre, quale sit istuc, quo pervenisti.* Hoc dicendi genus apud ipsum Ciceronem saepe invenitur. Vid. Krueger über die Attraktion. §. 58. seqq. et *Beier.* ad orat. pr. Tull. §. 13. p. 21. seq.

CAP. III.

§. 7. *Faciam, ut potero, Laeli*] *faciam vero Lelli ut pot. v. ψ.* Med. Sed repetita haec sunt ex cap. 2, 8. *Faciam vero Laeli.* Cfr. Rep. I, 24, 38. Hic Scipio: *Faciam, quod vultis, ut potero.*

enim] om. E.

interfui querelis] *querelis interfui* La. L. P.

meorum aequalium] *aequalium meorum.* T. bas. lα. d2. 3. 4. 5. Med. M. w. La. L. P. — Hoc totum fere caput III. quum ex Platon. Rep. p. 329. E. seqq. transtulerit Cicero, comparetur omnino.

pares autem cum paribus, veteri prov.] *pares autem vet. prov. cum par.* R. E. d2. O. — *pares enim cum* d4. Med. — *ut utar veteri pr. η.* — *vetere prov.* d3. O. — *autem* om. α1. Cfr. Charis. I. p. 119. ed. Putsch.

facillime] *facile* T. lα. M. La. L. P. — *Facillime* ut ῥᾶστα pro ἥδιστα. Plat. Symp. 4, 2. (p. 176. B. ed. Steph.) *σκοπεῖσθε οὖν τίνι τρόπῳ ἂν ὡς ῥᾶστα πίνοιμεν.* ad. q. l. vid. Wolf. Ita notio adverbii *facillime* a laboris et molestiae vacuitate eo progreditur, ut sit *lubentissime*, quin etiam *lautissime*, ut ap. Plaut. Epid. II, 2, 59. Ter. Ad. III, 4, 56. Proverbium ipsum [notavit Muret. Varr. Lectt. VII, 15.] Cicero, ut multa alia e Platone suo transtulit, apud quem Cephalus ait Rep. I. p. 150. ed. Bip. (p. 329. E. ed. Steph.) *Πολλάκις — συνερχόμεθά τινες εἰς ταὐτὸ παραπλησίαν ἡλικίαν ἔχοντες, διασῴζοντες τὴν*

quae C. Salinator, quae Sp. Albinus, homines consulares,

παλαιὰν παροιμίαν. Idem in Symp. c. 18. (p. 195. B.) *ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει.* ubi vid. Wolf. et in Phaedr. c. 37. ed. Heindf. *ἥλικα γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν τὸν ἥλικα.* Hom. Od. *ρ'.* 218. *ὡς ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.* *Gernh.*

quae] *quas* bas. lα. d1. 2. 3. 4. (in quo est *quas querelas*) 5. e. i. n. o. ψ. a. b. Man. omnes. Med. v1. 2. cr. ad marg. m. M. — *et novi ea, quae* α2. w. Defendit hanc scripturam Manut. ita: durum videri potest: *deplorare querelas:* nisi putemus usurpatam esse vocem continentem pro ea, quae continetur; querebantur enim senectutis incommoda, eaque deplorabant. Praefert etiam Hermannus hanc scripturam, nullam tamen rationem affert. Ego non dubito, quin unum verum sit *quae*, quod defenderunt Lange, (cuius notam exscripsit Lall.,) Ern. Wetz. Gernh. Orell. Grammatici patrocinati sunt, alius alia ratione explicantes, Bauer. ad Sanct. Min. II, 9. T. I, p. 267. ad Perizon. not. 4. Rudd. Instt. T. II. p. 25. not. 55. (probare videtur Stallbaum. recte tales constructiones interpretatus) Grotef. §. 142. 2. p. 223. Ramshorn §. 159. c. p. 356. Schulz §. 73. 5. p. 365. Idem defendere studuit Beier. ad Off. T. II. p. 150, et p. 365. ad III, 26, 97. Id ipsum, quod paucissimi libri habent difficiliorem illam et elegantiorem structuram, videtur significare, unam veram esse lectionem *quae*, emendatam a scribis, qui, quod saepissime licet observare, maxime studuerunt, Pronomen adiectivum proximo Substantivo adiungere, quamvis esset soloecismus. Hoc factum ex ipso nostro libello possum probare exemplis: 6, 16 (3). *ipsius Appii extat oratio. Atque haec ille egit septem et dec. annis post* etc. ubi multi codd. et editt. habent *hanc.* 9, 28 (6). *compta et mitis oratio. Quae si ipse exsequi nequeas* etc., ubi magnus ille criticus Orellius *quam* cum codd. et editt. servavit. Sed hac in re nihil prorsus tribuendum censeo vel optimis codd. et editt., nisi exempla hoc illud dici posse ostendunt. 11, 38 (13). *res multum et diu cogitatas — tueor — viribus. Quae si exsequi nequirem* etc., ubi multi codd. et editt. praebent *quas si exseq. neq.* Vid. nott. ad hos locos. Ut in his exemplis non optimum genus dicendi videbis si codd. illos sequeris, sic h. l. equidem non video, quomodo recte defendere alii velint *quas.* Primum durissimam illam locutionem *deplorare querelas* vix usquam a bonis scriptoribus usurpatam inveneris; deinde Manutii ratio sat est operosa. Schellerus in Obss. p. 238. maximae interpunctionis signo ante *quae* posito, *quae* accipit pro *qualia* vel *quanta*, aut pro *quae* legi iubet *quam* cum exclamatione et *deplorare* pro *plorare*, *flere* accipiendum censet. Quae nolo refutare. Recte rationem explicuit Gernh. ita: Habet haec structura, ad sensum magis quam ad grammaticam vim verborum accommodata, ut multa Anacolutha apud Ciceronem et alios scriptores, suam quandam excusationem cum in parenthesi interposita, quae inchoatae enunciationis formam quodammodo obruit, tum in querelarum enumerandarum ratione, sic mente concepta, quasi scripsisset: *audivi querelas aequalium;* quae si praecederent, nemo magnopere verba: *quae C. Salin. — deplorare solebant*, apposita miraretur. Comp. §. 6. et Tusc. V, 29, 82. Sed exempla, quae comparat, ex alio sunt genere. Melius laudari potest locus Cic. Ep. ad Fam. II, 8, 4: *complures dies nullis in aliis, nisi de republica sermonibus versatus sum: quae nec*

nostri fere aequales, deplorare solebant: tum quod voluptatibus carerent, sine quibus vitam nullam putarent;
b. tum quod sperneréntur ab iis, a quibus essent coli soliti.
2 Qui mihi non id videbantur accusare, quod esset accusandum. Nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usu venirent reliquisque omnibus maioribus natu;

---

possunt scribi, *nec scribenda sunt*. *Quae* refertur ad omnes sermonis sententias. Affert hoc exemplum Ramshorn. §. 159. p. 353. qui *nescio* qua de causa res simillimas vel prorsus aequales divellit p. 303. et p. 356. Adde Plaut. Epid. II, 2, 55. *sermonis fallebar*, *quae loquerentur*. Langius Graecis hoc familiare dicit. Recte. Vid. Matth. Gr. Gr. max. §. 439. p. 820. ed. 2. (Gramm. minor. eod. §. ed. 2.) Goeller. ad Thuc. VI, 10. T. II. p. 131.

quae C. Salinator, *quae Sp. Albinus*] *C. Salin. et Sp. Alb.* lα. — *C. Sal. Sp. Alb.* d5. — *Albinius* i. — *quas* d1. 2. 3. 4. — *quas S.* e. — *quas Sp.* i. ψ. — *quas semper* u. — *et quas* Med. a1. 2.

C. Salinator] C. Livius Salinator Consul creatus est cum M. Valerio Messala a. u. c. 565. v. Liv. XXXVIII, 35. Pontifex mortuus est a. u. 583. v. Liv. XLIII, 11. *Gernh.*

Sp. Posthumius Albinus] cum Q. Marcio Philippo Cos. fuit a. u. 567. Augur mortuus a. u. 573. v. Liv. XXXIX, 6. et XL, 42. A quo distinguendus Sp. Posthum. Albin. Cs. a. 643., quem Cicero commemorat in Brut. c. 25. *Gernh.* Cfr. Osann. Analect. Crit. p. 19. seqq.

nostri fere aequales] *fere aeq.* est in d2. in marg. — *nostri* om. d4.

carerent] *carent* d4. v. 2. — pro primo *tum* est in e. *cum* — *quia* pro *quod* ψ.

vitam nullam] h. e. nullius momenti, vel insuavem, ut Cicero ipse hanc locutionem interpretatur de Or. II, 5, 20. *Omnes hi sumus, ut sine his studiis vitam nullam esse ducamus.* Idem seq. cap. *Quod addidisti tertium*, *vos eos esse*, *qui vitam insuavem sine his studiis putaretis.* Haec Drakenb. in Dict. Contrario sensu Ennius dixit *vitam vitalem.* v. Lael. c. 6. *Gernh.* Vid. Beier. ad Lael. l. c. §. 5. p. 34. — *putant* pro *putarent* n. —

spernerentur] *aspernarentur* o.

ab iis] *ab his* lα. d1. 2. 3. 4. — *hiis* α1.

a quibus essent coli soliti] *a quibus soliti essent coli* d1. — *a quibus essent etiam coli soliti* d2. — *a quibus essent soliti coli* d3. 4. De sententia vid. cap. 18, 10.

qui mihi non id videbantur accusare, *quod* etc.] *qui mihi videbantur non accusare in hoc id*, *quod esset acc.* cr. — *qui mihi acc. vid.* u. — *id* om. bas. d1. 5. e. ψ. v1. S. V. M. — *acc. id quod* r. v2. α1. a1. f. h1. Ne suspiceris eiiciendum pronomen, vide quae de triplici *tamquam* ad cap. 2, 5. notavi.

accideret] *esset* i.

usu venirent] Sic Graev opt. (qui supra vers. *omnia* addit.) Pal. Cod. Turicens. teste Brem. ad Corn. Hannib. 12. P. Mars. G. N. Billerb. prob. Heindf. ad Cic. N. D. p. 58. — *evenerint* E. lα. a sec. m. — *evenirent* d1. 2. (*usu evenirent omnia*, sic etiam u. ψ. d3. (in quo *e* punctis not.) 4. 5. (om. *mihi*.) r. v1. 2. Med. a1. 2. cr. h1. f. V. La. L. w. Lall. Ern. W. Graev. g. — *evenissent* bas. — *convenirent* ψ. Vid. Exc. II. — *et reliquis* d3. — *omnibus* om. Palat. et e. — *mihi* om. d5.

quorum ego multorum cognovi senectutem sine querèla, qui se et libidinum vinculis laxatos esse non moleste ferrent nec a suis despicerentur. Sed omnium istiusmodi quere- 8
larum in moribus [est] culpa, non in aetate. Moderati

---

quorum ego multorum] Vid. de hac elegantissima verborum collocatione Beier. ad Cic. Off. II, 7, 23. T. II. p. 47. Goerenz. ad Fin. II, 14, 46. p. 192. b. seq. III, 4, 15. p. 326. a. seq. 11, 36. p. 357. b. V, 9, 26. p. 560. b. ex. 16, 44. p. 588. a. Adde Cic. Philipp. II, 4, 7. *tollere amicorum colloquia absentium.* Catil. I, 8, 20. *quorum voluntatem tacitorum perspicis.* p. leg. Man. 7, 17. Frequens est hic usus Caesari v. c. Bell. Civ. III, 22. *magnarum initia rerum.* et Vitruvio v. c. Praefat. libr. VII. §. 1. ed. Schneid. *quorum exitus iudiciorum.*

qui se et libidinum vinculis laxatos esse] *et* om. T. bas. d1. e. n. v1. 2. 3. r. Med. α1. S. ed. vet. — *qui se a libid.* lα. α2. a1. 2. f. h1. V. m. — *qui se e libid.* d3. loc. ras. *lassatos* u. η. ψ. *ex* d5. MS. Gron. — *qui se lab. et libid.* d2. — *qui se e libid. et lab.* ψ. — *vinculo* i. — *iam laxatos* o. — *esse* om. u. — *non* om. e. — *modeste* ψ. — *ferunt* — *despiciuntur* lα. — Vulgata lectio *qui se et lib.* est in E. d4. O2x. b. c. Graev. opt. Pith. 1. 3. W. g. N. O. — Cfr. Cic. ad Fam. V, 14, 6. *Gratia contendimus et rogando, si quid nostra causa vis, ut istis te molestiis laxes.* Praepositione *a* opus erat propter ambiguitatem de Or. III. extr. *Gernh.*

nec a suis] *ne a suis* α1. — *Et* ubi *neque* vel *nec* respondet, saepe a librariis neglectum docet Heusing. ad Off. III, 3, 4. *Gernh. Et-nec* autem sibi respondent, ubi prius membrum affirmativum est, alterum negativum. Esse autem hoc Anacoluthi genus patet, quia primum nonnisi duas sententias requiri affirmantes putamus, sed deinde in mentem venit, alterum membrum esse negandum. Huius connexionis exempla habent Beier. ad Off. I, 21, 73. III, 4, 20. ad Lael. 27, 12. p. 171. Ochsner. p. 128. Frotscher ad Quinct. X, 1, 2. p. 9.

in moribus est culpa, non in aetate] *in moribus non in aetate culpa* lα. — *sed omnium quoque istiusmodi quer.* d2. — *sed plerumque* d4. η. — *in* ante *aetate* om. E. v2. — *culpa in mor. est* Med. — *sed* om. ed. vet.

Moderati enim et nec difficiles, nec inhumani senes] *et non diff. nec.* lα. e. o. — *et non diff. senes* d1. r. v2. α1. f. h1. — *et* om. d2. a2. cr. w. m. P. — *et nec diff. sen.* a. v1. S. m. g. α1. — *moderati enim, non diff.* S. — *enim* om. La. — *difficiles* sunt, qui nihil concedunt gratiae; *importuni*, qui nullam habent temporis locive rationem; *inhumani* parum reverentur communem humanae naturae dignitatem; contra *moderati* non nimium sibi volunt ab aliis tribui. Molestum senem describit Hor. A. P. 173. seq. *Gernh.* Adde Wyttenbach. ad Plut. Consol. T. VI. Animadv. P. II. T. I. p. 701. ed. Oxon. et Doederlein. Lat. Synon. p. 233. Ochsner. p. 262. Similis est sententia Anaxandridis in Brunck. Graec. Gnom.

Οὔ τοι τὸ γῆράς ἐστιν, ὡς οἴει πάτερ,
τῶν φορτίων μέγιστον· ἀλλ᾽ ὃς ἂν φέρῃ
ἀγνωμόνως αὔθ᾽, οὗτός ἐστιν αἴτιος.
ὁ δ᾽ εὐκόλως, ἐνίοτε κομίζειν ποιεῖ,
μεταλαμβάνων ἐπιδέξι᾽ αὐτοῦ τὸν τρόπον,
λύπην ἀφαιρῶν, ἡδονήν τε προςτιθεὶς
λύπην δ᾽ ἐποίησ᾽ ὅστις εἶχε δυςκόλος.

enim et nec difficiles nec inhumani senes tolerabilem senectutem agunt: importunitas autem et inhumanitas omni
8 aetati molesta [est]. — Laelius. Est, ut dicis, Cato;
4 sed fortasse dixerit quispiam, tibi propter opes et copias et dignitatem tuam tolerabiliorem senectutem videri; id
5 autem non posse multis contingere. — Cato. Est istuc quidem, Laeli, aliquid; sed nequaquam in isto [sunt] omnia: ut Themistocles fertur Seriphio cuidam in iurgio respondisse, quum ille dixisset, non eum sua, sed patriae gloria splendorem assecutum: *Nec hercule*, inquit, *ego si*

---

tolerab. agunt sen.] *sen. ag.* R. E. T. bas. lα. d2. 3. 4. 5. Med. La. L. M. P. w. — *tolerabiliorem* P.

omni aetati] *aetate* d2. c. u. Man. 6. Pith. Graev. Guil. m. 1. 2. 3. W. g. — *omni aetati gravis est* lβ. — Quum importunitas non ei, cuius est, sed aliis videri soleat molesta esse, intelligi debet contemptionis et despicientiae molestia, quam gignit inhumanitas, quippe quum molesta fuerit aliis. Ceterum *inhumanitas omni aetate* pro *inhum. cuiuscumque aetatis* durum est et ambiguum. Theodorus παρὰ πάντα τὸν βίον. *Gernh.*

§ 8. *dixerit quispiam*] *quispiam dixerit* T. lα. — *quispiam* om. η. — *aliquis* marg. cr.

tibi propter opes et copias et dignitatem tuam tolerabiliorem sen. vid.] *tibi* om. d2. — *vel propter* Med. — *copiam* o. Eyb. — *dignitates* lα. — *tolerabilem* T. d1. 5. r. v1. e. η. o. ψ. a. α1. a1. 2. f. h1. La. w. S. m. M. P. — *tol. vid. sen.* d3. 4. — *toler. aut meliorem sen.* T.

autem] om. La. L. P. — *ita autem* ed. vet. — De Catonis opibus vid. Plut. Cat. Mai. c. 21. Ita Cicero poterat, quae Plato (vid. ad init. cap.) de Cephalo dicit ad Catonem transferre. *Gernh.*

est istuc quidem, Laeli, aliquid] *est quidem, Laeli, istuc quidem* d3. — *est quidem, Laeli, illud aliquid* d4. — *illud* P. Charis. II. p. 186: *est illud quidem, Laeli, aliquid; sed nequaquam tibi concedendum fuit.* — *istuc* bas. m. M. P. —

sunt omnia] *omnia sunt* lα. d3. 4. — *sunt* om. R. T. bas. d5. o. v. Med. M. L. P. O. Delendum censet Goerenz. ad Legg. II, 10, 24. p. 138. colon post *omnia* et plenam interpunctionem probat vestigia premens F. A. Wolfii. Vide de formula illa *in isto sunt omnia*, nempe *posita* (quae tamen notio est in ipso verbo substantivo) Beier ad Lael. 22, 6. p. 131. et Ochsner. p. 262. Apud Platon. l. c. est: καὶ λέγουσι μέν τι, οὐ μέντοιγε ὅσον οἴονται.

ut Themistocles fertur] *ut Themistoclem ferunt* a. α1. 2. r. v1. 2. 3. a1. 2. cr. f. h1. S. m. Facc.

Seriphio] *Seripho* α1. — *Seriphino* d4.

non eum sua] *eum non sua* d2. — *non sua eum* bas. — *illum* a1. 2. cr. m. L.

assecutum] *esse* add. d3. 4.

Nec hercule] *hercle* lα. d3. bas. e. Codd. Lang. M. α2. — *non hercule* r. — *non hercle* a. v1. 2. α1. — Mihi una probatur forma *hercule* ex Graecor. Ἡρακλῆ orta. Cfr. tamen, si placet, Goerenz. ad Legg. II, 4, 8. Gernhardo in familiari sermone usitatius videtur fuisse *hercle.*

si ego Seriphius essem, nobilis] Sic d2. η. Balduin. ex antiq. libr.

Seriphius [*essem*], *nobilis; nec tu, si Atheniensis* [*esses*], *clarus umquam fuisses.* Quod eodem modo de senectute 6

Guil. ex antiquis codd. α2. a1. 2. f. h1. V. L. 8. g. W. G. N. O. Theod. Gaz. — *si ego Ser. nobilis* d1. La. M. w. — *si ego Ser. essem, ignobilis* B. T. E. bas. lα. d3. 4. (*clarius*) 5. e. n. o. *v*. ψ. omnes Lang. Faërnus ex vett. libr. Codd. Graev. Pith. Palat. Parisini Lall. r. v1. 2. Med. α1. Lall. — *Si eg. Ser. ignob. essem* e. o. 8. — *non essem ignobilis* i. — *non ignobilis* Man. 1. — *essem ignobilis* Bipont. — *ego si Ser. ess. ign.* cr. — *ignobilis* supr. vers. in MS. Gron. — *ego si* om. vet. cod. Daniel. a m. rec. Palat. 2. prob. Drakenb. — *nobilis* et *ignobilis* om. Putean. Grut.

nec tu si Atheniensis esses] *nec si tu Athen. esses* r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. L. g. Facc. Gron. MS. — *esses* om. La. E. e. omnes Lang. Theod. non repugn. Drakenb. Grut. Putean. —

clarus umquam fuisses] *umquam clar. fuiss.* d1. — *fuisses* om. Putean. Grut. Narrarunt hanc historiam Herodot. l. VIII, 125. ubi vid. Valcken. Plat. Rep. I. p. 329. E. seq. Plut. Themist. c. 18. et in Apophthegmat. Ex Platone hausit eam Origen. contr. Cels. L. I. p. 23. ed. Spenc. — Est insula Seriphus inter Cycladas, cuius exiguae ignobilitatem carpit Cic. N. D. I, 31, 88. Parvitatem et ignobilitatem commemorant Aristoph. Acharn. 541. *ἡ Σέριφος νῆσός ἐστιν εὐτέλεστα τῇ πρὸς τῇ Θράκῃ.* Orig. l. c. *Σερίφιος γεγονός, καὶ ἀπὸ ἐλαχίστης καὶ ἀσημοτάτης νήσου.* Cfr. Plin. H. N. IV, 12. et Pomp. Mel. II, 7. Iam quid de scripturis *nobilis* et *ignobilis* sit iudicandum videamus. In Graecis est significatio *nobilis* expressa: Herod. et Plato scripserunt *ὀνομαστός*, Plut. et Origen. *ἔνδοξος*. Cuius scripturae sensum optime his verbis illustravit Wetzel: recte dixisti: patriae multum debeo, tantumque, ut, si in Seripho essem natus, numquam nobilis evasurus fuerim. Simul tamen possum tibi affirmare, non omnia patriae me accepta referre; nec enim tu item, si Athenis, quibus omnem meam gloriam me debere dixisti, natus esses, clarus umquam futurus fuisses. Ita non patriae solum ignobilitatem, sed ingenii quoque stupiditatem, animique humilitatem homini exprobrat. Error Virorum DD. ex eo est ortus, quod huius historiae sensum illustrantes, neglexerunt comparare ea quae sequuntur. Verba intellige: *Quod eodem modo* etc. Comparatio haec est: Quemadmodum vir ingenio praestantissimo summaque sapientia, si maxima paupertate premitur, non levem sibi sentit senectutem: sic idem, si in patria ignobilissima est natus, neque ex eius finibus egreditur, numquam clarus fieri potest: et ut insipiens, qui maximas habet opes, aliquantum quidem levatur a molestiis senectutis, sed non omnino, sic qui in magna civitate natus magna est insipientia habebit quidem aliquam claritatem ex genere, sed non excellentis ingenii famam. Quae si recte a me sunt intellecta et explicata, unum probabis *nobilis*, quod et Graecis verbis respondet et sensui optime convenit. *Ignobilis* ab iis est profectum, qui oppositionem magis extollere vellent inter *clarus* et *ignobilis*, quod quamquam est in optimis cdd. tamen damnandum. Nam ne optimi quidem codd. ab interpolationibus sunt liberi. — Denique quod Langius et Goez. volunt abesse utrumque et *nobilis* et *ignobilis*, non probo, quia haec brevitas non est Ciceronis. Emendationem huius loci promiserat Hieron. Lagomarsini in not. gramm. et critt. ad Gratiani Epist. Cfr. Seebode Miscell. T. I. P. II. p. 408.

dici potest. Nec enim in summa inopia levis esse senectus potest, ne sapienti quidem: nec insipienti etiam in
9 summa copia non gravis. Aptissima omnino sunt, Scipio
7 et Laeli, arma senectutis artes exercitationesque virtutum: quae in omni aetate cultae, quum diu multumque vi-
p.79. xeris, mirificos efferunt fructus, non solum, quia num-
a. quam deserunt, ne extremo quidem tempore, [aetatis]

' Per abundantiam autem quandam, quae sublevat perspicuitatem multis interpositis, additur *inquit* verbo *respondisse*. Vid. Ochsner. p. 298. seq. Iahn. ad Virg. Aen. II, 76. p. 396. ed. Teubn. Carol. Passov. Apparat. Crit. ad Aristoph. Nub. 1105. p. 81. Unde recte defendit Orell. ad Tusc. V, 36, 105, *ait*, quod delevit Davisius, cui assentitur Ern. Cfr. Plaut. Mil. II, 2, 22. Amph. II, 1, 65.

potest dici] *dici potest* R. E. lα. d2. 3. 4. 5. M. O. — *dici de sen. potest* bas.

neque enim] *nec enim* R. E. bas. lα. d1. 2. 3. 4. 5. e. n. u. η. o. v. ψ. a. c. r. v1. 2. Eyb. Med. α1. a1. cr. h1. S. V. m. La. M. L. P. w. quem nescio cur errorem vocet Gernh., quum sic ediderit ipse §. 19. 41. et 79. *Orell.*

levis esse sen. potest] *non levis esse s. p. sapienti quidem* E. Med. cr. S. Lall. — *non levis sen. esse p. nec quidem sap.* d4. ψ. — *nec sap. q.* lα. sed *nec* punctis notat. post *potest* punctum erat, quod delevit man. sec. — *ne sap. quidem* om. a.

nec insipienti etiam] *insipienti* om. n. — *etiam* om. r. v1. 2. B. α1. a1. f. h1. S. m. L. — *etiam* servant Memm. Lang. et reliqq. — *nec quidem insipienti et in sen.* Man. 3. — *nec sapienti in summa* a. — *nec insipienti senectus in summa quoque* Eyb.

§. 9. *Aptissima omnino sunt*] *aptiss. sunt omnino* d1. 2. 3. Med. — pro *omnino* habet *enim* ψ.

Scipio et Laeli] *o Scip.* d1. 3. Med. — *et Laeli* om. η.

cultae] *bene cultae* d1. e. η.

multum diuque] *diu multumque* E. T. bas. lα. Dresdd. omnes. b. c. B. Eyb. Med. V. La. M. L. P. w. Lall. O. Non probat Gernh. hunc ordinem, sed conferri iubet cap. 11, 38. *multum et diu.* Sed quum uterque ordo sit frequens ap. Cic. optimorum codd. auctoritati est obtemperandum. Cfr. de Or. I, 33, 152. Ep. ad Att. IV, 12. ad Fam. II, 13.

efferunt] *afferunt* bas. lα. d1. η. o. Man. 4. r. v1. 2. B. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. L. w. — *mirificos fr. aff.* lα. — *efferent* Man. 1. *efficiunt* Man. 1. — *effecerunt* Man. 1. Sed vid. Heusing. ad Off. I, 15, 5 (48.). et Ern. Clav. Cic. s. v. *efferre.* Cfr. Rep. I, 4, 9.

numquam] quod Langius in libro S. Trudon. recte abesse dicit, Manutius e suis libris, Graevius et rell. tuentur. — *fortasse recte et a nonnullis MSS. abest. Lamb.*

deserunt] *homines* add. d2.

ne in extremo quidem tempore] *nec in extr. quid.* d1. 2. a1. — *nec quidem extr. t.* lα. — *quidem* om. T. — *in* om. E. T. lα. i. u. η. v. α1. La. M. P. w. O. Recte omissam praepositionem *in* dicit Wunder. p. CXVIII. —

tempore aetatis] *aetatis temp.* d5. Eyb. Med. ex interpretatione orta est vox *aetatis.*

— quamquam id quidem maximum [est] — verum etiam quia conscientia bene actae vitae multorumque bene factorum recordatio iucundissima [est].

IV. Ego Q. Maximum — eum, qui Tarentum recepit — senem adolescens ita dilexi, ut aequalem. Erat 10
enim in illo viro comitate condita gravitas, nec senectus 1
mores mutaverat: quamquam eum colere coepi non admodum grandem natu, sed tamen iam aetate provectum. 2
Anno enim post consul primum fuerat, quam ego natus

---

quamquam id maximum est] *quamquam id quidem max. est* E. T. bas. lα. d1. 2. 3. [*enim* in marg.] 4. 5. c. i. n. u. η. c. ψ. Cod. Gronov. B. Eyb. Med. V. La. L. P. M. w. *quamquam quidem est*: *obwohl dies gewissermassen.*

bene actae] *bene* om. Med.

multorumque] *qu* om. E. ed. vet.

benefactorum] *bene actorum* n. — *beneficiorum* e. —

iucundissima est] *iucunda est* Med. — De hac iucunditate Phavorinus ait ap. Stob. tit. CXIV. *περιγίγνεται δ' ἐκ τῶν καλῶν μαθημάτων, καὶ τῶν ἐνδόξων κατορθωμάτων. Ἀμφοτέρων δὲ τούτων ὑπάρχει τῷ γέροντι πρὸς ἑαυτὸν ἀναμιμνήσκεσθαι, καὶ καθάπερ κτήμασι τέρπεσθαι, λογιζόμενον, ὅτι ἡ τύχη, ἡ πάντων κυρία τῶν ἄλλων, ταῦτα ἄκυρός ἐστιν ἀφελέσθαι. Gernh.*

CAP. IV.

§. 10. *Ego quidem Maximum*] *ego Q. Max.* R. E. T. lα. d2. 3. 4. 5. r. v1. 2. Med. α1. a1. cr. h1. V. La. M. L. P. w. Lall. 3. 1. 2. N. O. — *ego quidem Q. Max.* bas. cod. Mos. ipso prob. e. o. a. Man. 3. v1. 3. α2. S. M. L. Facc. g. — Vulgatam habet etiam Man. 1.

eum qui] *eum* om. b. n. v. ψ. Sed vid. Ochsner p. 282.

qui Tarent. rec.] *qui rec. Tar.* d2. — *accepit* Med. — Intelligitur Q. Fabius Maximus Cunctator, qui Tarentum recepit anno u. c. 544. quum esset consul quintum. *Facc.* Proditione esse hanc urbem captam tradit Liv. XXVII, 15—16. Eodem teste l. XXX, 26. Fabius a. u. 551. decessit, postquam, ut Val. Max. VIII, 13, 3. et Plin. VII, 48. perhibent, sexaginta tribus annis augur fuerat. Quinque consulatus Wetzelius in alt. edit. ut alia ad eos annos retulit, qui sunt in marg. editt. Livii saepe contra Fast. Capit. scripti. *Gernh.*

adolescens ita dilexi sen.] *sen. adol. ita dil.* E. bas. (*dilexi ita*) lα. d2. 3. (*ita* in marg.) 4. (om. *ut*) 5. Med. La. M. L. P. w.

erat] om. Med.

comitate condita gravitas] *cum* [comi] *tate cond. gravis virtus* E. — *grav. condita comit.* d1. — *comitate, dulcedine morum et affabilitate cond. gr.* d2. — *et dulcedine morum et affabilitate c. gr.* ψ. — *gravitas et dulci sermonum affabilitate* n. — *comitate grav. cond.* r. v1. 2. α1. h1. f. S. V. — *communitate* Med. vid. ad cap. 17, 2. Vulgatum ordinem tuetur locus Cic. Rep. II, 1, 1. *tantus erat in homine — et modus in dicendo et gravitate mixtus lepos.*

iam] om. ψ.

Anno enim post consul primum fuerat, quam ego natus sum] Sic R. E. T. bas. lα. (*consul fuerat prim.*) d1. 2. 3. (*primo*) 4. (*anno enim*

sum; cumque eo quartum consule adolescentulus miles ad Capuam profectus sum quintoque anno post ad Taren-

---

uno, sic e. vid. Gernh. ad Lael. 3, 11. p. 27. et not. ad cap. 6, 10. 14, 50.) 5. (*prim. cons.* sic crat.) duo libri Vincent. Contareni. tres Palatt. tres Guil. Graev. Pith. Omnes fere Manut. V. La M. P. Seqq. (Ox. i. *prius fueram*). — *postquam consul primum fuerat*, *ego natus sum* v1. S. m. L. — *postquam primum consul fuerat*, *ego natus sum* r. v2. α1. a1. 2. h1. f. w. — Pighius in Anal. defendit vulgatam *anno enim postquam consul primum fuerat*, *ego natus sum*, quae lectio Catonem duobus annis facit iuniorem, natum scilicet anno u. c. 521. cum M. Pomponio. Sed ex c. 5, 14. et 10, 32. apparet, Catonem a. 603. quartum et octogesimum annum egisse; ex quo sequitur natum eum esse a. 519. Posthumio et Carvilio Css. unum annum ante Fabii Consulatum. *Gernh.*

cumque eo quartum consule adolescentulus miles profectus sum ad Capuam, *quintoque anno ad Tarentum*] *cum quo ego quarto consule* R. T. (E. bas.) — *cumque eo quarto* (*quartum* a man. rec. superscr.) *consule adolesc. miles ad Cap. prof. sum*, *quintoque anno ad Tarentum quaestor; deinde aedilis*, *quadriennio post factus sum praetor* R. E. (qui om. *post*) bas. T. (*que* om. et *sum.*) lα. (*sum* om.) d1. (*que* om.) 2. (*cousule quarto*) 3. 4. (*anno primo ad Tar. factus*) 5. (*miles Capuam profectus.*) r. v1. 2. Med. (*consule quarto*) α1. (*quartum*) a1. (*quartum*) v2. (*cumque eo quartum consule adol. mil. prof. sum ad Cap. quintoque anno post ad Tar. quaest.*, *deinde aed.* etc.) cr. ut v2. h1. f. S. V. m. M. W. (*ad Cap. prof. sum*) 3. 1. Lall. — Langius: *cumque eo quartum consule adol. mil. ad Cap. prof. sum; quaestor deinde*, *quem mag.* — *cum admod.* etc. Lamb.: *cumque eo quartum consule adol. miles ad Cap. prof. sum*, *quintoque anno post ad Tar. deinde quaestor*, *quem mag. gessi cons. Tud. et Ceth.; deinde aedilis; quadriennio post factus sum praetor*, *cum quidem* etc. (N. [ ] falsa gloss.) — *ad Cap. prof. sum* habent etiam R. Graev. 1. b. c. M. P. O. — *quinto quarto* e. *quarto* n. o. v. ψ. — *ad Cap. prof. sum praetor*, *quem magistrat. gess.* n. — *quinto* e. η. o. v. — *deinde ad Tar.* u. — Ut Gernh. sic habet Pigh. ad a. u. c. 549. Lang. [in meo exemplari est, ut supra posui, impressum] P. Lall. [idem valet, quod de Lang. not.] W. 2. — *ad Capuam*] i. e. ad exercitum, qui erat ad Capuam. Sic infra *ad Tarentum.* In aliquo tamen cod. deest particula *ad.* *Facciol.* in Pith. deest *ad* — Pighius in Annal. ad a. 549. p. 219. ubi corruptissimum hunc locum emendat, Wetzelio dissentiente, scribit *cumque eo tertium consule* etc. M. Claud. Marcellus eodem anno cum Fabio quartum consule tertium Consul fuit a. u. 539. *Gernh.* — de *quarto* et *quartum* vid. Varronem ap. Gell. X, 1: ubi est: *Aliud est quarto* praetorem fieri et *quartum;* quod *quarto* locum assignificat, ac tres ante *factos: quartum tempus*, *et ter ante factum.* Sed adde totum loc.

post ad Tarentum] Sic locum hunc emendandum existimarunt Critici meliores, praeeunte Langio, quum antea esset corruptissimus. Ita autem habebat: *Quintoque anno post ad Tarentum Quaestor; deinde Aedilis*, *quadriennio post factus sum Praetor: quem* etc. Haec verba pugnant cum ratione et chronologia. Vide infr. cap. 13. (§. 45.) et in Bruto cap. 15. *Facc.* Car. Lang. hanc egregiam Pighii correctionem, quae quidem voces *Aedilis* et *Praetor*, ut e margine profectas, reiicit, ipse suae correctioni paulo duriori, quum omnia

tum. Quaestor deinde quadriennio post factus sum, quem magistratum gessi consulibus Tuditano et Cethego; quum quidem ille admodum senex suasor legis Cinciae de donis et muneribus fuit. Hic et bella gerebat ut adolescens, quum plane grandis esset, et Hannibalem iuveniliter exsultantem patientia sua molliebat: de quo praeclare familiaris noster Ennius:

---

haec *dein Aedilis quadr. p. f. s. praetor* deleri voluisset, praetulit; secutique sunt recentiores interpretes. Etenim Cato ad Capuam a. u. 539. deinde a. 544. ad Tarentum *miles* fuit, *quaestor* autem non quinto et vigesimo aetatis anno, quo ad Tarentum militans, nullos honores adire poterat, sed a. 549. Tuditano et Cethego Css. in Africa, cfr. Brut. c. 15, 60. nec quatuor annis post aedilitatem, sed ipso sequenti anno praetor fuit. Aedilitatis vero et praeturae commemorandae ne locus quidem fuit, quum Cato ea tantummodo hic commemorare vellet, quae ipsi sub Q. Maximo, cuius laudes recensebat, accidissent. Facciolatus, nescio cur, in textu vocem *quintoque* omisit. *Gernh.*

Coss. Tuditano et Cethego] Anno u. c. 549. Facciol. — *Tud. Cethegoque* d5.

cum quidem ille] *tum* E. v1. S. V. — *quum ille quidem* d1. 5. — *tamen* (*tum?*) *quidem* α1. a1. — *cum admodum quidem ille sen.* P.

Cinciae] a M. Cincio latae, qua cavebatur, ne quis ob causam orandam munera acciperet. *Facc.* Vide Tacit. Annal. XI, 5. Drakenborch. in Dict. ad h. l. annotavit, hanc legem vocatam esse *muneralem* ap. Fest. in v. *muneralis. Gernh.* Vid. Heinr. Stoeckhardt *Tafeln* der Geschichte des röm. Rechts. Leipzig bei J. Sühring 1828. p. 13. col. 2. vers. 49. 33, 2, 53. 34, 2, 42. 39, 2, 2. Beier ad Cic. Off. II, 19, 66. T. II. p. 130.

Hic] Q. Fabius Maximus. — Miror Ernestium haec a superioribus verbis, inde a *Quamq.* propter verba *nec sen. mor. mut.* interpositis, commate seiunxisse, quum plene esset interpungendum. *Gernh.*

ut adolescens] *ut adulescentulus* a. r. v1. 2. α1. a1. cr. h1. f.

quum plane grandis esset] *plane cum gr. ess.* d4. — *plene* d2. — *tum plane gr. erat* E.

et Hannibalem] *etiam* η. ψ. — Facciol. *Annibalem.* Aspiratam serva. vid. Drakenb. ad Liv. XXI, 1. *Gernh.*

iuveniliter exsultantem] *iuvenem exsult.* d2. — Plutarch. Numa c. 12, uno verbo dicit, ut Lamb. monet, *νεανιεύεσθαι. Gernh.* *adolescenturire* est ap. Non. s. ipsa hac v.

patientia sua] *sua* om. *v.* Sed pronomen significat: patientia, qua esse solebat, quae ad eius mores pertinebat.

molliebat] *moliebat* u. et vet. lib. Lang. unde is coniecit legendum *moliebatur* [quod in contexta recepit], quod deinde se invenisse dicit in libro S. Iacob. — ut Liv. IX, 3. *Num montes moliri sede sua paramus?* Vulgatam agnoscit etiam Nonius [p. 376.], assentiente Lambin. Guil. Graev. Liv. III, 35. Sall. Cat. 11. Nostri loci interpres est Florus II, 6. *Gernh.*

familiaris noster] Drakenb. in Dict. haec annotavit: Recte Cato Ennium nominat familiarem suum; quum enim quaestor Scipionis

Unus homo nobis cunctando restituit rem:
Non enim rumores ponebat ante salutem.

Africani Cato ex Africa decederet per Sardiniam transiens Ennium secum Romam adduxit. Cfr. Nep. Cat. 1. et postea praetor factus eundem Ennium secum iterum in Sardiniam assumsit, ubi ab eo literis Graecis est institutus, si fides habenda Aurel. Vict. Virr. Ill. c. 47.

Ennius] *ait* add. T. 1α. d2. 4. — *ait Ennius* bas. E. d1. e. n. η. v. ψ. — Nomen *Ennius* C. Langius, teste Ern. additum esse a glossatore putabat: illos versus Ennii omnibus tum notos fuisse, ut non opus esset, id addi a Cicerone. *Gernh.*

Unus homo nobis cunctando restituit rem] Sic d3. u. η. ψ. a. v1. Med. α1. a1. cr. h1. f. S. m. La. L. P. w. ed. vet. G. N. O. — *unus homo qui nobis* Graev. 1. sed subductum erat *homo* ut in R. (nisi forte idem est) bas. — *unus homo cunctando rest. rem* d3. — *unus nobis homo contando rempublicam restituit* d4. — *unus qui nobis* E. d2. vett. libri omnes teste Ursin., omnes, ut videtur, Manut. (tacet enim). Graev. 1. ex subduct. e. i. o. v. r. v1. 2. V. Lall. 3. W. 1. 2. — *unus qui cunctando nobis rem restituit* d1. — *unus cunctando qui nobis* 1α. Cod. Mos. Sed cfr. Suet. Tib. 21. *Orell.* Vulgatam habet etiam Beier. ad Off. I, 24, 84. — Lectio illo: *unus qui nobis*, non Ennio videtur deberi, sed Virgilio, qui Ennium imitatus hunc versum ad suum sermonem, interiecto pronomine, accommodavit: Aen. VI, 846: — *tu Maximus ille es, Unus qui nobis cunctando restituit rem.* Vulgata legitur etiam ap. Cic. ad Attic. II, 19. et ap. Macrob. Saturn. VI, 1. Cfr. Liv. XXX, 26. XLIV, 22. *Gernh.* Cfr. Ovid. Fast. II, 241. seq. — De locutione *rem restituere* vid. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 3. — quippe pluribus cladibus ad Ticinum, Trebiam, Placentiam a. u. 535. et ad lacum Trasymenum a. 536. *Beier* ad Off. l. c. — De Hannibale a Fabio in Campania incluso, per dolum tamen ex angustiis expedito cfr. praeter Nep. Hannib. c. 5. Plutarch. Fab. Max. c. 6. ibid. c. 12. de M. Minutio ab internecione servato Sil. Ital. VII, 266—271. *Gernh.* — Saepe sic *res Romana* pro statu reipublicae, imperio aut civitate dicitur in singulari numero, non facile in plurali. V. Cerda ad Virg. Aen. VI, 853. *Beier* l. c.

Non enim rumores ponebat ante salutem] Sic R. bas. E. d3. 4. (qui Dresdd. habent *rumores ante salutem ponebant*) c. Graev. Sic in Off. l. c. vetustissimi Bernens. eandem tuentur scripturam. — *non ponebat enim rum.* 1α. d1. 2. (in marg.) 5. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. h1. f. S. V. m. La. M. L. P. w. Lall. 3. 1. W. — *non enim ponebat* Sch. 2. — *nam non ponebat rum.* Med. Pith. — *non enim ponebat rumores nec (ante?) sal.* ed. vet. — *non hic ponebat rum.* d2. i. o. ψ. (qui Oxx. habent *rum. ponebat ante sal.*) Planck. ad Enn. Med. Nobbe. probat Hermann. et ita ad Offic. l. c. receperunt e cod. Parisin. et ψ. Beier et Gernh. Hermannus, Vir Magnific. vituperat Gernh. quod quae recte ad Offic. receperit, reliquerit in Catone. Scripturam enim: *non enim rumores ponebat ante salutem* hexametri rationem neutiquam habere; *non ponebat enim* quod habeat Servius (in nostris exemplaribus nihil horum legitur, notante Beiero l. c.) esse a correctore substitutum. *Non hic ponebat rum.* etc. optimam esse formam Ennianam. Sed quum optimi codd. et antiquissimi tueantur, *non enim rumores ponebat ante salutem*, ego id recipere

Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.
Tarentum vero qua vigilantia, quo consilio recepit! 11
quum quidem me audiente Salinatori, qui, amisso oppido 8

---

non dubito, praesertim quum a metro nihil sit vitii. *Enim* una syllaba est proferendum, quod apud antiquos poetas fieri satis constat. Unum exemplum laudavit Gernh. ex Terent. Andr. V, 1, 4. *'Immo enim nunc cum máxime abs te póstulo atque oró, Chreme.* Vid. Lindem. de vetere Latinae linguae prosodia ad Plaut. Comoed. III. p. XXVI. De producta syllaba *at* in *ponebat* non adiuvante caesura compara versum illum Ennii ap. Cic. de Divin. I, 48:

Omnibus cura viris, uter esset induperator.

et Liv. Andronic. in Odyss. apud Priscian. libr. VIII:

Cum socios nostros mandisset impiu' Cyclops.

Recte itaque Orell. omnes alias lectiones correctiones metricas censet.

Ergo postque magisque viri nunc gloria claret] Sic R. T. lα. d1. 3. 4. (*viri gloria nunc claret.*) o. v. a. b. c. Man. 11. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. h1. f. V. La. — *post quaeque magis* E. — *ergo magisque magisque* i. ψ. u. (bas.) Lang. vet. lib. Man. 1. L. P. 3. Lall. w. — *ergo post magis magisque* d5. o. η. — *ergo plusque magisque* n. — *ergo post magisque viri* Man. 1. — *ergo magis magisque* Man. 2. Med. — *ergo postea magisque* unus veterrim. Graev. — *ergo postque magis* Man. 2. ed. vet. — *ergo prius magisque* Man. 1. — *ergo magis atque magis* Man. 1. — *ergo primo magisque* Man. 1. Muret. Varr. Latt. V, 14. defendit *magisque magisque* quod haec loquendi ratio admodum sit frequens. Idem dicit Graev. qui laudat Plaut. Pseud. IV, 7. *Edepol nae istuc magis magisque metuo, cum verba audio.* Alia habet Muret l. c. Eodem modo variant libri in Off. l. c. ubi optimi habent, ut nos h. l. dedimus. Variae lectiones ortae sunt ex male intellectis verbis *post* — *nunc* — *claret.* Notat enim Graevius, copulam non locum habere apud *post*, dein male iungi *post* et *nunc.* Sed recte Gernhard: *Ergo et post obitum viri gloria claruit, et magis etiam hac aetate claret, quam quum viveret.* De figura grammatica, quae *zeugma* dicitur, quo h. l. *Praesens* ultimo verbo *nunc* coniungitur, et ad primum *post* repetendum est *perfectum* vid. optime disputantem Ramshorn. §. 206. C. 3. p. 711. seqq. et Huschk. ad Tibull. I, 1, 19. p. 14. seq.

§. 11. *qua vigilantia*] per proditionem potius Tarentum recepit, ut narrat Liv. XXVII, 15. et Plutarch. Fab. Max. c. 21. *Gernh.*

recepit] *recipit* v1. — *receperat* ψ.

me audiente] *me audienti* v1.

Salinatori] *cuidam* addit d5. i. ψ. — Livius is, qui arci Tarentinae praefuit, a Polybio VIII, 19. Caius, a Liv. XXVII, 25. et Plut. l. c. c. 23. Marcus Livius vocatur, non Salinatoris, sed ap. Liv. l. l. c. 34. Macati cognomine addito. Vid. P. Wesseling. Obss. II, 5. Errasse igitur videtur Cicero hic, et Orat. II, 67, 273. et qui distinguendi erant, miscuisse Livios. Nam qui a vectigali novo, quod ex salaria annona statuerat. vid. Liv. XXIX, 37. Salinatoris cognomen accepit, is certe Tarentinae arci per quinquennium praefectus non fuit, sed quum, ex consulatu populi iudicio damnatus, rure diu habitasset, anno ante, quam Tarentum receptum est, in urbem revocatus et a L. Veturio et P. Licinio censoribus in senatum venire fungique aliis muneribus coactus est, sed tum quoque, sic narrat Liv. XXVII, 34.

fugerat in arcem, glorianti atque ita dicenti: *Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti: Certe,* inquit ridens: *nam,*
4 *nisi tu amisisses, ego numquam recepissem.* Nec vero in armis, quam in toga praestantior, qui consul iterum, Sp. Carvilio collega quiescente, C. Flaminio tribuno plebis,

---

aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat, donec cognati hominis eum causa, M. Livii Macati, quum fama eius ageretur, stantem coegit in senatu sententiam dicere. *Gernh.* Cfr. Osann. Analect. Crit. p. 19. seqq.

amisso oppido] Hannibal Tarentum occupavit a. u. 541. praeter arcem, quam M. Livius defendit usque ad annum 544. v. Liv. XXV, 9—10. Plut. l. l. c. 23. *Gernh.*

fugerat in arcem] *arce* R. E. Graev. 1. — *fuerat in arcem* Tres MSS. ap. Graev.

ita] om. bas. η. Med. marg. Crat. La. M. P. w. ed. vet.

Q. Fabi] om. e. sed habet *maxime.* — *Fabius* η.

Certe, inquit ridens: nam nisi tu amisisses, numquam recepissem] *et certe* dl. e. — *nam* lα. in marg., om. m. — *ni* T. *tu nisi* bas. d3. 4. — *tunc* αl. — *ego numq.* — Goezius invitis omnibus libris scriptt. et edd. Theod. οὐκ ἂν ἔγωγε ἀνέλαβον. *Gernh.* Est autem ita in d2. 3. 4. Med. La. L. M. w. et in optimis codd. in libro de Or. l. c. ubi eadem historia narratur. Quare recepi.

Nec vero in armis praestantior, quam in toga] *fuit* add. d2. — *nec vero in armis, quam in toga praestantior* T. lα. — *nec vero praestantior in armis, quam in toga* d3. 4.

qui consul iterum] *qui iterum consul* Med. — *iterum* om. lα.

collega quiescente] i. e. qui non particeps erat harum rerum.

C. Flaminio tribuno plebis — dividenti] *qui consul iterum factus Sp. Carvillo consule* cod. *Herv.* Haec sic effert Charis. [II. p. 198.] *C. Carvilio et C. Flaminio tribunis plebis — dividentibus* ut appareat consulem Sp. Carvilium quievisse, ne actionibus scilicet consanguinei vel gentilis tribuni et plebis utilitati plebeius ipse adversaretur. At Pigh. ad a. 521. e Polybio II, 21. docuit, unum C. Flaminium tribunum plebis legem hanc agrariam pertulisse. Quamquam Polybius id factum esse tradit M. Lepidi consule a. u. 521. Cicero a. 525. Sp. Carvilio consule. Nec probat Charisi rationem C. Lang. Eundem vero, ne quis credat Ernestio, nescio quo errore, scribenti, negare a Flaminio agrum Gallicum a T. Quinctio Flaminino tr. pl. distributum, quem errorem miror Paullum Manutium esse secutum. Tum idem de Gallico laudat Varron. R. R. I, 2. *Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picentium.* Expulsi enim inde erant Galli Senones a L. Cornelio a u. 516. novem annis ante Fabium consulem. Eandem legem agrariam, invito senatu, latam Cicero commemorat Acad. II, 5, 13. et Brut. c. 14. *Gernh.* Secutus est Charisium Lallem. duce aliquo cod. Reg. qui ex Charis. interpolatus videtur Orellio. „Quum viderem, a Charisio plerosque huius libelli locos admodum corrupte vel memoriter laudatos vel ex antiquioribus Grammaticis negligenter exscriptos afferri, (cfr. §. 8. 22. 25. 46.), hic quoque miro aliquo casu e Sp. Carvilio, consule, C. Carvilium, tribunum plebis, factum esse, docto sane errore.“ *Orell.*

quoad potuit, restitit agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti; augurque quum esset, dicere ausus est: „optimis auspiciis ea geri, quae pro reipublicae salute gererentur; quae contra rempublicam ferrentur, contra auspicia ferri.“ Multa in eo viro 12
praeclara cognovi; sed nihil [est] ammirabilius, quam 5 b.

Picenum] Sic e. n. u. η. o. v. ψ. Dresdd. 4. — *Picentem* Charis. R. (E. *pecenatem* a pr. m.) lα. Graev. ex pervetusto cod. MS. Gron. Man 1. L. P. Lall. 1. 2. prob. Mos. O. — *piscentum* b. — *piscentem* Pith. — *Picenum* sine ulla varietate est de Off. III, 18, 74. Brut. 14, 57., ubi eadem lex laudatur. Cedendum tamen putavit Orell. consensui Charis. Reg. et Erf. Cfr. Drakenb. ad Liv. X, 9, 3. Salmas. ad Flor. I, 19.

dividenti] i. e. divisuro, ut explicat recte Billerb. Saepe fit et apud Latinos et apud Graecos, ut verba *conatum* tantum exprimant, non actionem ipsam. Recte huius brevitatis originem explicuit Ramsh. §. 163. 3. b. p. 386. De Graecis vid. Monk. ad Eur. Hipp. 592. Brunck. ad Soph. O. T. 1441. Herm. ad Soph. Aiac. 1105.

et Gallicum] *gallicumque* lα. ed. vet. — *Gallicanum* bas. d5.

augurque quum esset, dicere ausus est] *augur enim cum esset* d2. — *est dicere ausus* d3. 4. — *ausus est dicere* bas. d2. M. — *est* om. La. — *augurque qui cum esset* ψ. — *augur qui cum esset* o. b. — *augur* etc. Augur minime superstitiosus de avium volatu non valde laborabat, sed ea optimis auspiciis fieri dicebat, quae essent reipublicae salutaria. *Facciol.*

optimis auspiciis] Ursinus Homericum illud Iliad. μ, 243. meminit: *εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης*, quam sententiam latius extulit Eur. Helen. 750. *Wetzel.*

ea geri] *geri ea* Med. —

quae pro reipublicae salute gererentur] *quae pro sal. reip. ger.* lα. *quae pro republica gerebantur* d4. — *quae pro reip. sal. fierent* a. r. v1. ed. Colon. 1563.

quae contra rempublicam ferrentur, contra auspicia ferri] Sic T. E. (*ferrent*, a sec. m. *ferrentur;* pro *contra* habet *malis* ex interpret.) lα. d1. 2. 3. (*ferrerentur*, *ea* in marg.) 4. 5. (*quae vero contra*) Man. 20. Graeviani, Balduini, a. b. c. η. o. v. r. v3. Med. α1. V. L. w. 1. Seqq. — *fierent* — *fieri* R. ut videtur. a1. 2. cr. h1. f. m. La. L. in annotatt. P. Lall. Man. ex uno cod. Oliv. Facciol. — *fierent* — *ferri* v1. 2. Lambinus hoc in aliquot libris esse dicit. — *ferrentur* — *fieri* marg. cr. ed. Colon. 1563. Billerbeck. — Vulgatam servat Theod. Gaza. Defendit eam Victor. Varr. Lectt. XXI, 7. et XXXVIII, 8. ed. Florent., qui exempla permutatorum verborum *fieri* et *ferri* habet. „*Ferre* pro *decernere* legitur pr. Sull. 22, 63. *Nihil de iudicio ferebat.* ad Att. VII, 6.“ *Gernh.*

§. 12. *Multa in eo viro praeclara cognovi*] *multa vero* u. P. — *m. autem* ψ. — *multa in illo praecl.* lα. sed expunct. ab. al. m. *in illo* et ad marg. *in eo.* — *multa praeclara in eo viro cogn.* d1. 5. r. v1. 2. α1. h1. f. V. — *viro* om. T.

est admirab.] *est* om. E. lα. d1. 2. (supra lin. *fuit*) 3. 4. e. u. cod. Mos. prob. ipso in cens. ed. Billerbeck. S. probat Wunderus p. CXIX. quum ad admirabilius intelligatur verbum *cognovi.* — *mirabilius* n.

quam quomodo ille mortem filii tulit] Sic La. L. P. Lall. 2. G. O. —

quomodo [ille] mortem filii tulit, clari viri et consularis. Est in manibus laudatio: quam quum legimus, quem phi-
6 losophum non contemnimus. Nec vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus, sed intus domique praestantior. Qui sermo! Quae praecepta! Quanta notitia antiquitatis! Quae scientia iuris augurii! multae etiam,

---

ille om. Med. — *M. filii sui la.* d1. 3. (*M.* in ras.) η. ψ. — *M. filii tulit* R. E. bas. d2. r. v1. 2. Med. α1. cr. f. S. m. M. 3. 1. — *Q. filii tul.* w. — *mortem filii sui* d4. — *quam quo ille modo* d4. Sed *Quinctio* ei erat nomen, non *Marco*. Vid. mox ad v. *laudatio*. — *quam quomodo*. Manutius duriorem dicit esse constructionem, *nihil admirabilius, quam quomodo*. Tum sane etiam durius V. D. illud dixerit de Orat. II, 38. III, 16. — De *Indicativo* modo in oratione pendente vid. Beier. ad Lael. 25, 9. et Busch. in Ephemerid. Scholast. ab ann. 1828. II, 84. p. 691.

Est in manibus laudatio] *est in man. ei facta laud.* T. — *est in man. viri laudatio* d5. o. ψ. r. v1. 2. α1. a1. cr. h1. f. S. m. — Mortem Quinti filii, quem Livius XXIV, 43. tradit a. u. 540. cum Ti. Sempronio Gracccho II. Cos. patri successisse, Plutarcho teste Fab. c. 24. ex. *ὡς ἀνήρ τε φρόνιμος καὶ πατὴρ χρηστός, ἤνεγκε μετριώτατα.* *Gernh.* Orationem hanc funebrem se legisse dicit Plutarch. l. c. De constantia patris in morte filii vid. Tusc. III, 28. Ep. ad Fam. IV, 6, 6. nostro libell. 23, 12. 13. Val. Max. IV, 1, 5. „Quae de laudatione illa dicit, pertinent eo, ut Fabii oratio ad leniendum luctum, animumque confirmandum, omnibus philosophorum consolationibus fructuosior efficaciorque iudicetur." Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. Animadv. P. II. T. I. p. 700. ed. Oxon.

contemnimus] Plutarch. l. l. c. 1. de Fabii eloquentia: *οὐ γὰρ ἐπῆν ὡραϊσμός, οὐδὲ κενὴ καὶ ἀγοραῖος χάρις, ἀλλὰ νοῦς ἴδιον καὶ περιττὸν ἐν γνωμολογίαις σχῆμα καὶ βάθος ἔχων, ἃς μάλιστα ταῖς Θουκυδίδου προςεοικέναι λέγουσι.* *Gernh.*

ille] om. o. cod. Mos. r. v1. 2. Med. α1.

in luce] h. e. *in maxima celebratione*, ut de Off. III, 1, 3. ad Q. Fr. I, 1, 2. *Gernh.* Cfr. pr. leg. Man. 3, 7.

magnus] *fuit* add. d2.

intus domique] *domique* om. α1. *que* h. l. est explicativum.

praestantior] *fuit* add. ψ.

qui sermo] *quis sermo* d3. 4. η. ψ.

quae praecepta] *quae* om. E.

quanta notitia antiquitatis, quae scientia iuris augurii] *quanta notitia antiquitatis et augurum et quanta scientia iuris* Man. 1. — *quant. not. ant. et augurii, quanta scient. iuris.* Man. 2. — *et quant. not. ant.* Med.

quae scientia iuris augurii] *quae* om. E. T. bas. d1. η. o. n. u. v. ψ. Palatt. La. — *quae scientia iuris et augurum* E. Man 1. — *quae scientia iuris et augurii* bas. d1. 3. 4. (*quanta scient.* ut 5.) e. Man. 6. marg. cr. — *iuris augurandi* d2. a. c. Man 1. r. v1. 2. α1. a1. (*quanta sc.*) cr. h1. f. S. V. — *quanta notitia antiquitatis in scient.* i. — *iuris? augurii?* Cod. Mos. M. P. — *iuris auguralis* Alii ap. Facciol. — *augurii* om. Man 1. Med. — Vulgata est praeter eos libros, quos praetermisi, quod qui sint, satis apparet, in

ut in homine Romano, litterae. Omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella. Cuius sermone ita tunc cupide fruebar, quasi iam divinarem id, quod evenit, illo exstincto fore, unde discerem, neminem.

V. Quorsus igitur [haec] tam multa de Maximo? quia 13
1

Pall. Graev. Pith. Man. 8. b. Tuentur eam Gifan. Ind. Lucret. s. v. *Clarere*. I. F. Gronov. ad Gellii Praefat. §. 8. cfr. Epist. ad Fam. III, 9. *Cum ipsam cognitionem iuris augurii consequi cupio*. Idem *ius augurum* appellatur cap. 11, 38. *Gernh.* De ultimo loco vid. not. Orell. restituit *ius augurium*. Vid. idem ad libr. II. de Divin. 33, 70. not. 11. p. 192. Vol. IV. P. II.

literae] *erant in eo* d2. Med. (om. *in eo*).

omnia memoria tenebat] *in mem.* E. d3. 4. — *omnia enim mem.* d2. Med. — *memoriter* e. η. o. — *memoriae* ψ. — *memoria* om. *v*.

non domestica solum, sed etiam externa bella] *non solum dom. sed etiam ext.* lα. — *extera* E.

ita tum cupide fruebar] *ita cupide fruebar tunc* T. Graev. opt. (non R., si fides collatori *Orell.*) bas. non improb. Graev. nec mihi displicet. *Orell.* E. d1. 2. 3. 4. — *ita tunc cup. fr.* e. — *tum* om. lα. d5. o. a. b. r. v1. 2. 3. α1. h1. f. ed. vet. — *perfruebar* lα. Si retinemus particulam, scribendum est *tunc* non *tum* (vid. not. ad cap. 19, 69.)

quasi iam divinarem id] *quasi tunc iam* lα. — *iam* om. d5. b. c. O2x. La P. M. w. — *evenit post* e.

fore, unde discerem, neminem] *unde discerem, fore nem.* h1. f. Graev. g. — *fore nem. unde discer.* Graev. cod. — *nem. fore unde disc.* lα. — Vulgatam habent etiam v3. et α2.

CAP. V.

§. 13. *Quorsum*] *quorsus* E. La. P. — Difficillimum est ad dicendum, quae forma singulis locis sit praeferenda. Antiquior est forma in *um* terminata, qua sola usus Plautus. Vid. Lingius Quaest. Plaut. p. 41. Sed Ciceronis tempore utraque fuit in usu, et probo unam Gernhardi rationem ad nostri libell. cap. 12, 42. pr. *quorsum* scribendum esse ante consonantem; utramque formam scribi posse ante vocalem, ubi quae auribus iucundissima, praeferenda; ante literam *h* scribendum *quorsus*. Librorum in his rebus auctoritas nulla, semper enim discrepant. Sensus differentia nulla, nisi forte *quorsus* i. e. *quo versus?* significet: *quo tendo oratione mea?* contra *quorsum* i. e. *quoversum: ad quam partem oratio tendit.* Sed non multa lucramur. Dixit de his formis Goerenz. ad Legg. I, 1, 4. Fin. IV, 17, 46.

haec] om. a. r. v1. 2. 3. 4. α1. h1. f. g Recte iudicat Gernh. *haec* non esse a Cicerone. Quamquam enim possit dici *haec tam multa* ut de Or. III, 24, 91., in plurali tamen *haec* iam latere quandam multitudinis significationem, et eodem modo abesse posse, quo c. 13, 44. *quorsus igitur tam multa de voluptate.* Pronomine addito non opus esse verbis *de Maximo*, ut cap. 12, 42. *quorsus haec*, non *quorsus haec de voluptate*, quod hunc praebet sensum: quorsus *haec potissimum* loquor de voluptate, non *alia?*

profecto videtis, nefas [esse] dictu, miseram fuisse talem senectutem. Nec tamen omnes possunt esse Scipiones aut Maximi, ut urbium expugnationes, ut pedestres navalesque pugnas, ut bella a se gesta, ut triumphos recordentur.
2 Est [etiam] quiete, [et] pure, [et] eleganter actae aetatis placida ac lenis senectus, qualem accepimus Plato-

---

nefas esse dictu] *esse nefas dictu* d1. — *quia* in loc. ras. in d3. *fuisse*] *esse* n. — *talem fuisse* ed. vet.

Nec tamen omnes possunt esse Scip.] *nec tamen possunt esse omnes Sc.* T. — *enim* pro *tamen* o. — *omnes* om. d4.

Scipiones] i. e. tales viri, qualis fuit Scipio. Vide de hoc pluralis numeri usu Ellendt. ad Cic. Brut. 69, 244. p. 179. et Ochsner. p. 158. Cfr. Cic. de Or. I, 48. — Scipionem Africanum Maior. intelligit, cuius quaestor Cato fuerat, quem admirabatur. vid. cap. 6, 19. 17, 61. *Gernh.*

Maximi] Intelligitur is, de quo cap. 4. — *aut Max.* om. d1.

ut urbium expugnationes] *aut urbium expugnatores* d5. — *aut* η. ψ. — *ut urbium expugnatores* v2. Eyb. Male. Singulis enim viris modo laudatis singulae res tribuuntur. — Maximus enim et Africanus Scipio summos se duces cuivis probaverant in bello Punico altero. *Ille* enim (*Maximus*) Hannibalem vinci posse docuerat, *hic* (*Scipio*) huic bello finem imposuerat. *Wetz.*

ut pedestres navalesve pugnas] *navalesque* E. lα. d1. 2. e. η. o. ψ. Med. h1. f. S. V. L. Praeferendum duxi *que* pro *ve*, quum *que* usurpetur, ubi pluribus aliquid commune, *ve* autem, quod ad alterutrum tantum pertinet, significatur. Uterque autem et pedestres et navales pugnas commiserat. — *terrestres* Med. Vid. Gronov. ad Liv. XXXVII, 53. Bremi ad Corn. Alcib. 8, 2.

ut triumphos recordentur] Sic R. E. T. bas. libri Lang. Pall. 3. et Graev. opt. b. o. α2. Theod. *ὥστε ἐπινικίους πομπὰς ὕστερόν ποτε ἐνθυμεῖσθαι.* Ol. g. B. Eyb. S. m. M. L. P. 3. Cett. — *triumphosque* d1. r. v1. 2. α1. h1. f. V. 1. 2. — *ut triumph.* om. v. — *recordarentur* η.

Est etiam] *enim* E. r. v1. 2. a1. 2. cr. h1. f. S. V. m. L. — *etiam* om. d4. Mihi utraque vox et *enim* et *etiam* suspecta. Solet enim in his enunciatis, quae, quamquam pertinent ad antecedentia, sententiam, ubique valentem, continent, copula omitti. Utrumque abesse melius est. Vid. Beier. ad Off. I, 17, 56. ex.

quiete] in otio, sine negotiis publicis. Cfr. Off. I, 20, 11. *Wetz.*

et eleganter] *et* om. E. — *atque* T. bas. lα. d1. 3. 4. 5. e. i. u. B. Eyb. Med. La. w. — *ac eleg.* d2. Utramque copulam deleverim. Solenne enim in trimembri oratione Asyndeton. Vid. Beier. ad Off. I, 1, 2. T. I. p. 7. Goerenz. ad Fin. V, 15, 43. p. 586. b. Vid. ad cap. 6, 17. — *Eleganter* Wetzelius interpretatur *innocenter*. At quum pura vita sit *sceleris expers*, *elegantia vitae* est in servandis decori officiis, in qua nihil est, quod offendat, multa autem, quae optimo cuique comprobentur. Ita pro Sull. c. 28. summa *elegantia* cum *integritate*. et Ep. ad Fam. III, 8. *elegantius* et *iustius* iunguntur. *Gernh.*

lenis] *levis* o. ψ. Man. 4 r. v1. B. Eyb. — *et levis* Med. α1. — *levis et placida* Man. 2. Theod. *γῆρας ἐλαφρὸν καὶ εὐάρεστον.*

accepimus] *accipimus* T. Sed vid. Krebs. Gramm. Lat. §. 448. 4. —

nis, qui uno et octogesimo anno scribens est mortuus; qualem Isocratis, qui eum librum, qui *Panathenaicus* inscribitur, quarto et nonagesimo anno scripsisse se dicit

---

om. d3. (in marg.) — *Platonis accep.* Med. — *accep. senectut. Plat.* d2.

qui uno et octogesimo anno] *et uno* V. De numerali nomine *uno* cum *ordinali* vid. Ramshorn. §. 157. 2. p. 326. Drakenb. laud. Ep. ad Fam. VIII, 8. Causa huius usus est cautio, ne obscuritas oriatur.

mortuus est] *est mortuus* R. E. T. bas. La. M. w. Or. — De Platonis aetate Gernhardus haec notavit: „Hoc Hermippus testatur ap. Diogen. Laërt. III, 2. Lucian. in Longaev. [cap. 21.] et Senec. Epist. 58. [§. 27.], qui Apollodori *Χρονικοῖς* utebantur.; Athen. V, 13. Val. Max. VIII, 7. et Suidas duos et octoginta annos Platoni tribuunt: Neanthes ap. Laërt. III, 3. quatuor et octoginta. Omnis haec discrepantia est de anno natali. Hoc certum est, Platonem decessisse Ol. CVIII, 1. Athen. l. l. Plutarch. de X. rhet. c. 8. Dion. Halic. ep. ad Ammaeum et Laert. [Dionys. de Compos. Verb. c. 25. octoginta annos ei tribuit. *Müll.*] Platonem docent natum esse sex annis post *Isocratem.* Atqui *Isocrates* natus est Ol. LXXXVI, 1. Ita intelligitur, natum Platonem esse Ol. LXXXVII, 3. a. Chr. 425. Eodem redit Corsini computatio in Dissert. de natali die Platonis, eius aetate et in Italiam itineribus in Gori Symbol. liter. T. VI. Quare ad unum et octoginta aetatis annos pervenisse videbitur."

scribens] Hermippus ap. Laërt. l. c. Platonem tradit in nuptiali convivio mortuum esse. Val. Max. VIII, 7, 3. teste *decedens sub capite Sophronis numeros habuisse fertur.* Cfr. Quinctil. I, 10, 17. et Olympiod. in vit. Plat. quos laud. Wetz. *Gernh.*

qualem] *que* add. d4. 5. Med. — *quoque* P.

Isocratis] *Socratis* E. lα. d2. — *Isocrates* (*I* a sec. m.) 3. 4. e. o. v. ψ. Solemni permutatione.

Panathenaicus] *Panathenicus* T. lα. d4. o. — *Panatheticus* d1. e. n. ψ. Eyb. — *Paneticus* η. — *Panegyricus* unus cod. Balduin., in d3. est lacuna. Theod. *τὸν πανηγυρικόν.*

inscribitur] *scribitur* d1. *dicitur* n. Drakenb. haec: „Hoc nomine Isocrates orationem suam inscripsit, vel quia eam recitavit publice festo Minervae Panathenaico, vel quia oratio haec continuit omnes laudes Atheniensium, qui erant in tutela Minervae." Cfr. Val. Max. VIII, 7, 9.

quarto et nonagesimo anno] *et* om. R. T. lα. d1. Graev. 1. La. — *nonagesimo quarto anno* bas. d2.

scripsisse se dicit] Sic R. MS. Gron. duo Guil. Ern. e MS. Palat. a. w. — *scripsisse dixit* d1. — *scr. dicit* d3. (*se* in marg.) 4. Grut. — *scripsisse dicitur* E. bas. lα. d2. 5. r. v1. 2. B. Eyb. Med. α1. a1. 2. cr. h1. f. V. L. Graev. Facc. g. — Movit Ernestium etiam ipsius Isocratis auctoritas Panathen. c. 1. [*νῦν δὲ οὐχ ἡγοῦμαι ἁρμόττειν, οὔτε τοῖς ἔτεσι τοῖς ἐννενήκοντα καὶ τέσσαρσιν, ὧν ἐγὼ τυγχάνω γεγονώς, οὔθ' ὅλως τοῖς ἤδη πολιὰς ἔχουσιν, ἐκεῖνον τὸν τρόπον ἔτι λέγειν.*], postquam Valcken. in Diatrib. [de fragm. Eur.] p. 255. idem monuerat. *Gernh.* Cum Cicerone consentit Pausan. I, 18, 8. *Muell.*

vixitque quinquennium postea: cuius magister Leontinus Gorgias centum et septem complevit annos neque umquam in suo studio atque opere cessavit. Qui, quum ex eo quaereretur, cur tamdiu vellet esse in vita? *nihil ha-*
14 *beo*, inquit, *quod accusem senectutem.* Praeclarum re-
8

---

vixitque quinquennium postea] *vixisse* bas. La. L. P. — *quinquennio* d4. Man 1.

Leontinus Gorgias] *Leontius Gorgias* d2. — Drakenb. in Dict. Observandum, inquit, nomen Leontinus hic nomini proprio *Gorgias* praeponi, ut saepe fit elegantiae causa [Gernh.: Nimirum nunc Cicero numeri suavitati consuluit, ubi plura nomina erant efferenda, nunc oppositio, nunc pronomen *qui* additum hanc collocationem suasit]. Ita *Eleus Hippias* Cic. de Or. II, 33. [III, 32, 127.] *Phalereus Demetrius* Off. II, 17. [§. 60.] *Thessalus Cyneas* infr. cap. 13. Sic *Leontinus Gorgias*, *quo patrono* etc. de Or. III, 32, 129. Brut. 8, 30. *Chius Metrodorus* Acad. II, 23, 73.

centum et septem complevit annos] *et* om. i. — VI. η. Cum Cicerone consentit Val. Max. VIII, 13, 2. qui tradit, Gorgiam ea, quae Cicero narrat, interrogatum respondisse, quum centesimum et septimum annum ageret. Quidni igitur potuit ad centesimum octavum annum pervenire, ut Plinius testatur Hist. Nat. VII, 48? Wetzelius errat, qui, Plinius, inquit, XXXIII, 4. centum et novem eum complevisse tradit. Novem annos ad centesimum addit Appollod. ἐν Χρονικοῖς ap. Diog. Laërt. VIII. p. 228. ed. Menag. Totidem Quinct. III, 1. Philostr. de vit. Sophist. I, 9. et Lucian. Macrob. 23. *octo*, Pausan. VI. p. 376. ed. Sylb. *quinque*. *Gernh.* Confer doctam commentationem de Gorgia Leontino scriptam ab Eduard. Foss. Halae typ. Gebauer. 1828., ubi de nostro loco disputatur p. 10. Singularem libellum scripsit: Henrici Eduardi Foss, de Gorgia Leontino commentatio. Interpositus est Aristotelis de Gorgia liber emendatius editus. 8. mai. 18 Gr. Halle bei Hemmerde und Schwetschke. 1828. Is anno centesimo et octavo eum decessisse efficit singulis computationibus. Adde Dissertat. de authentia declamationum, quae Gorgiae Leontini nomine extant. Scrips. Car. Schoenborn. Vratislav. typ. Kupfer. 1826. 40 S. 4. Coel. Rhodig. Lectt. Ant. X, 60.

neque umquam] *nec umq.* d4. α1.

in suo studio] *in stud. suo* B, — *opera* w.

quaereretur] *exquaereretur* o. — *ab eo* d1.

vellet esse] *esse vellet* La. M. P. — *velit* Eyb.

Nihil habeo, inquit, quod incusem sen.] *cur* d1. 5. — *quo* o. *quod, inquit, accus.* ed. vet.

incusem] *accusem* R. E. T. bas. lα. Dresdd. et Oxx. omnes. c. B. Eyb. Med. α2. a1. 2. cr. S. V. m. La. L. M. P. w. Lall. — Nulla fere est auctoritas lectionis *incusem*, quae interpolatoris elegantiae deberi videtur: nec alibi est *incusare* ap. Ciceronem. *accusare* habent etiam Io. Sarisberiens. Vincent. Bellovacens et Burlaeus v. Klein. p. IX. *Orell.* Nizolius prorsus praetermisit in Lex. Cic. voc. *incusare*. — Quae Gorgias Leontinus, validus senex, mirantibus responderit ex Clearcho et Demetrio Byzantio refert Athen. in Deipnos. XII. [c. 26.] p. 548. ed. Casaub. *Muell.* Aliud eiusdem viri dictum est ap. Plutarch. Consol. p. 107. E. ubi vid. Wyttenbach. p. 728.

§. 14. *Praeclarum responsum et docto homine dignum*] *o praecl.* d3. 4.

sponsum et docto homine dignum! Sua enim vitia insipientes et suam culpam in senectutem conferunt; quod non faciebat is, cuius modo mentionem feci, Ennius:

Sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo p. 80.
Vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit: a.

— *et homine docto* d5. — *docto viro* d4. — *et* om. α1. recte. — *docto homine* i. e. *philosopho* Tusc. I, 30. — De epiphonematis usu apud Ciceron. vid. Beier ad Off. I, 11, 37. T. I. p. 87. Goerenz. ad Fin. III, 21, 69.

Sua enim vitia insipientes] *inspicientes* T. — *sua enim insipientes vitia* 1α.

et suam culpam] *et culp. suam* Eyb.

conferunt] *transferunt* d5. ψ. marg. crat. V. P.

quod non faciebat is] *is faciebat* 1α. — *fecit* E.

cuius modo mentionem feci] *fecit* E. — *fecimus* d3. e. v2. 3. Med. α3. — *cuius mentionem modo fecimus* d1. 2. — *cuius ment. modo feci* r. — *cuius modo mentionem faciebat* v1. — *cuius mihi ment. fec.* T.

Ennius] *unde dicit Ennius* Med. α3. — *ut dicit Ennius* ed. Ascens. Orellii. — *Ennius* om. d1. 2. Müllerus de h. l. ita: Si quid video h. l. non pauca ab interprett. vett. adsuta in textum irrepserunt. Equidem puto, Ciceronem haec scripsisse: Quod non faciebat is, cuius modo mentionem feci, qui Sicut — quiescit. *Quem quidem probe meminisse potestis.* Cetera omnia iis, a quibus sunt profecta, remittimus. Non assentior Müllero abiicienti nomen Ennii, nam quum in seqq. plura de eo dicit, opus erat ante nominasse Ennium, etiamsi versus omnes ab Ennio profectos scivissent; et in sequentibus cur non suspiciosum censeam idem nomen suo loco dicetur. Ego non eiicio. Sed non opus est ut substituamus pron. rel. *qui:* possunt enim versus sine connexus vinculo laudari. Recte deinde ab interprete profecta censet verba: *Equi fortis et victoris senectuti comparat suam.* Nullum habent sensum. Non enim credibile est, Ennium in libris Annalium de se ipso haec dixisse, sed existimandi sunt versus de alio quopiam ab Ennio dicti. Continent autem haec verba argumentum duorum versuum, quos Cato laudavit. Eoque magis ab interprete ascripta putanda. Qui retinet, nescio quomodo defendat ea.

Sicut etc.] Vide de his versibus Columna ad Ennii Fragm. p. 126. — *sicuti* E. d2. i. ψ.

saepe] *forte* d4. 5. e. u. a. Palat 1. v2. Med. α1. h1. fr.

supremo] *remenso* quidam ap. Column. Est tamen interpretatio.

vicit Olympia] *vincit* i. v3. α1. 2. — Constructio a Graecis repetita, cuius originem optime explanavit Matth. Gr. Gr. max. §. 409. 3. Exempla vid. ap. Ochsner. p. 218.

confectu'] *confectus* plena forma est in omnibus libris. Vid. ad cap. I, 1. *plenu'.* Ad versus comparat Gernh. Soph. Electr. 25. de paedagogo:

ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενής, κἂν ᾖ γέρων,
ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν. ὡσαύτως δὲ σὺ
ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις, καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπει.

ad quem locum laudat Valcken. Philostr. Vit. Sophist. II, 23, 4. p. 606.

4 [Equi fortis et victoris senectuti comparat suam:] quem quidem probe meminisse potestis. Anno enim undevicesimo post eius mortem hi consules, T. Flamininus et M'. Acilius, facti sunt: ille autem Caepione, et Philippo iterum, consulibus mortuus est, quum ego quidem v et LX annos natus legem Voconiam magna voce et bonis lateri-

---

quem quidem probe meminisse potestis] *cuius quidem* bas. lα. d2. 4. (om. *quidem*) 5. ψ. B. Med. — *meminisse probe* La. M. P. w. Cfr. de Or. III, 50, 194. *Antipater ille Sidonius, quem tu probe, Catule, meministi.* Fin. II, 20, 63. *L. Thorius Balbus fuit, Lanuvinus; quem meminisse tu non potes.* Ernestius de coniectura *quam* posuit, relatum ad *senectuti*, receperunt Schütz. et Nobb. Recte reiecit Wetzelius. Statim de ipso Ennio exponere pergit.

undevicesimo] *vigesimo* E. d2. 3. (superscr. *unde*) 5. i. Med. — *annum enim undevicesimum* T. ψ. Pith. B. — *unvicesimo* (*o* adiecit man. sec.) lα. d1. (plene *uno vigesimo*) — *annum enim unum et vices.* d4. — *uno de vigesimo* e. η.

post eius mortem] *post mortem eius* d5. Med.

hi consules] om. *v.* — *duo cons.* ψ.

T. Flamininus] *Flaminius* bas. d1. 2. etc. cum V. m. (M.) P. 2. „Consul fuit a. u. 603. cum M'. Acilio Balbo secundum Fastos Capitol.“ *Gernh.*

M. Acilius] *Attilius* d2. v1. S. V. M. L. Rectum est *Manius* L. 3. 1. 2. v. Pigh. ad a. u. c. 603.

Caepione et Philippo iterum, consulibus] *Scipione* pro *Caepione* E. T. e. i. n. η. o. *v.* ψ. — *Philippo et Scip.* lα. — *iterum consule* La. P. Lall. 3. Iterum fuit consul Q. Marcius Philippus teste *Liv.* XLIII, 11. a. u. 584. Interpungendum est cum Ern. post *iterum*; tum recte ad utrumque refertur *consulibus*, pro quo Manut. e septem codd. et Graev. e Pith. receperunt *consule.* Idem est in b. septem Oxx. ed. Facciol. et Oliv. Balduinus haec monet: Gaza *Scipione* legit pro *Caepione* codicem secutus non usque quaque emendatum: (sic etiam septem Oxx. cum a. b. c.), recte tamen *iterum Cons.*, ut de Q. Marcio Philippo tantum intelligatur. Idem notavit, hic quosdam *Lucium* legere, non *Titum* et *Acilium*, in quo nomine Victorinum exemplar eis suffragari. Ceterum ne quis offendatur, quod Cic. in Brut. cap. 30. Ennium mortuum esse dicit *Q. Marcio, Cn. Servio Css.*, qui quidem fuerunt eodem anno consules, quo illi designati sunt. Natum eum esse a. u. 514. C. Manilio Turino, Q. Valerio Faltone Css. tradit Gell. VII, 13. et anno post C. Clodii et M. Tuditani consulatum Cic. Tusc. I, 1. et Brut. 18, 72. *Gernh.*

quidem] om. E. bas. lα. d1. 2. 3. 4. 5. i. (*ego per quinque*) e. n. u. η. o. *v.* ψ. b. c. Med. cr. V. L. P. M. ed. Lugd. — adest etiam in a. v3. α2. Verburg. male in omnibus editt. et MSS. deesse dicit.

legem Voconiam] quam tulit Q. Voconius de coercendis mulierum hereditatibus a. u. c. 581. *Facciol.* Orationem, qua suasit legem, Livius commemorat Epit. XLI. et Gellius VII, 13. *Gernh.* Cfr. Stoeckhardt Tabellen der röm. Rechtsgeschichte 15, 2, 36.

voce magna] *magna voce* R. E. T. bas. lα. d2. 3. (*leg. Voc. suasit magn.*) 5. Med. V. La. P. M. w. O. — *magna* om. d4. (*suas. voce*).

bonis lateribus] *magnis laterib.* lα. Vid. Ellendt. ad Cic. Brut.

bus suasissem. Annos LXX natus — tot enim vixit En- 5
nius — ita ferebat duo, quae maxima putantur, onera, paupertatem et senectutem, ut iis paene delectari videretur. — Etenim, quum contemplor animo, quatuor re- 15
perio causas, cur senectus misera videatur: unam, quod 6
avocet a rebus gerendis; alteram, quod corpus faciat infir-

56, 202. p. 146. „Laterum firmitatem, qua dicenti vox suppetit, in Catone laudat Valer. Max. VIII, 7, 1.“ *Gernh.*

Annos LXX. natus] *Sed annos* etc. La. M.

tot enim vixit Ennius] *tot enim annis vix. Enn.* d1. — *tot en. annos vix. Enn.* e. — *Ennius* om. d3. Non recte, vitanda enim obscuritas, quum tam multa nomina concurrant.

ita ferebat duo, quae maxima putantur onera] *ita ferebat duo onera, quae putantur maxima* lα. — *duo, quae putantur maxima onera* Eyb. — *ita ferebat duo, quae max. putabantur onera* d4. o. — *paupertatem, senect.* Man. 2.

ut eis] *ut eius* i. — *ut ei* MSS. duo Graev. — Guil. coniecit *uti paene del.*

paene delectari videretur] *delectare* d1. La. — *plene* d3. 4. Sequitur in Cod. Dresd. 3. rubro atramento *Capitulum secundum.* — Drakenb. in Dictat. laudat Hieron. in Chron. Euseb. 142. qui tradit, Ennium in monte Aventino habitasse, et unius ancillae ministerio contentum fuisse. *Gernh.* Sententiae illi paupertatem et senectutem duo maxima esse onera consentit Aeschin. adv. Timarch. p. 111. ed. Reisk. γῆρας καὶ πενία, τὰ μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν.

§. 15. *Etenim*] Elliptica ratione positum est, quam recte explicuit Beier. ad Off. III, 15, 63. T. II. p. 297. Is enim quum illum locum esset interpretatus, ad nostrum locum venit ita: *etenim*, καὶ γάρ τοι, copulae vis obtinet etiam in tali obiectione, ubi praecessit negatio e. c. in Divin. II, 69. pr. §. 142. magis etiam in Catone Maior. 5, 6. pr. (§. 15. leg. 13.), ubi sententiarum nexus hic est: Ennius senectute paene oblectabatur. *Et* recte quidem: iniustae *enim* sunt causae, cur senectus misera videatur. Cfr. Ramshorn. §. 187. I, 1. p. 564. not. m., Eodem modo Graeci utuntur particula γάρ, vid. Hoogeven. ad Viger. p. 495. a. b. ed. Herm. 3. Matth. §. 615. in.

contemplor] Sic est in R. lα. Dresdd. 4. i. n. u. v. Cod. Hittorp. et libris Balduin. Grut. Graev. Lall. 1. N. — *complector* E. bas. d1. e. η. o. ψ. Man. omnes. r. v1. 2. B. Eyb. Med. α1. (om. *cum*) a1. 2. cr. h1. f. S. V. m. La. L. M. w. Manutius dicit esse, qui legant *quantum complector animo.* Sic habet P. — Contemplando fit, ut varia animo reperiamus, reperta animo complectimur. *Gernh.*

quatuor reperio causas] Sic R. E. T. bas. d2. 3. 4. 5. (*quattuor*) b. o. Med. La. P. M. w. g. O. — *quatuor caus. reperio* d1. r. v1. 2. 3. α2. B. Eyb. α1. a1. 2. cr. h1. f. S. V. m. L. Lugd. 1556. — *quat. caus. invenio* a. — *rep. quat. caus.* lα. Graev. Lall. 1. 2. N.

cur] *quibus* c.

avocet] *evocat* lβ. — *revocet* d1. — *avocet senes* 2. — *abvocet* 4. — *advocet* e. — *vacer* o.

corpus faciat infirmius] *faciat corp.* E. bas. — *infirmum* bas. lα. β. d1. (*altera quod*) 4. 5. e. n. η. o. ψ. Man. 11. v1. 2. a1. cr. h1. f.

mius; tertiam, quod privet omnibus fere voluptatibus;
7 quartam, quod haud procul absit a morte. Earum, si placet, causarum quanta quamque iusta sit unaquaeque, videamus.

1 VI. A rebus gerendis senectus abstrahit. Quibus? An iis, quae in iuventute geruntur et viribus? Nullaene

---

S. V. m. La. L. P. M. w. g. — *facit* r. v1. 2. Med. a1. cr. h1. f. V. La. L. w.

omnibus fere] *fere omnibus* lα β. d1. (*tertia quod*) 2. 5. B. Eyb. Med.

q. haud procul absit a morte] *q. h. procul sit a morte* lβ. d5. — *quarta quod procul haud absit a morte* d1. r. v1. 2. α1. — *absit* om. Med.

si placet] *si placeat* r. v1. 2. — *earum namque si placet* etc. d4. (omisso *causarum*) (ut Oxon. i.)

quanta quamque sit iusta unaquaeque videamus] Contareni tres codd. Pith. Palat. plerique Oxx. b. c. Med. La. Lall. Seqq. — *iusta sit* R. E. T. bas. d1. 3 4. Man. 14. P. Grut. — *quam iusta quantaque sit un.* lα. — *quanta et quam iusta sit* d2. 5. Man. 2. — *quantum quaeque valeat*, *quantumque iusta sit unaq.* r. v1, 2. α1. a1. cr. h1. f. S. V. m. — *quantaque sit iusta* a2. — *quantum quaeque valeat, quamque sit iusta* M. L. w. — De prima causa Cato disserit c. 6., de secunda c. 7—9. de tertia 10—18., de quanta 19. seqq. *Gernh.*

CAP. VI.

Abstrahit] *detrahit* n.

Quibus] *a quibus* O3x. Pal. 2. Eyb. — Nimirum plenius diceretur: *Quibus a rebus?* Itaque *a* recte omittitur. *Gernh.* Ubi enim eadem verba repetenda, ibi praepositio omittitur: arctius enim ita cum antecedentibus coniunguntur, et quasi suspensa ab illis tenentur. Ochsner. p. 202. comparat Acad. II, 33, 107. *Quid fiet artibus? Quibus iisne, quae ipsae fatentur, coniectura se plus uti, quam scientia; an iis, quae tantum id, quod videtur, sequuntur?* et Fragm. Orat. in Tog. Cand. p. 1052. Ern. [Orell. Cic. Opp. Vol. II. P. I. p. 524. *A quibus enim petis? principibus civitatis?* Sed tacito correxit h. l. Orell. *A principibus civit.?* Recte haec comparavit ad periodi similitudinem, non ad grammaticam formam.

an iis] *his* E. T. lα. d1. B. Eyb. h1. f. S. — *an ab iis* cr. — *an ab his* d2. 3. 4. e. n. ψ.

quae in iuventute geruntur et viribus] Sic ex Orellianis copiis R. bas. — *quae geruntur in iuventute* d1. 5. B. Eyb. V. — *quae iuventute ger.* ψ. b. c. Man 9. Palat. 2. Med. α2. a1. 2. cr. m. La. P. M. w. Or. — *quae iuventa geruntur* L. — *quae geruntur iuventute* a. Man. 1. r. v. 1. 2. 3. α1. (*iuventute et virtutibus*) f. 1. W. N. — *a iuvent. ger.* Man. 1. — *quae geruntur virtute et viribus.* cod. Herv. Acriter defendere studet omissam praepositionem Wunderus p. CXIX. sed nisi velis figuram illam positam putare, quae ἓν διὰ δυοῖν appellatur, ut *iuventute et viribus* dictum sit pro: *iuvenili robore*, viam defendendae structurae non video. Nam ut *iuventutem* simpliciter dictam censeam cum Wundero pro *iuvenili robore* numquam adducar. Sic enim nusquam loquitur Cicero; deinde hac cumulatione verborum, quam ita expresseris, durch jugendliche Stärke und Kraft, h. I. non

igitur res sunt seniles, quae, vel infirmis corporibus, animo tamen administrentur? Nihil ergo agebat Q. Maximus? nihil L. Paullus, pater tuus, Scipio, socer optimi viri, filii mei? ceteri senes, Fabricii, Curii, Coruncanii, quum rempublicam consilio et auctoritate defendebant, nihil agebant? Ad App. Claudii senectutem accedebat 16
2

---

opus videtur. Denique languorem, quem vult Wunderus, si vertas, *welche in der Jugend und durch Kraft vollzogen werden*, non agnosco. Non ubique autem praepositionem a scribis additam puto, ut h. l. recte moneat Gernh., facile a librariis omissam propter primas verbi sequentis *iuventute* literas. In ipso autem *iuventutis* vocabulo non est *virium* significatio. Nec probabitur posse dici *senectute*, *iuventute*, *adolescentia* pro *in sen.* etc. Quare retinui praepositionem ab optimis codd. servatam.

res sunt seniles] *sunt res seniles* bas. — *nullaene res igitur seniles sunt* d1. — *nullae igitur* d2. — *res seniles sunt* r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. h1. f. S. V. m. L. — *similes* in quibusdam editt. inepte esse dicit Gernh. quas ignoro.

animo tamen administrentur] *tamen animo* d1. — *administrantur* d1. e. — *administrarentur* Eyb. — *administrarent* Med. — *tantum* Man. 1. — *animo tamen ac tantum* Man. 1. — *tamen* om. η.

Nihil ergo] *nihilne ergo* d2. — *igitur* d1. e. n. r. v1. 2. α1. a1. h1. f. S. m. L. Solemni errore. Vid. Goerenz. ad Cic. Fin. I, 19, 66. in. p. 94. a. V, 6, 16. p. 549. b. — *nihil ergo Paulus* Med.

Q. Max.] de quo v. c. 4. et 5. — *M. Q. Max.* E. — *Q. Fab. Max.* d3.

L. Paullus] *vel L. P.* ψ. — L. Aemilius Paullus Macedonicus Consul II. a. u. 585. de Macedonia triumphavit v. Liv. XLIV, 17. seqq. Cic. de Off. II, 22. Idem Censor a. u. 589.; diem obiit a. u. 593. *Gernh.*

Scipio] *o Scip.* d1. e. Med. — om. E. T. bas. lα. d2. 3.

socer optimi viri] *et socer* (in ras.) *filii*, *optimi viri mei* d4. o. v. i. n. — *viri* om. α1. — *filii mei*, cfr. c. 19, 68. et 23, 85. Praetor design. mortuus est a. u. 601. vid. Plut. Cato c. 48. *Gernh.*

ceteri] *et ceteri* d1. 5. a. r. v1. α1. cr. h1. f. S. V, — *ceterisque* lα. Vid. Kritz. ad Sall. Cat. 15, 1. 43, 2.

Fabricii etc.] i. e. *quales fuerunt Fabricius* etc. vid. not. ad cap. 5, 1. C. Luscinius Fabricius a. u. 473. ad Pyrrhum missus, v. c. 13. Off. III, 14, 16. 22, 89. bis Consul fuit et Censor. vid. Lael. 2, 10. 5, 8. *Gernh.*

Curii] M'. Curius Dentatus Consul a. u. 463. v. c. 16, 55. Brut. 14. *Gernh.*

Coruncanii] *Corunoani* E. d2. 4. cr. h1. V. Vid. Beier. ad Lael. 8, 8. p. 47. — Ti. Coruncanius, homo novus, primus fuit Pontifex Maximus v. c. 9, 27. de Or. III, 33, 134. Consul a. u. 473. *Gernh.*

quum] *qui* c.

§. 16. *App. Claudii*] Appius Claudius Crassus postea Caesi cognomen habuit; cfr. Liv. IX, 29. Hunc Cic. Tusc. V, 38, 112. ait in illo suo casu nec privato, nec publico muneri defuisse. Cfr. infr. c. 11, 37. et Liv. Epit. XIII. *Gernh.* — *ad Claud. App.* d1.

accedebat etiam] *accidit* r. v1. 2. α1. — *ut etiam* lα. d1. — *accedam qui etiam ut caecus* d2.

etiam, ut caecus esset: tamen is, quum sententia senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho foedusque faciendum, non dubitavit dicere illa, quae versibus persecutus est Ennius:

b. *Quo vobis mentes, rectae quae stare solebant*
Antehac, dementes sese flexere viai?

---

tamen is quum sent.] *et tamen is, quum* Ern. 1. W. 2. Ernestius, quem Wetz. et Schütz. bona fide sequuntur, in textu *et tamen is* scripsit, et haec notavit: *et tamen* etc. i. e. quamquam et ipsa oratio exstat: ut paullo post, *et tamen* sic a patribus accepimus. Hanc notam errans manus huc transtulit a verbis paullo post sequentibus *et tamen ipsius Appii exstat oratio.* In nullis libris legitur *et tamen is.* Gernh. *Is* om. v2. La. M. L. P. w.

sententia senat.] *senat. sent.* d5.

ad pacem et foedus faciendum cum Pyrrho] *ad pacem cum Pyrrho foedusque faciend.* E. T. bas. l*α*. d2. 3. (*cum Pyrrho* in l. ras.) 4. 5. b. c. Palat. 3. Med. La. L. M. P. w. — *ad pacem foedusque fac.* c. P. R. e. u. *ψ*. Pith. — *ad pacem* om. d1. — Vulgata est etiam in S.

dicere illa] *edicere ea* Med. — *illa dic.* La. M. L. w. — *dicere illa* om. T. — *illi ea* *ψ*. — *illa* om. *η*. —

persecutus] *prosec.* E. d1. *η*. o. v. *ψ*. Palatt. 3. P. — Frequens est praepositionum *pro* et *per* commutatio, ut de Off. II, 24. *haec genera officiorum qui persequuntur.* Gaza διεξέρχται. Gernh. *Persequi* significat *rem aliquam enarrare, exponere, explicare; prosequi* est *comitari.* De versibus vid. Columna. ad Enn. Fragm. p. 59.

Quo vobis mentes] *quo mentes vobis* T. — *quo nobis* Pal. 1. 2. Med. — *qua vobis* Pith. — *quo vestrae* e. —

rectae] *recte* bas. d2. 3. v1. cr. m. — *stare* om. d3. — *antehac* d1. om.

dementes sese flexere] *dementi sese flexere via* E. d3. e. u. *η*. o. *ψ*. Man. 13. — *dementi sese deflexere via* d1. 5. (qui om. *dementi*) — *dementi flexere sese via* T. — *dementi sese flexere et via* l*α*. — *dementi tendunt se flectere via* i. — *tendunt se flectere vita* v. — *se tendunt flectere vita* n. — *dementes sese flexere via* bas. cum plerisque Lang. Guil. Eyb. Oliv. La. 3. — *dementes se flexere via* Pith. *viai* R. si fides collatori; certe is quoque *via* L. Lall. Billerbeck. Turneb. Adv. XIII, 6. — om. *viai*, quia non intelligebatur, Med., quam levissimam auctoritatem secuti sunt [Gruter.] Ern. 1. [Bipont. Wetz.] 2. G. N. Orell. — *dementi se flexere ruina* d2. — *sese flex. ruin.* r. v1. 2. 3. 4. *α*1. a2. marg. cr. h1. f. S. V. P. M. w. aliquot libri Man. et Balduin. — ex antiqua interpolatione. Orell. — *dementes sese flexere ruina* d4. Man. 2. Palat. 2. in Erphurdensibus (sic scribit Guilielm.) Columna. — *fluxere ruina.* Cratand. — Secutus videtur Gaza lectionem *dementi via.* Vertit enim:

ποῖ φρένες ὑμῶν, αἷς ἦν ἀστεμφῶς πάρος ἴσχειν,
αἶψα γε δὴ ταύτην ἄφρονα τραφθὲν μάλ' ἀταρπόν.

Scaliger. ex *vita* coniecit legendum *vietae* i. e. *languidae, sine vi, naturalibus privatae viribus.* Festo interprete. Recepit hanc coniect. Goetz. Vocem *ruina* a versificatoris alicuius manu profectam putavit Lang. quum eius nulla usquam invenerit vestigia. Interpretis utrumque et *via* et *ruina* censet Guilielm. *Viai* ut spurium reiecit

ceteraque gravissime: notum [enim] vobis carmen [est]; et tamen ipsius Appii exstat oratio. Atque haec ille egit 8
septem et decem annis post alterum consulatum, quum

---

censor. edit. Billerbeck. Heidelberg. ab iis additum, qui quomodo versus laudarentur, nescirent. Hermannus sine ulla haesitatione Lambini se probare emendationem *via* dicit, quum tantas habeat auctoritates, ut vix ab interprete esse videatur. Ex cod. Lips. α. scriptura *dementi* vestigia verae scripturae *dementis viai* (Genit. cas.) eruisse putat. Lambinus *viai* pendere vult ex *quo*, ut sit *quo viai*, *mentes dementes* esse Oxymoron tale, qualia illa *nuptae innuptae*, *sepultura insepulta*, δῶρα ἄδωρα, γάμος ἄγαμος etc. Totus probo Lambini interpretationem splendidissimam. Mihi gravior videtur Oxymori h. l. vis, quam si iungis *dementis viai*. Doctissime de Genit. 1. Declin. in *ai* exeunte disputavit Osann. Anal. p. 101.

gravissime] *gravissima* cod. Guelf. prob. Mueller. — Nemo, spero, recipiet hunc librarii errorem. *Orell.* — *inquit* add. d4. e.

notum enim vobis carmen est] *vobis est carm.* d2. 4. — *vobis enim* r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. m. — *nobis* Med. — *est* om. Crat. m.

et tamen] *tum* vet. lib. Ursin. Man. 3. Facciol. — *tamen et* Med. — *veruntamen* ψ. — Rectum est *et tamen*, ut paullo post et cap. 10, 31. hoc sensu: etiamsi ignotum vobis Ennii carmen esset, tamen ex ipsius Appii oratione, quae exstat, liceret cognoscere. *Gernh.* Cfr. not. ad §. 2. verba *et tamen is* etc.

exstat oratio] Cfr. Cic. Brut. c. 16. Graece ipsam orationem reddit Plut. Pyrrh. c. 19.

haec] Sic R. E. T. bas. lα. γ. prob. Herm. d2. 3. Guelf. prob. Müller. a. b. c. Man. 19. α3. Med. m. La. L. M. P. w. Lall. G. O. — *hanc* d1. 4. 5. Oxx. omnes. r. v1. 2. α1. cr. h1. f. S. V. Grut. 3. 1. — *gessit* Man. 2. — Erasmus, novum est, inquit, *egit orationem* pro *habuit orat.* Ernesti, quod Latini non dicerent orationem agere, scripsit *haec ille egit* cum plerisque libris Manut. (e quibus duo *hoc*), Balduin. et A. B. C. Idem dedit Wetzel, contra monente Schellero in Obss. [qui haec: cum actio de oratore dicatur et orator Romanus similis actori motibus corporis, vocis variatione cet. fuerit, non dubito, quin recte dicatur, *orationem agere*, praesertim apud Romanos. — Ipse tamen nulla laudavit exempla] *Agere* h. l. dixisse Cicero videri potest pro *habere*, ut oculorum, vocis, gestus vigorem significaret, qui Appium senem non defecisset, eodem iure, quo de Or. III, 56, 214. de Gracchi verbis: *Quo me miser conferam? quo vertam?* etc. ait: *Quae sic ab illo acta* (recitata) *esse constabat, oculis, voce, gestu, inimici ut lacrimas tenere non possent.* Hunc locum adhibuit Drakenb. in praelectt. mss. Sed tamen quum Cicero ipsam orationem obiter commemoret, ut illud *agere* de re gerenda ad Senatum a Pyrrhi pace revocandum potius pertinere videatur, non dubito scribere *haec — egit*. *Gernh.* Idem censet Müller., qui iisdem argumentis refutare studet V. D., qui in Seebodii Bibl. crit. II, 8. p. 654. vulgatam e Quinctil. X, 1, 23. defendere studet, ubi est: *pro Milone orationem Brutus exercitationis gratia scripsit, etiamsi egisse eum Cornelius Celsus falso existimat.* Fons erroris est idem, de quo diximus ad 3, 1.

septem et decem annis post alter. cons.] *septem decem* R. — *XVII anno* bas. — *septimo et decimo anno* lα. η. ψ. d1. 3. (om. *et*) 5 α2.

inter duos consulatus anni decem interfluxissent, censor-
4 que ante superiorem consulatum fuisset; ex quo intelli-
gitur, Pyrrhi bello grandem sane fuisse: et tamen sic a
17 patribus accepimus. Nihil igitur afferunt, qui in re ge-
5 renda versari senectutem negant, similesque sunt, ut si

— *vicesimo anno post* d2. — *quindecimo anno post* d4. — *decimo et quinto anno* e. — *decimo anno* Med. — *annos* R. E. v1. 2. al. V. Lall. 3. 1. 2. — *annis* recte emendavit Osann. in Analect. p. 40.

inter] *intra* Med.

anni decem] *decem anni* d1. 4.

interfuissent] *interfluissent* E. r. — *interfluxissent* v. Man. 3. al. f. La. L. M. P. w. Lall. 1. 2. — Ernestius deleri vult *inter*, assentiente Palat. 2. et Grutero, ut *fuissent* servetur. At vid. Catil. III, 2. *Ut Tiberis inter eos et pons interesset.*, et infr. c. 17, 60. *Interfluere* nusquam alibi apud nostrum legitur, Schützio tamen verum videtur. *Gernh.*

ante consulatum superiorem] *super. ante cons.* E. — *sup. cons.* R. d2. 5. Med. ψ. Or. — *Consul. sup.* i. e. *proximum.* Sed fortasse legendum *posteriorem Facciol.* Fallitur V. D. Superior consulatus est tempore prior, quam alter consulatus, ut Catil. 1, 6, 14. *quum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuefecisses.* Censor fuit a. u. 441. v. Liv. IX, 29. Consul a. u. 446. secundum fastos Capitol. cum L. Volumnio. v. Liv. ibid. c. 42., cum eodem collega iterum a. u. 457. ut extremi etiam anni comprehendantur, et is, quo consul Appius iterum fuit, et is, quo pacem dissuasit a. u. 473., si septem et decem habere velis annos. *Gernh.* Verba *censorque — fuisset* ex margine in contexta irrepsisse putat Censor. ed. Billerb. Heidelberg., quia his interiectis verba *ex quo* etc. nihil significent. Cuius V. D. suspicio nulla est; eodem enim modo, quo ea, quae antecedunt, haec etiam interiici possunt; referuntur enim verba *ex quo* ad totam antecedentem orationem chronologicam, qua lata explanatione magis temporis longinquitatem significare voluit.

Pyrrhi bello] *Pyrrhi in bello* d4.

grandem sane fuisse] *fuisse sane* lα. — *eum grand.* v. — *grandem natu* e, ex interpretatione, ut cap. 4. — nimirum aetatis anno fere septuagesimo, sc. anno quadragesimo tertio primum consul fuit. *Gernh.*

et tamen sic a patribus accepimus] *et tamen a patrib. sic acc.* d1. — *tamen* om. Man 1. Med. — *sic accep. a patr.* bas. d4. — *parentibus* Man. 1. — *sic* om. a. — *accipimus* T. Verum fortasse, quamquam unus cod. hoc habet. Vid. ad cap. 5, 12. Explicatio verborum *et tamen* est haec: *et quamquam plane grandis natu erat Appius, tamen haec eum hac aetate fecisse accepimus a patribus.*

§. 17. *Nihil*] *nil* T. Sic saepe confunduntur hae voculae a scribis. Vid. Goerenz. ad Cic. Fin. II, 8, 23. p. 153. b.

afferunt] *asserunt* d3. η. o. ψ. boni codd. Lang. Eyb. Med. P. Hoc verbum Lambinus et recentt. interpretes iam dudum eiecerunt. Vid. Ern. Clav. Cic. s. v. *Assero* et Heindf. ad N. D. I, 5, 12. p. 12. a. Laudat *asserere* ex nostro loco Guilielm. Verisimil. II, 25. in Grut. Thes. T. III. p. 298.

similesque sunt ut si qui] *similesque sunt ut si quis* La. Man. 5. M. w. — *similesque sunt ut hi* Pith. — *similesque sunt iis, qui* hoc in membrana P. Danielis Aureliani a pr. man. invenisse se dicit

qui gubernatorem in navigando nihil agere dicant, quum alii malos scandant, alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant, ille [autem] clavum tenens quietus sedeat in puppi, Non facit ea, quae iuvenes:

Lambin. ab al. man. superscr. vulg. Habent sic o. 8. 1. W. 2. — ed. Colon. *his qui*. — *fiunt* ψ. — *similesque sunt* abesse dicit Lang. a libro S. Trudon., neque sibi placere posita verba. Vulgata, quae praeter meos libros est etiam in R. bas. S. m. P. Or. laudatur a Victor. Varr. Lectt. XXXVI, 15. Hanc priscam lectionem non vult eiici Scheller. Obss. et Goerenz. ad Acad. II, 27, 88. Neque intelligitur, quis pro *iis* scribere maluerit *ut si*, quod est post *similes sunt* insolentius, si pronominis Dativus compareretur, eodemque fere loco habendum, quo de Off. I, 20, 87. Miserrima omnium ambitio est honorumque contentio: de qua praeclare apud eundem est Platonem, *similiter* facere eos, qui inter se contenderent, uter potius rempublicam administraret, *utsi* nautae certarent, quis eorum potissimum gubernaret. et Tusc. Disp. IV, 18. in. Divin. II, 64, 131. Liv. V, 5. ex. Interpreti igitur debetur *iis*, neque opus est, verba *similesque sunt*, quae Lang. in libr. S. Trudon. non legit, abscindi. Pro *qui — dicant* Manut. (Lang. Wechel.) invitis codd. singularem *qui — dicat* requirit, qui certe non necessarius est. *Gernh.* Adde Ochsner. p. 197. et 203. — Particula *que* annexa verbo *similes* habet vim adversativam i. e. *sed*. Vid. Goerenz. ad Cic. Fin. II, 5, 17. p. 140. a.

gubernatorem] *gubernatorem navis* ψ. — *gubernationem* α1. — *navigatorem* d1. — *in* om. d1.

nihil agere] *agere nihil* d1. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. h1. f. V. L. Lall. Seqq. Cum codd. b. c. [sic etiam R. E. T. bas. Eyb. P. O.] transposui *nihil agere;* vulgo *agere nihil*, quod et propter vim vocabulo *nihil* propriam, et ob ambiguitatem verborum *nihil dicant*, quam Cicero cavere solet, displicet. *Gernh.*

quum alii malos scandant] *malum scandunt* d4. (*scandunt* Eyb. α1.)

alii per foros cursent] *per foros alii cursent* d2. 3. 5. (*cursitant*, sic *cursitent* v. ψ. Man. 2. Erf. a2. m. Med. frob. 8. — Vid. N. D. II. §. 115. (cap. 44). *Orell.* — *fores* r. v1. 2. Eyb. Erf. a pr. m. — *sentinas* d3.

ille autem] *autem* om. R. Inclusit Orell. — Ernesti scribi iubet *ipse autem*, quod recte opponatur τῷ *alii*. *Ipse* scripsisset Cicero, si gubernator intelligeretur reliquis nautis praeesse. *Gernh.* Vid. Tusc. V, 39.

clavum tenens] *gladium tenens* d2. — *manu clav. ten.* d5. Eyb.

sedeat in puppi quietus] *quietus sedeat in puppi* R. E. T. bas. *la.* d2. (*sederat*) 3. 4. 5. Med. La. L. P. M. w. 3. O. — *sedeat quietus in puppi* B. Eyb. — Probaverat hunc ordinem Graev. Gernhardus autem dicit, vim non esse in *puppi* sed in *quietus* h. e. *nihil agens*, cui postremam sedem enuntiationis fuisse relinquendam. Est sane vis in *quietus*, sed nulla regula est, quae verbum oculatum semper ultimo loco ponere iubeat, quae vox *quietus* quum nostro loco ab optimis codd. primo loco sit posita, non movenda.

Non facit ea, quae iuvenes] Haec verba vulgo superioribus annexa eodem constructionis vinculo reperiuntur ita: *non faciat ea, quae iuvenes*. Sic R. E. T. bas. d1. 2. 3. 4. 5. (*et non ea faciat*) Oxx. r. v1. 2. Med. α1. a1. cr. h1. f. S. V. P. Lall. 1. Reliqui cum. Eyb. m. M.

6 at vero multo maiora et meliora facit. Non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporum res magnae geruntur, sed consilio, auctoritate, sententia:

Gernhardus haec notavit: Recte Langius, Aldus, Graevius ante *Non* plene interpungunt, quum sequentia verba non sint calumniantium, sed Catonis de gubernatore illud quidem concedentis, eum non facere ea, quae iuvenes. Haec si adversarii verbis *sedeat quietus* adiunguntur, et inepta sunt, et per *nec* iungenda, quod invitis codd. fecit Ernestius, non item Schützius. Retinendum *Non*, modo cum illis VV. DD. scribatur *facit.* Similiter duo Oxx. [u. o. R. E. bas.] cum B. C. male praebent *meliora faciat.* Eodem modo, quo nos, hunc locum scripserunt Facciolatus, Goezius, Sch. Cum Oliveto *non faciat* scribente consentiunt libri Oxx. et reliqui.

at vero multo maiora] *maiora multo* d3. Med. — *at multo et mai.* d5. — *quae iuvenes faciunt* d4. Med. — *at — facit* omittit Oxon. i.

Non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporum] *non enim* E. d1. a. Pith. Alii MSS. ap. Graev. r. v1. 2. α1. a1. cr. f. h1. S. V. m. L. w. Gernhardus omittendam censet particulam *enim* in hoc sermonis fervore. Cui Müllerus: Mihi tanta simul in oratione Catonis senis et moderatio et gravitas inesse videtur, ut id vere dictum non putem. Alteram vero causam, quam ille addiderat, vix repereris ap. Cic. initio periodorum *Non enim*, *Non vero*, sed *Nec enim*, *Nec vero.* nuper reprehendit Moebius ad Cic. Oratt. T. II. p. 255. Qui tamen ipse hac de re non distincte satis et acute disseruit. Nihil enim ex arbitrio fit, neque eadem est orationis ratio, si *Nec vero* ac si *Non vero* dixeris. Ubi enim in negatione omnis est vis, ibi et in responso et in parenthesi, et in initio cuiusque enunciati non admittitur *Nec enim* et *Nec vero.* Exempla ubivis invenies. Cfr. cap. 9, 27. 16, 56. pr. Rosc. Am. 32, 89. de Legg. 1, 5, 17. Rep. III, 11. ubi haec: *Ecquid ergo primum mutis tribuemus beluis? non enim mediocres viri, sed maxumi et docti, Pythagoras et Empedocles, unam omnium animantium condicionem iuris esse denuntiant etc.* — Sed ut haec omnia optime disputata sint, sicut sunt, tamen non adducor ad recipiendam particulam, quae et ab optimis codd. abest, nec desideratur, etiamsi placida sit oratio. — *aut velocitatibus* abundare suspicatus est Manutius, *aut celeritate* excludendum censet Ellendt. ad Cic. Brut. 82, 275. p. 208. Sed neutram vocem contra codd. auctoritatem esse delendam, docent exempla coniunctarum vocum *velocitatis* et *celeritatis* laudata a Doederlinio in libro praestantissimo Latein. Synonym. und Etymolog. T. II. p. 123—126. et p. 135. seq. Forcellini in Lex. s. v. *velocitas* dicit *velocitatem* esse in *cursibus; celeritatem* in *agilitate;* pluralis autem verborum, quae dicuntur *Abstracta*, ita ponitur, ut Singularis *abstractam* significet *notionem;* pluralis *concretam* s. Singularis *totum*, Pluralis *partes singulas* significat; ut h. l. *velocitates* significent *motus veloces*; *velocitas* virtutem velociter currendi. Cfr. Ochsner. p. 72. Graecorum exempla habet Lobeck. ad Phrynich. p. 330. — *corporis* pro *corporum* habent Man 5. et c. At recte opponit corpora, scil. iuvenum militantium, uni, scil. qui imperet. *Gernh.*

res magnae ger.] *magnae res ger* Iα. — *aguntur* e.

consilio, auctoritate, sententia] *cum consilio, auctoritate et sententia* d4. — *cons. auct. et sentent.* d5. e. — *consil. et auct. et sent.*

quibus non modo non orbari, sed etiam augeri solet senectus. Nisi forte ego vobis, qui et miles et tribunus 18
et legatus et consul versatus sum in vario genere bel- 7
lorum, cessare nunc videor, quum bella non gero. At 8
senatui, quae sint gerenda, praescribo, et quomodo:

---

r. v1. 2. α1. a1. cr. f. h1. m. Lall. e codd. Pariss. prob. Klein. — *sententiis v.* — *scientia* Pal 2. De Asyndeto vid. ad cap. 5, 2. et nostro cap. §. 11. Adde Ep. ad Fam. IV, 7. *consilio, auctoritate, causa.* — *Sententia* est eius, qui quid fieri oporteat, aperte dicit. De toto h. l. comp. Off. I, 22. et 23. *Gernh.*

quibus non modo non orbari, sed etiam augeri sen. sol.] alterum *non* om. E. d1. 5. η. c. v2. 3. B. cr. La. — *etiam* om. e. — *quibus non modo non orbari solet, sed etiam aug. sen.* lα. — *augeri solet sen.* T. d1. Med. — *potest* pro *solet* ψ.

§. 18. *Nisi forte ego vobis*] *nisi ego forte vobis* d3. 4.

qui et miles, et tribunus] *qui miles et trib.* d3. Med. Vid. de re cap. 10, 32.

videor] *videar* d1. Vid. ad cap. 10, 32.

At senat.] *ac sen.* d3. Cfr. de permutatis *ac* et *at* Goerenz. ad Acad. II, 2, 5.

quae sunt gerenda] *quae sint ger.* R. T. bas. d1. 2. e. i. o. ψ. c. L. — *perscribo* e. u. Coniunctivum recte tuetur Orellius ita: scil. *quae bella sint gerenda* non, ut Gernh. explicat ea (scil. negotia,) quae *sunt* gerenda.

et quomodo: Karthagini, male iam diu cogitanti, bellum multo ante denuntio] *Karth. resistatur, cui iam diu male excogitanti bellum sit inferendum multo ante den.* d1. — *et quomodo mala eveniant Karthagini, male iam diu cogitanti bellum* (*versetur* a rec. man. ad vers. explendum) *multo ante denumptio.* d2. — *Karthag. male iam diu cogitanti bellum inferant* d3. — *Karth. iam diu bellum male cogit. inferat multo tempore ante den.* d4. — *Karth. male iam diu cogit. bellum inferatur* d5. u. i. η. ψ. E. v1. 2. Med. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. — *K. mal. iam diu cog. resistatur, multum ante den.* n. — *et quomodo Karthagini resistendum sit, cui iam diu male cogitanti bellum sit inferendum* o. — *et quomodo resistatur Karthagini male iam diu cogitanti multum ante den.* Palat. 2. — *et quomodo Karthagini male iam diu cog. resistant.* Palat. 3. marg. Cratand. — *et quomodo Karthagini resistatur, cui male iam diu cogitanti bellum multo ante den.* Pith. — *Karthagini iam diu bellum cogitanti multo ante den.* Sic in cod. Memmiano emendatum ex auctoritate duor. codd. — *et quomodo Karthagini resistatur iam diu bellum cogitanti, multo ante den.* L. P. — *et quomodo Karthagini cui male iam cogitanti bell. mult. ant. den.* R. — Vulgata, quam habet Gernh. est in T. (*multo bellum ante*) lα. (*iam diu mal.*) v. a. b. c. (*dudum*) Membr. P. Danielis (*iam diu male*) Victorii cod. et Colberd. et Metelli codd., quos sequitur Gruter. Rom. La. (omisso *quomodo*) M. (*et Carth.*) prob. Goez. Ingens quamquam est Codicum discrepantia et in verbis ordinandis et omittendis vel addendis, paucissimi tamen veram tuentur scripturam, quam recepit Gernh. Nam satis apertum est, quemque interpretum aut scribarum, quod ipsi videbatur aut addendum aut explicandum, adiecisse. Maxime error vi-

4

Karthagini male iam diu cogitanti bellum multo ante denuntio; de qua vereri non ante desinam, quam illam
19 excisam esse cognovero. Quam palmam utinam dii im-
9 mortales Scipio, tibi reservent, ut avi reliquias persequare! cuius a morte tertius hic et tricesimus [est]

---

detur ortus ex voce *quomodo* a nemine recte intellecta, et mirum sane, magnum illum Gronov. coniecisse *commodo* pro *quomodo* i. e. ei utilis esse conor consilio, quo sensu Schützius recte monuit hoc verbum nusquam ap. Ciceron. reperiri. Sed plane nihil aut mutandum aut abiiciendum. Distinguendum autem est inter *quomodo* et *quo modo* divisim scriptum, de qua distinctione optime exposuit Lindemann. in Spec. IV. de Adv. Lat. p. 19. seq. *quomodo* vim ac pondus sententiae habere in pronomine; *quo* autem *modo* [*quo modo*] accentum habere in Substantivo et significare *qua via*, *qua ratione*. Sic divisim esse scribendum ap. Auct. ad Herenn. I, 16. *nunc quo modo eas et qua via tractare conveniat*, ubi illud e regione positum *qua via* satis veram esse distinctionem ostendere. Sic nostro loco optime scribitur *quo modo*. Bene comparavit Gernh. similem locum ex Off. III, 15. *quid agatis et quomodo*. I, 23, 81. — *Iam dudum*, quod habent aliquot libri, recte reiecit h. l. Gernh. et Beier. ad Off. I, 40, 143. — Perpetuus Carthaginis diruendae auctor dicitur a Vellei. Pat. II, 13. Deleta est triennio post mortem eius ab hoc Scipione, qui et ipse propterea Africanus dictus est. Liv. 44, 44. *Facciol.* Veram belli redintegrandi causam aperit Plutarch. Cat. Mai. c. 26. Cato inexpiabili odio Carthaginem delendam esse et, quum de alio consuleretur, pronuntiabat, et Liv. Epit. XLIX. nimirum quum post bellum Punicum secundum in Africam profectus vidisset, Carthaginienses iterum viribus augeri. Plutarch. l. l. cap. 27. *ἐκεῖνο δ' ἤδη καὶ βιαιότερον, τὸ περὶ παντὸς οὗ δήποτε πράγματος γνώμην ἀποφαινόμενον προσεπιφωνεῖν οὕτως· Δοκεῖ δέ μοι καὶ Καρχηδόνα μὴ εἶναι. Gernh.*

de qua vereri non ante desinam] *de quo* α1. — *non ante verer. des.* d1. r. v1. 2. a1. cr. f. S. V. m. — *ante* om. d2.

excisam] *exscissam* L. P. Lambini sententiam, pro *excidere* ubicunque *exscindere* scribendum esse, ut h. l. *exscissam*, arguit Drakenb. ad Sil. Ital. X, 369. et ad Liv. V, 15. Idem in Dictat. ad h. l. docet, eodem sensu usurpari verbum *excidere*, nihilque sine auctoritate Codicum temere mutandum esse. Neque ego de Off. I, 22, 76. I. F. Heusingero obsequi debebam invitis Codd. scribenti *in exscindenda Numantia*. Videndus Bünemann. ad Lactant. I, 18, 8. *Gernh.* Solum *exscissam* probat Beier. ad Off. l. c. T. I. p. 178.

cognovero] *penitus cognoscam* n.

§. 19. *tibi, Scipio,*] *Scipio, tibi* R. E. T. bas. d2. (*o Scip.*) 3. 4. 5. Med. La. L. P. M. w. O. — *quam palm. dii imm. utinam* d3. — *quam palm. opto ut dii* etc. d4. — *immortales dii* r. v1. 2. α1. cr. h1.

avi rel.] *avi tui* d1. 2. 4. e. η. ψ. — A Scipionis Africani filio adoptatus. v. Liv. XLIV, 44. Off. I, 33, 121. Plut. Cat. 15. ex. Pacis conditiones, quibus Carthaginem incolumem reliquerat, vid. ap. Liv. XXX, 37. *Gernh.*

hic quintus et tricesimus est annus] *tertius hic et tricesimus* R. E. T. d2. 3. (*tertius est hic*) v1. Med. La. L. P. O. — *tertius et*

annus: sed illius memoriam viri omnes excipient anni consequentes. Anno ante me censorem mortuus est, 10
novem annis post meum consulatum: quum consul ite- p. 81.
rum me consule creatus esset. Num igitur, si ad cen- a. 11
tesimum annum vixisset, senectutis eum suae poenite-

---

triges. bas. d1. r. v2. α1. a1. f. 8. V. m. 8. 1.(2.). — *hic tert. et viges.* d4. — *sextus hic* M. w. — Vulgatam habent W. (Sch. 2. si paruissent operae) G. N. e cd. Ursin., tribus Contareni, et C1d. Regio Lallemandi: qui tamen sic videntur habere e correctione, probabili sane, si satis constaret et de rationibus chronologicis, et de computandi modo, quem h. l. secutus sit Tullius. *Orell.* Gernh. haec notavit: „*quintus et trices.* Sic pro vulg. *tertius et trices.* recte edidit Wetzel. antiquum librum Ursini, Glareanum et tres Vincent. Contareni (Varr. Lectt. c. 24.) secutus. Nam quum hic annus esset tertius et sexcentesimus a. u. c., inde si annos 35. subduxeris, habebis a. U. 568., quo erat mortuus Scipio, anno nimirum ante L. Valerii et M. Porcii Catonis censuram, quae incidit in annum 569. v. Brut. c. 15. ex. Liv. XXXIX, 52. qui testis est, veteres historicos non eundem annum statuere, quo Scip. Afric. fuerit mortuus. Quodsi Cicero non erravit in subducendo, *quintus et tricesimus* esse scribendum videtur etiam Drakenborchio in Dict. ad h. l. pro *tertius et trices.*, quod Graev. et Ern. retinuerunt. Manutius invitis suis codd. *sextus hic et trigesimus.* Pigh. in Fast. a. u. 568. rectius scribi existimat *quartus et tricesimus.* Schützio vobiscum sentienti non paruit typographus.“ Ego sequor Orellium ex optt. codd. scripturam restituenti.

est annus] *annus est* E. T. d2. Med. La. L. P. M. w. O. — *est* om. R. *bas.* η. propter scripturam *annust. Orell.*

illius viri] Catonis. — *sed illius memor. viri* d5. Probo. vid. ad cap. 1. ex.

excipient omnes anni consequentes] *omnes excipient consequentes anni* T. — *omn. excipient anni cons.* R. E. (*excipiant*) bas. d1. 2. 3. 4. 5. Med. L. P. M. w. O. — *utinam excipiant* r. v1. 2. a1. — *anni* om. 1α. — *sequentes* e.

Anno ante me censorem] *uno anno* d1. e. η. ψ. — *anno uno* d2. 4. Sed vide not. ad cap. 4, 2. et ad 14, 50. — *anno tamen* Med. —

decem annis] *novem* E. d1. 2. (*transactis novem annis*) 3. 4. 5. ψ. r. v1. 2. (*annis* om.) Med. α1. cr. La. L. w. O. — *decem* cod. Ursin. (Reg. Lallemandi) Lall. W. G. — [I] X Nobb. — Eadem est ratio, quae superioris correctionis. *Orell.* Gernh. ita: „idem Ursini cod., qui tuetur *quintus et trices.*, pro *novem annis* habet *decem*, quod recepit Wetzelius, chronologia postulante. Cato enim Consul fuit cum L. Valerio Flacco secundum tab. Capit. a. u. c. 558. Sequenti anno 559. Consul iterum fuit Scip. Afric. cum Ti. Sempronio Longo v. Liv. XXXIV, 42.“

quum consul iterum] *cum simul consul iterum* R. d5. 2. — *simul iterum cos. me silente* d4. — *cum simul iter. cons.* E. — *me simul consule* e.

Num] *non* 1α. ψ. α1.

si ad] *si usque ad* Med.

senectutis eum suae poeniteret] *suae sen. eum p.* d5. — *poeni-*

ret? nec enim excursione nec saltu nec eminus hastis aut comminus gladiis uteretur, sed consilio, ratione, sententia. Quae nisi essent in senibus, non summum con-
20 silium maiores nostri appellassent Senatum. Apud La-
12 cedaemonios quidem ii, qui amplissimum magistratum
13 gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes. Quod si

---

tuisset suae d4. e. — *suae eum poen.* T. — *suae* om. i. — *minime vero poeniteret* pessime addit hic Lambinus.

Nec enim] *nec tamen* e. Particulae *enim* connexum cum antecedentibus suo supplemento explicuit Lambin.

excursione] Gruterus mavult *decursione*, quae vox, ut verbum *decurrere*, in istis exercitationibus propria sit, nec in ludicris solum, ut Gronov. monet, sed etiam in hostilibus. v. Epist. ad Div. XI, 10. Non opus tamen est correctione v. Cic. Divin. II, 10. ex. *Sed haec fuerit nobis, tamquam levis armaturae, prima orationis excursio. Nunc cominus agamus, experiamurque, si possimus cornua commovere disputationis tuae.* *Gernh.*

nec saltu] *vel saltu* d3. 4. u. — *aut* m. Non male Ox. *vel saltu* h. e. actu saliendi, ut Sallust. Fragm. ap. Veiet. R. Mil. I, 9. *cum acribus saltu, cum velocibus cursu certabant.* *Gernh.*

aut cominus] *nec cominus* lα. d2. ψ. Retinendum *aut*, non enim disiunguntur haec, sed coniunguntur per oppositionem.

gladiis] Sic in Cod. Erfurt. fuit, sed ex correct. est *gladio.*

consilio, ratione, sententia] *cons. rat. et sent.* d4. — *rat. et cons. et sent.* Lallem. e suis Reg. — Optimum tamen nostrum, qui h. l. nobiscum facit, excussisse nunquam videtur. *Orell.* Vid. ad §. 6. huius cap.

essent] *esset* d1.

maiores nostri] *maiores nostri* supra vers. in lα. — *nostri maior.* d4.

appellassent Senatum] *sen. appell.* d3. 5. — *appellavissent.* lα. P. „De Romanorum Senatu v. Liv. I, 8. Flor. I, 1, 15. *ut consilium reipublicae penes senes esset, qui ex auctoritate Patres, ob aetatem Senatus vocabantur.* v. c. 16, 56.“ *Gernh.* Cfr. Cic. de Rep. II, 29.

§. 20. *Lacedaemonios*] *Lacedaemones* d1. e. n.

ii] *hi* R. lα. d2. Med. α1. S.

magistratum] *magisterium* v.

ut sunt] Vide de hac formula Ochsner. p. 254., sed quae p. 139. 210. laudat exempla sunt generis alius. Adde Matth. ad Cic. or. pr. Rosc. Am. 8, 22. Beier. ad Off. I, 1, 2. III, 33, 117. Kritz. ad Sall. Cat. 52, 23. p. 272.

sic etiam nominantur senes] *sic et nom.* d4. — *sic nom.* d5. — *senes γέροντες* Pith. — *appellantur* d1. 2. O2x. a. r. v1. 2. α1. a1. cr. f. h1. S. V. m. Facc. g. Nullam esse verborum differentiam docet ex §. 19. collat. cum §. 20. nostr. Vid. Plut. Lycurg. c. 5. et 26. *τοὺς δὲ γέροντας αὐτὸς μὲν κατέστησε τὸ πρῶτον ἐκ τῶν μετασχόντων τοῦ βουλεύματος, ὕστερον δ' ἀντὶ τοῦ τελευτῶντος ἔταξε τὸν ἄριστον ἀρετῇ κριθέντα τῶν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότων. — Οὐ γὰρ ἐν ταχέσι τάχιστον, οὐδ' ἐν ἰσχυροῖς ἰσχυρότατον, ἀλλ' ἐν ἀγαθοῖς καὶ σώφροσιν ἄριστον καὶ σωφρονέστατον ἔδει κριθέντα νικητήριον ἔχειν τῆς ἀρετῆς διὰ βίου τὸ σύμπαν.* *Gernh.* Adde Cic. de Rep. II, 29.

Quodsi legere aut audire voletis externa, maximas respublicas]

legere aut audire voletis externa, maximas respublicas ab adolescentibus labefactas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis.

Cedo, qui vestram rempúblicam, tantam ámisistis 14
tám cito?

---

quod sic leg. d2. — *aut audire volueritis* d3. — *aut aud. velletis externa* d4. — *aut aud. voletis externas et maximas* d5. Med. — *et aud.* a. Man. 1. r. v1. 2. α1. a1. cr. f. h1. 8. V. m. L. — *vel aud.* Man. 3.

maximas resp.] *etiam max. r.* d3. — *resp. max.* d4.

ab adolescentibus] *per adulescentulos* a. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. V. S. m.

labefactas] *labefactatas* E. d2. 3. 5. o. ψ. a. b. Man. 7. r. v1. 2. Med. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. w. Orellius ad Acad. II, 4, 10. Vol. IV. P. I. p. 10. not. 14: Agnosco nunc Cic. uti solitum esse aliquoties perf. *labefeci*, etsi *labefactavit* est Acad. I. §. 33. et part. plerumque, non semper, *labefactus*; in aliis tempp. verbi *labefactare*.

sustentatas [*et restitutas*]] om. *et restitutas* T. bas. Alii veluti Bonnensis Kleinii, qui probat [d1. e. n. o. v. a] v1. [2. 3. α1. 2. a1. 2. cr.] S. m. [La.] P. M. [w.] G. et N. [ ]. Habent R. E. [*restitutas et sustent.* d4. — *rest. sust.* b.] Vincentius Bellovacensis, mihique videntur casu in archetypo aliquo absorpta a similibus ductibus v. *reperietis*. *Orell.* Gernh. haec: *et restitutas* abest in A. Chr. Godofr. Müller. addit: Bene! nam nil habet, ad quod referatur. Intelligendum certe esset *si lapsae essent*; tum non *et restitutas*, sed *aut restitutas* sequi deberet. Sed quum optimi codd. et antiquissimi Regius et Erfurt. voces *et restitutas* tueantur, nolim delere vocem, quae a ratione satis firmatur. Verba enim *sustentare* et *restituere* non idem significant. *Sustentare* enim significat rem, quae deprimitur, fortiter sursum tenere, ne plane cadat et pereat; *restituere* autem est aliquid in *priore* statu *stans* facere, *in priorem statum redigere*. *Respublica labefacta* nondum prorsus corruit; ita potest sustentari, ne plane cadat, labet et pereat; *restituitur labefacta* in priorem statum. Est igitur nulla causa scribendi *aut restitutas*. Significat enim hoc totum: reperietis, maximas respublicas ab adolescentibus labefactas, a senibus, ne plane interirent, tentas, et in integrum priorem statum redactas.

Cedo qui vestram rempublicam tantam amisistis tam cito] *cede qui* d1. — *cedo, cedo* e. — *credo* η. α1. — *nostram* d1. — *tantam* om. v2. α1. — *tantam tam cito amisistis* d4. — *et tam cito* d5. Med. — Wunderus hunc versum p. CXV. ita profert:

Cédo qui vestrám rempublicám amisistis tám cito.

In ipsis Varr. Lectt. nihil omissum notavit, et tamen hic *tantam* omittit. Duplici vitio hic versus Trochaicus tetrameter catalectus laborat. Primum enim caesuram legitimam post dipodiam secundam neglectam videmus, deinde sensus languidior est. Dixerat enim Cato maximas respublicas ab adolescentibus labefactas, quod hoc versu poetae probare vult; itaque *tantam* quod respondeat voci *maximas* desideramus. Sed optimi codd. eam tuentur. Retinemus igitur versum *Iambicum octonarium acatalectum.* — *Cedo* plurali numero adiunctum, ut *age* pr. leg. Manil. 14. — *age vero considerate.* *Gernh.*

Sic enim percontantur, ut est in Naevii Ludo: respondentur et alia, et hoc in primis:

Próveniebant óratores nóvi, stulti adolescéntuli.

Sic enim percontantur] *percunctantur* R. E. T. bas. lα. d1. 2. 5. η. v. ψ. v1. 3. 1. 2. Cet. editt. et vett. et recentt. — *percontatur* o. — *percunctanti* Man. 3. Med. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. La. L. M. P. w. Lall. g. Rell. Oxx., *percunctanti* correctio eius, qui orationem nectere vellet. De verbi *percontari* orthographia vid. Kritz. ad Sall. Cat. 40, 2. p. 187.

ut est in Naevii Ludo] *Naevii poetae Ludo* d3. 5. cr. S. V. Lall. 1. 2. — *Naevii poetae libro* Pith. — *Naevii posteriori libro* R. E. (bas.) d2. Man. 4. — *Naevii poetae in posteriori libro* d4. — *Ennii Ludo* η. o. v. — *Ennii poetae libro* r. v1. α1. — *Ennii posteriori libro* d1. O3x. Man. 3. Med. — *Ennii libro* v2. — *Novium* Macrob. Sat. I, 10. dicit probatissimum Atellanarum scriptorem, et ita P. Marsus tuetur *Novii praecone posteriori.* Sed quum Festus s. v. *redhostire* Naevii Ludum laudet, non est causa mutationis. Gellius et Charis. nominant Naevii ἑρωτοπαίγνια.

et haec imprimis] om. 2. — *et* om. d2. — *hoc* R. T. bas. η. o. v. ψ. c. P. cod. Lang. Or.

Provehebantur ad res novi, stulti adolescentuli] Sic Lambinus ex vet. cod. Rhen. pro vulgata *proveniebant oratores.* Egregia Lambini lectio, a Goezio recepta, [et Suffrido Petro] in vulgatam facili errore abire potuit, quae metro non convenit, quippe duabus syllabus longior. Ceterum *provehi* significat ferocitatem adolescentulorum, ut *res* respondent *reip.* *Novi* autem sunt ignobiles et *adolescentuli* substantivi vim, ut par erat, retinet. *Gernhardus.* Cuius errorem priusquam in apricum proferam, ceteras codicum scripturas significabo. — *Provenient oratores novi et stulti* R. — *proveniebant stulti adolescentuli* T. (haud dubie vitio exciderunt verba *oratores novi*) — *proveniebant oratores novi et stulti adol.* E. — *proveniebant novi oratores et stulti adolesc.* Lips. α. — *proveniebant oratores novi et stulti et adol.* Cod. Ciz. C. — *proventabant oratores novi stulti adolesc.* Guil. e cod. Celberd. et Gruter. e Palat. 2. „Placet" *Orell.* — *veniebant orat. nov. stult. adol.* Man. 1. — *proveniebant orat. stulti, novi ad.* Man. 1. — *proveniebant oratores viri stulti ad.* d2. — *proveniebant oratores novi, stulti et adolescentuli* Oxon. e. — *proveniebant oratores novi, stulti adolescentuli.* Sic d1. 3. 4. 5. Oxx. 7. Man. 1. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. La. M. w. Lall. 3. 1. 2. N. O. Est Trochaicus tetrameter catalecticus, in quo „novi monosyllabum, ut in Plaut. Mil. III, 1, 30." *Or.* [Lindemann. in edit. Teubn. p. 73: Vide quae dixi de vet. Prosod. p. XXV. quae disputatio praefixa est editioni Plaut. Comoed. III.] *Oratores* non sunt simpliciter *Redner*, sed hi, qui populi causam agere volunt, Graecis δημαγωγοί dicti, nostris eodem nomine *Demagogen*, ut vertit Hermann. Rhenanus loco mox indicando ita: Nec vero prorsus habet male [sententia vulgatae lectionis], si quis reputet eloquentiam illam δημογόρον [δημαγωγικὴν?], quae praecipue apud Graecos viguit, quemadmodum ex orationibus Isocratis liquere potest, nonnunquam existere comitem seditionum, effrenati populi incitamentum, contumacem, temerariam, arrogantem, quae in bene constitutis civitatibus non oritur. His enim elogiis hanc ornat

auctor dialogi, qui de Oratoribus inscribitur [vid. cap. 40.] — Eodem nomine hos appellat Tacitus l. c., et ita explicuit Ernest. in Clav. Cic. s. v. *Orator* et Wetzel. ad nostrum locum. Bene autem respondet hic versus antecedenti versui. Illi ipsi enim *oratores* labefactabant oratione sua prava civitates maxumas, populo persuadentes, ut in incommodum reipublicae agerent, bona simulantes, quae mala essent. Nam quod dicit Rhenan.: oratores si novi forent, carerent auctoritate, stulti potius riderentur, contemnerentur adolescentuli, id non semper fieri videmus. Multum interdum tales adolescentuli valent apud plebem. Sic in hoc versu, quem plurimi libri tuentur (nam quae variata inveniuntur, merae sunt correctiones eorum, qui versus numerum nescirent.), nihil est neque a metro, neque a sensu offensionis. Quare probatus est Hermanno. Idem alteram lectionem

Próventabant óratores nóvi, stulti adolescéntuli.

defendi posse recte notavit. Sensus idem et fere gravior oratio spondaeis initio positis. Sed correctionem metricam dicam. Accedit, quod, quamquam verbum *proventare* ad analogiam est formatum iustam, nusquam alibi legitur. Suspicatur idem Vir Illustr. versum esse primitus ita scriptum:

Tum próventabant óratores nóvi, stulti adolescéntuli.

qui responderet illi metro quod est in

Cedo qui vestram rempúblicam tantam ámisistis tám cito.

Necesse enim fuisse dicit, ut quo metro scripta fuerit quaestio, eodem composita sit responsio. Illum autem versum *Cedo* etc. ut credamus fuisse Trochaicum, verbo *cedo* in clausula versus antecedentis (qui abest) posito ita:

Cedo
Qui vestram rempúblicam tantam ámisistis tám cito.

vix effici posse; multam enim esse difficultatem. Facile autem ex verbis Ciceronis *respondentur et alia et haec inprimis* coniici posse, versum ita habuisse, ut modo scripsimus: *Tum provent.* Particulam *tum* Ciceronem omittere necesse fuisse, quia alia, quae responsa sint, praetermiserit, ad quae particula pertinuerit. Restat ut de Gernhardi versu iudicemus, qui ita legitur:

Provehebantur ad res novi, stulti adolescentuli.

Versus metrum non habet. Primus hunc versum in contexta intulit Lambinus, cuius nota ad eum haec est: *provehebantur ad res novi:* Sic restituit hunc locum B. Rhenanus ex vet. cod., nam vulg. habent, *proveniebant oratores novi* etc., mendose autem hic operae impresserunt *provehebant res.* — Graevius addit: in annot. ad Corn. Tacitum. — Sed deceptus est et Graevius et qui eum sunt secuti Goez. et Gernh. Est nihil aliud, nisi coniectura Rhenani in Praefat. ad castigatt. in libr. XI. Annalium Taciti p. 129. ed. Basil. ap. Froben. 1544. Is quum monuisset duplex scriptores emendandi genus esse, alterum quod a codicibus proficisceretur, alterum quod ex ingenio fieret, utriusque emendationum generis unum affert locum. Emendationis a codice profectae locum laudat Livii XXVII, 25, 3. Alterum locum Ciceronis, qui est ex nostro de senectute libello quem *de coniectura* se restituisse his verbis dicit: Quis est, cui non optime habere sententia [vulgatae scripturae] videatur? Nec vero prorsus habet male etc. [sequuntur verba supra a me posita: *si quis — qui de Orat. inscrib.*]. Sed tamen quando carmen claudicat, possit quis *suspicari* veterem scripturam, quae mendosae lectioni praestiterit occasionem, huiusmodi fuisse:

Provehebant uradres (sive *uratres*) *novi, stulti, adol.*

ut debeat sic stare carmen

Provehebantur ad res novi, stulti, adolescentuli.

15 **Temeritas est videlicet florentis aetatis, prudentia senescentis.**

21 **VII. At memoria minuitur — Credo, nisi eam exer-**
1 **ceas, aut si sis natura tardior. Themistocles omnium civium perceperat nomina: num igitur censetis eum, quum aetate processisset, qui Aristides esset, Lysimachum**
2 **salutare solitum? Equidem non modo eos novi, qui**

Sic enim aptius cohaerebit cum versu praecedenti.
Cedo qui etc.
Resp. Proveh.
Nam hinc maxima pernicies reipublicae, quod homines novi, imprudentes et iuvenes rebus moderandis imponebantur, quum oratores contra si novi forent, carerent auctoritate, stulti potius riderentur, contemnerentur adolescentuli. Sed hoc ad arbitrium eruditorum referimus, nihil pronuntiantes. Haec Rhenanus. Habes veritatem.

Temeritas est videlicet florentis aetatis] *est florentis videl. aet.* d3. — *est vel florent. aet.* d2. — *florescentis* d1. r. v1. Med. — *temeritas est indolis.* Pith.

senectutis] Sic T. bas. lα. d2. u. o. ψ. (supra lin. *senescentis*) Gruter. dicit esse in omnibus omnium libris. v1. 2. α1. a1. 2. f. h1. S. V. m. La. L. M. O. P. w. — *senescentis* R. E. 3. seqq. — Beier. ad Off. I, 34, 122. nostrum locum laudat et explicat: *temeritas est* i. q. [Off. I. c.] ineuntis aetatis inscientia. §. 117. consilii imbecillitas.

Cap. VII.

§. 21. *At mem. min.*] d1. a. v2. praeponunt personam *Laelii*, et ante *credo* habent a. v2. α1. *Cato.* „Non opus est hac brevi interlocutione Laelii. Ipse Cato sibi senectutem defendenti haec obiicit ex accusatorum sententia." — *Ac mem.* d4. De re vid. Senec. Praefat. Controv. Victor. Varr. Lectt. XXVII, 15.

Credo] *credo enim* d4.

nisi eam exerceas] *si non eam* d5. Med. — *nisi exerceas eam* r. v1. 2. α1. a1. 2. f. h1. S. V. m. L.

aut si sis] *aut etiam si* E. lα. d2. 4. 5. e. u. η. o. v. ψ. a. b. c. α1. a1. cr. f. h1. V. m. La. L. P. w. — *aut etiam fit sine naturali ingenio* n. — *aut si sit* Bardili susp.

Themistocles] De praestanti huius viri memoria vid. Acad. II, 1. Val. Max. VIII, 7, 15. *Gernh.* Cic. Orat. II, 74. 86. Fin. II, 32. Ochsner p. 321.

civium] *suorum* add. d5.

nomina percep.] *percep. nom.* R. E. bas. d3. 4. La. M. L. P. w. O. — *nomina memoria percep.* d5.

num igitur censetis eum] *non censetis eum* d3. — *non igitur* v2. α1.

quum aetate] *qui aetate* d4. — *in aetate* d3. ψ. — *in aetatem* η.

Aristides — Lysimachum] fuit Aristides Lysimachi filius. Vid. Corn. Nep. vit. Aristid. in.

non modo eos novi, qui sunt] *non modo novi qui sunt* lα. — *eos, qui sunt, novi* d2. La. M. L. P. w. — *eos, qui novi sunt* Med. — *eos non modo* d5. — *eos* om. d1. — *qui sunt* i. e. *vivunt.* Interpretatio est Plaut. Pseud. I, 3, 18. *mortuus est, qui fuit; qui est, vivus*

sunt; sed eorum patres etiam et avos. Nec sepulcra legens vereor, quod aiunt, ne memoriam perdam: his
enim ipsis legendis in memoriam redeo mortuorum. Nec 8
vero quemquam senem audivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset. Omnia, quae curant, meminerunt; vadimonia constituta; qui sibi, cui ipsi debeant. Quid iuris- 22
consulti? quid pontifices? quid augures? quid philosophi 4

---

est. Sic Graeci utuntur verbo *εἶναι*, de quo vid. Zeunius ad Vig. p. 367. not. 21. b. Hoepfner. ad Soph. Trach. 161.

sed eorum patres etiam et avos] *sed etiam eorum patres etiam et avos* d2. — *etiam* om. d1. η. ψ. c. Man. 7. — *et* om. Man. 2. La. L. — *proavos* pro *avos* Man. 1. — *avos et proavos* d3. η. ψ. — *avos et proavos* omisso primo *et* d5.

Nec sepulcra legens] nomina legens sepulcris inscripta, ad conficiendas Origines, de quibus in Cap. II. *Facc.* Erasmus ad h. l. ait: „Vulgo putabatur officere memoriae, si quis legeret inscriptiones sepulcrorum." Eodem pertinere videtur vetus proverbium, quod Cicero adhibet de Fin. V, 1, 3. *Sum multum equidem cum Phaedro, quem unice diligo, ut scitis, in Epicuri hortis, quos modo praeteribamus; sed veteris proverbii admonitu, vivorum memini.* Nescio an huc pertineat Plaut. Truc. I, 2, 62. *Dum vivit hominem noveris; ubi mortuus est, quiescas.* *Gernh.*

ne memoriam perdam] *ne* om. E. v. La. P. — *perdam mem.* a. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. *Facciol.* — Vis autem est in *perdam.* *Gernh.*

his enim ipsis] *his enim in ipsis* d3.

redeo in mem.] *in mem. redeo* R. E. bas. lα. Dresdd. omnes. Med. La. M. L. P. w. O. Recte. Respondent enim haec verba illis *ne memor. perd.*

nec vero] *vero* om. d1. — *enimvero* ψ.

quemquam senum] *senem* E. d1. 2. 5. e. η. — *quemquem* r. Rectus mihi videtur Accusat. Nam non de *certo numero* senum, quos ipse noverit, loquitur; quae propria est vis Genitivi partitivi.

quo loco thesaurum obruisset] *quo in loco* d5. — *thesauros* e. — *posuisset* d1. — *thesauros quo loco obr.* d4.

omnia quae curant meminerunt] *quaecunque* i. n. ψ. — *qui curat* α1. — *meminerint* E.

vadimonia constituta] *ut vadim.* d5. Med. — *constit.* om. d5. — ut *dies* vel *actio constituta* pr. Caecin. 11, 32. Qui certo die, quo se dixerat adfuturum, in iudicio non aderat (vadimonium deseruerat), causam perdebat. v. pr. Quinct. c. 18. Hor. Sat. 1, 9, 36. *Casu tunc respondere vadatus debebat: quod ni fecisset, perdere litem.* v. Varro L. L. VIII, 59. et Gronov. Observ. I, 1. quos laud. Drakenb. in Dict. *Gernh.*

qui sibi] *quis sibi* E. — *et qui sibi* d2. 5. Med.

quibus ipsi] *cui ipsi* R. E. T. bas. lα. η. o. ψ. V. La. w. O. — *et cui ipsi* d2. 3. 5. Med. — *cuique* d4. — *quibusque* e.

debeant] *debent* d1. — *dedant* α1.

§. 22. *quid pontifices?*] om. ψ.

quid philosophi senes?] *quid philosophi? senes* d5.

senes? quam multa meminerunt! Manent ingenia seni-
b. bus, modo permaneat studium et industria: nec ea solum in claris et honoratis viris, sed in vita etiam privata et quieta. Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit: quod propter studium quum rem negligere familiarem videretur, a filiis in iudicium vocatus est, ut, quemadmodum nostro more male rem gerentibus

---

meminerunt] *meminere* d4.

Manent ing.] *manent et ing.* d5.

modo permaneat] *maneant* T. — om. *v.* — *dummodo* R. quae est interpretatio.

nec ea] *neque* E. l*α*. d3. 5.

honoratis viris] *qui honoribus funguntur et magistratus gerunt.* *Facciol.* Brut. 81, 281. *Quum honos sit praemium virtutis, iudicio studioque civium delatum ad aliquem, qui eum sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi et honestus et honoratus videtur.* Vellei. Pat. II, 88. *Gernh.*

etiam] om. e. n.

quieta] vid. ad cap. 5, 2.

ad summam senectutem] Sophocles secundum Saxium Onomast. I. p. 41. vixit annos nonaginta duo (ap. Val. Max. VIII, 7, 12. *prope centesimum annum attigit*), inde ab Olymp. LXX, 3. usque ad Ol. XCIII, 3. s. 406. a. Chr. n. Lucian. Macrob. 24. Sophoclem quinque et nonaginta annos vixisse dicit. *Gernh.*

tragoedias fecit] *tragoediam scripsit* n. *ψ*.

quod propter] *propter quod* E. bas. l*α*. d2. 5. marg. cr. L. P. — *qui propter* d1. 3. i. u. *ψ*. a. b. v1. *α*1. 2. a1. 2. cr. f. h1. S. m. w. Lugd. 1556. Facciol. g. — *qui quod v.* — *quo pr.* e. De Anastropha Praepositionis vid. Beier. ad or. pr. Tull. 43. p. 57.

rem familiarem negligere] *rem negligere fam.* R. E. T. bas. l*α*. *γ*. d1. 2. 5. Med. Or. Hermannus suspicatur verbum *familiarem* irrepsisse in contextum ex glossa, quum continuo subsequatur *a re familiari.* Assentitur Beier. ad Off. II, 18, 64. T. II. p. 125. Mihi vero secus videtur. Primum enim ne obscuritas aliqua oriretur, quum inciperet narrare Cato historiam, opus erat plena locutione uti; deinde pessime sonat vox monosyllaba tam brevi spatio ter repetita, et quum optimi id codd. tueantur, bene collocatum retineo.

a filiis in iudicium vocatus est] Lucian. l. c. *οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας κρινόμενος ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος, ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνει· ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν.* Comp. Schol. ad Aristoph. Ran. v. 73. *Gernh.*

nostro more] Vid. ad Herenn. I, 13, 23. Tusc. III, 5, 11. *Orestem furere dicimus: qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulae.* — Graevius monet in primis *patribus* esse interdictum bonis, laudatque Paulli Sent. III, 4. *Quando tua bona paterna avitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re, commercioque interdico.* Plus hic valere videtur, quod Cic. Tusc. l. c. dicit. *Gernh.*

male rem gerentibus] *rem male ger.* d5 crat. — *res mal. ger.* Med.

patribus bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem, a re familiari removerent iudices. Tum senex di- 6
citur eam fabulam, quam in manibus habebat et proxime scripserat, *Oedipum Coloneum*, recitasse iudicibus,

---

patribus bonis interdici solet] *patriis bonis* Pith. Marsus, L. P. — *patribus* om. Man. 3. susp. C. Langio et Aldo Manutio; exclusit Goez. — *bona* lα. d2. 4. 5. e. i. n. η. v. ψ. Omnes habent *solent*. — *bonis solent* b. c. — *Bona — solent* ex altera verbi *interdicere* structura, quae tamen minus est usitata (vid. Drakenb. ad Liv. V, 3.), saepe autem in codd. etiam aliis scriptorum locis pro altera posita. Vid. Beckium ad Orat. pr. Dom. 18, 68. *Velitis, iubeatis, ut M. Tullio aqua et igni interdicatur.* G e r n h.

sic illum quasi desipientem a re familiari removerent iudices.] *quasi* om. η. — *sic illum in iudicium a re fam.* [fortasse: *sic illum iudices a re famil. rem*] d4. — *iudices* om. d5. La. P. — Totum locum ita laudat Charis. II. p. 191. *quem quum a re familiari ut desipientem removissent, filiis eius arguentibus, quum senex Οἰδίπουν ἐπὶ Κολωνῷ, quam proximo scripserat, recitasset, liberatus est.*

Tum senex dicitur] *Tum senem dicitur* ly. — Recte hanc memorabilem dicit scripturam Hermannus. Nam habet profecto aliquam offensionem et a grammatica ratione et a sententia loci. Rarissima enim est apud Ciceronem constructio illa nativa Verborum dicendi tertia persona usurpatorum cum *Accusativo et Infinitivo*, ut h. l. *dicitur senem* pro Attractione notissima *dicitur senex*. Nam quae huius structurae exempla affert Davis. ad Cic. Tusc. V, 5: *Non mihi videtur ad beate vivendum satis posse virtutem;* ex alio sunt genere. Unum illud exemplum ex Tuscul. l. c. nostri est simile. Nam apud Ciceronem haec ratio loquendi nonnisi in oratione variata reperitur, ubi ἀπὸ κοινοῦ ex Passivo Activum potest repeti. v. c. Tusc. I, 47, 113. *Sacerdos advecta in fanum — precata a dea dicitur, ut* etc. — *post epulatos cum matre adolescentes, somno se dedisse, mane inventos esse mortuos.* de Orat. II, 74, 299. *ad quem (Themistoclem) quidam doctus homo atque inprimis eruditus accessisse dicitur, eique artem memoriae — pollicitus esse se traditurum — quum ille quaesisset, quidnam illa ars efficere posset: dixisse illum doctorem, ut omnia meminisset; et ei Themistoclem respondisse etc.* Adde Ep. ad Att. X, 12. Fragm. ex libr. de suis consil. ap. Augustin. contra Jul. Pelag. V, 5, 23. et ex eo Boeth. de Music. I, 1. p. 1373. ed. Bas. 1570. Vid. Orell. Cic. Opp. V. IV. P. II. p. 491. (Ernest. T. IV. p. 1746. ed. Halens. 1823.). Cfr. Krueger Ueber die Attraktion. p. 156. Sed ut revertar, turbatur etiam narrationis ordo; nam quod a filiis in iudicium est vocatus quasi insipiens, ea ipsa fuit causa, cur iudicibus recitaret fabulam. Male igitur divellitur ita narratio. Quare unius Codicis auctoritati non cedo.

in man.] *in* om. η.

proxime] *proximo* Charis. l. c.

Oedipum Coloneum] Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ inscriptam fabulam, quae mortem in eo loco, qui prope Athenas Colonos appellatur, Oedipi celebrat, ut Sophocles sub ipsum transitum ad mortem scripsit, (v. Val. Max. VII, 7, 12.), sic quum per eam e certamine publico victor evasisset, eodem Valer. teste (IX, 12, 5) prae gaudio

quaesisseque, num illud carmen desipientis videretur? Quo
28 recitato, sententiis iudicum est liberatus. Num igitur hunc,
7 num Homerum, num Hesiodum, [num] Simonidem, [num]
Stesichorum; num, quos ante dixi, Isocratem, Gorgiam,

---

mortuus est. *Gernh.* Vide de loco illo, qui Colonos dictus est, Goerenz. ad Cic. Fin. V, 1, 3. p. 532. b.

quaesisseque] *quaesivisseque* d4. — *an* *η*.

desipientis] *sapientis* v2. — *decipientis* α1.

quo recitato] *quo vero recit.* d4. —

sententiis iudicum est liberatus] *liberatus est* E. d2. Med. — *liberatus est sent. iud.* d5. — Plures Viri Docti de tempore, quo scripserit Sophocles fabulam Oedipum Coloneum, disputarunt, quos vid. ap. Hermann. in Praefat. ad edit. minor. Erfudt. Soph. Oed. Col. p. IX—XV. Cfr. Thiersch. in Actis Philol. Monacc. T. I. fasc. III. p. 322—330. Lachmann. Ueber die Absicht und Zeit des sophokleischen Oedipus auf Kolonos. in Museo Rhenan. I, 4. p. 313—335. Victor. Varr. Lectt. XXXVI, 14. Coel. Rhodig. Lectt. Ant. XI, 54.

§. 23. *num Homerum*] *num igitur censetis hunc* lα. male ex §. 21. repetita verba. *Num Homerum* est in omnibus meis Codd. et editt. vett. post *Gorgiam* collocatum ex antiquissimo errore. Recte Graevius fide libri Celberdens. et Codd. Manut. in suum locum retraxit.

num Hesiodum] *num* om. d3. est in marg. Utrumque et Homerum et Hesiodum ad summam senectutem pervenisse tradunt. Hesiodi senecta (vid. Erasm. in Adag.) in proverbium abiit. *Gernh.*

num Simonidem] *num* om. R. T. E. bas. d1. 3. 4. 5. Med. La. L. w. Coeus poëta et philosophus (Cic. N. D. I, 22.) natus Olymp. LV, 2. annos octoginta novem perfectos vixit. v. Suid. et Val. Max. VIII, 7, 12. Bentlei. Opusc. philol. p. 171. *Gernh.*

num Stesichorum] *num* om. R. E. T. bas. lα. Dresdd. omnes. *i. o.* Med. La. L. w. Placet Orellio particula *num* omissa ante *Simon.* et *Stesichor.* Recte, ut mihi videtur; obiter magis hos duos viros nominat, fortior interrogatio convenit gravissimis illis viris *Homero* et *Hesiodo.* — Stesichorus erat Himerensis. Suidas tradit, Stesichorum natum Ol. XXXVII. obiisse Ol. LVI. octogenarium. Lucian. Macrob. c. 26. eum facit quinquennio maiorem. v. Bentlei. l. l. p. 168. seq. *Gernh.* Vid. Stesichori Himerensis fragmenta edid. Frid. Klein. Berolin. ap. Reimer. 1828. 8. Cuius libri copiosam censuram egit Welcker. in Iahn. Annal. Philol. et Paed. ab ann. 1828. Vol. IX. fasc. 2. p. 131—168. fasc. 3. p. 251—308. Quae censura omnino est lectu dignissima.

num quos ante dixi] *num eos, quos ante dixi* d4.

Isocratem] *Socratem* d1. 2. 4. 5. i. v. ψ. a. c. v1. 2. α1. a1. f. — *Socrate* E. — *et Socraten* lα. — *Isocraten* T. — *Gorg. Socr.* d4. Veram lectionem vindicarunt Lang. et Graev. e Pith. cum Man. Schützius ait: Si quid mutandum esset, melius foret *num Socratem, num Platonem, num Xenocr.* At reliqui non infra octoginta annos nati obierunt; Socrates vix ultra septuaginta annos vixit, minusque aptum eius exemplum h. l. esset. De Isocrate vide ad cap. 5, 2.

Gorgiam] *Gorgian* R. E. T. Vid. de eo loc. modo laud. Sequitur, ut dixi, *num Homerum*, ubi *num* om. d4. (et Oxn.), qui post hunc nominat *Demetrium* praeposita partic. *num.* Verba a *num Hes.* — *Gorg.* om. Oxon. u.

num philosophorum principes, Pythagoram, Democritum, num Platonem, [num] Xenocratem, num postea Zenonem, Cleanthem, aut eum, quem vos etiam vidistis Romae, Diogenem Stoicum, coëgit [in suis studiis] obmutescere senectus? an in omnibus his studiorum agitatio

---

num philosophorum principes] *num omnium philos.* T. — *princeps* d2. — *principem* α1. h1. S. La. M. P. ut ad Pythagoram solum referatur, qui primus philosophum se dicebat. Non placet. *Orell.*

Pythagoram] natus, ut Bentlei. docet l. l. p. 177. Ol. XLIII, 4., defunctus est anno aetatis nono et nonagesimo. v. Bentlei. ibid. p. 192. *Gernh.*

Democritum] Diogenes Laërtius IX. p. 247. ed. Aldobr. dicit: καὶ τελευτήσαντα, δημοσίᾳ ταφῆναι βιώσαντα ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη. Unde corrigendus Wetzelius ad h. l. Lucian. autem Macrob, 18. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατὸν, ἀποσχόμενος τροφῆς ἐτελεύτα. *Gernh.*

num Platonem] vid. ad cap. 5, 2.

num Xenocratem] *Xenocraten* E. Luciano teste vixit quatuor et octoginta annos. Diog. Laërt. IV. p. 99. ἐτελεύτα δὲ νυκτὸς λεκάνῃ προσπταίσας, ἔτος ἤδη γεγονὼς δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστόν. *Gernh.*

Zenonem] τῷ γὰρ ὄντι πάντας ὑπερεβάλλετο τῷ τε εἴδει τούτῳ καὶ τῇ σεμνότητι, καὶ δὴ νὴ Δία καὶ μακαριότητι. βιοὺς ἔτη κατέστρεψεν, ἄνοσος καὶ ὑγιὴς διατελέσας. Diog. Laërt. VII. p. 171. item Lucian. l. l. *Gernh.*

Cleanthem] Zenonis auditorem Lucian. et Val. Max. VIII, 7, 10. dicunt novem et nonaginta annos complevisse. Diog. Laërt. VII. p. 206. octoginta. *Gernh.*

quem vos etiam Romae vidistis] *quem vos et vidistis Romae* E. (*et* habet etiam Ern. 1.) — *quem vos postea Rom. vid.* lα. — *vidistis Romae* R. E. T. bas. d4. 5. Med. L. P. Orell.

Diogenem Stoicum] Diog. Seleuciensis ad Tigrim, qui cum Carneade Academico et Critolao Peripatetico a. u. 598. Romam venit legatus Atheniensis [vid. Plutarch. Cat. cap. 44. Cic. Acad. II, 45. Lactant. V, 14, 3.—6. et c. 16. Cic. Orat. II, 37. Gell. VII, 14. Macrob. Sat. I, 5. Plin. H. N. VII, 30. *Wetzel.*] *Gernh.*

in suis studiis] om. lα. cod. Mos. prob. ipso.

an non] *an* omisso *non* R. E. T. bas. lα. γ. d1. 2. 3. 5. Man. 15. Gulielmi codd. et Palatt. α3. prob. Müller. et Orell. qui laudat Off. I. §. 48. [cap. 21.] ubi haec notavit: Prorsus sic ἄρα pro ἄρ' οὐ Xen. Mem. 2, 6, 1. 3, 10, 1. Sicque est de Divin. 2. §. 117. [cap. 57.] et ex optt. Codd. dedi in Caton. Mai. §. 23. Cfr. inprimis Ochsner. Ecl. Cic. p. 102.

his] *iis* E. lα. d4. 5. e. i. n. u. η. ψ. a. V. (3.) Lall. Oliv. Facc. Ern. 2. N. — om. cod. Victor. et Verburg. R. bas. lα. — *In omnibus his* est in omnibus iis, quos dixi.

studiorum agitatio vitae aequalis fuit] *studiis eorum agit.* etc. lα. — *studiis horum* o. v. — *studiorum exercitatio et agitatio* lγ. Med. — *studiorum exercitatos* (recte vitium typothetae appellat Müller. pro *exercitatio*) *et agitatio* α3. — *studior. excitatio* (*exercitatio?*) *et agit.* d3. — *studiorum agitatio et* (excidisse videtur *exercitatio*) *vitae aequalis* d1. 2. e. ψ. — Probavit cod. Lips. γ. scripturam Hermannus, secuti sunt Beier. Off. T. I. p. 39. et Müller. Pulchre dicit

24 vitae aequalis fuit? Age, ut ista divina studia omittamus,
8 possum nominare ex agro Sabino rusticos Romanos, vicinos et familiares meos, quibus absentibus numquam fere ulla [in agro] maiora opera fiunt, non serendis, non

---

agitationem vitae opponi *exercitationi studiorum.* — Est tamen glossa. *Orell.* *Exercitatio* est interpretatio elegantioris vocis *agitatio. Studiorum agitatio vitae aequalis fuit* significat *studiorum agitatio* (das Betreiben der Wissenschaften) *morte demum finita est, ad mortem usque permanebat;* non igitur in senectute a studiis se removerunt.

§. 24. *Age ut*] om. *ut* a. r. v1. 2. α1. f. h1. S. La. M. L. w.

ista divina studia omittamus] *ista* om. u. — *studia* om. E. — *omittam* lγ. — *omitt. stud.* d3. — *illa omitt. div. stud.* d4. — *ista stud. div.* bas. cod. Mos. — *divina ista stud.* edit. Argentorat. ap. Anton. Schurer. 1515. — probant eiectam vocem *studia* Ern. Wunder p. CXIX. et Moser. Sed nulla iusta est suspicio sedis huius verbi vagae. — *Age* h. l. est transeuntis idemque fere quod *porro*, ut Phil. V, 10. extr. *Age, si paruerit, hoc cive uti aut volumus, aut possumus?* neque *ut* videri debet ab *age* pendere. *Gernh.* — Haec optime sunt disputata atque haud scio an omnibus in locis, ubi *Age* cum plurali iungitur, eadem sit interpretatio adhibenda. Exemplis laudatis adde haec: Tusc. II, 17, 42. N. D. I, 30, 84. II, 47, 120. Divin. I, 7, 13. 23. init. Ep. ad Att. VII, 3. pr. Rosc. Am. 36, 105. 108. pr. Tull. 46. pr. pr. Fontei. 15, 33. pr. pr. leg. Man. 14, 40. pr. pr. Sull. 26, 72. pr. Milon. 21, 55. Philipp. VII, 8, 21.

possum nominare ex agro Sabino rusticos Rom.] *possum ex agr. Sab. nom.* T. — *rustico* P. — *et rust.* e. — *rusticos vicinos Romanos* d3. — *Romanos* om. a. c. n. r. v1. 2. α1. a1. h1. S. m. — Sed vide Varr. R. R. II. prooem. Nostri maiores praeponebant rusticos Romanos urbanis. Cic. Ep. ad Tiron. XVI, 21. *Deponendae tibi sunt urbanitates: rusticus Romanus* (ein Land-Römer) *factus es.* pr. Sext. 45, 97. *rustici Romani in optimatibus habentur.* Habebat Cato in agro Sabino villam. v. c. 14, 46. et Corn. Nep. in vit. Caton. 1. *Gernh.* Cfr. Ochsner. p. 206.

quibus absentibus numquam fere ulla in agro maiora opera fiunt] *in agro ulla* E. bas. d3. — *ulla maiora opera in agro fiunt* d4. — *nullla fere ulla* cr. — *ulla* om. T. Med. — *minora* d1. — *in agro* om. lα. Optime, partim, quod eadem verba modo scripserat, partim quod explicandi causa *in agro* additum videtur, quum *opus* per excellentiam significet *laborem rusticum.* Vid. Hess. ad Tac. Germ. 25. et Index. edit. Bipont. ad Scriptt. Rer. Rust.

non serendis] *in serendis* e. — *nec serendis* Med.

non percipiendis, non condendis fructibus] *nec percipiendis frugibus* T. lα. d2. n. — *percip. fructibus* d1. e. η. a. c. r. v1. 2. α1. h1. S. V. m. M. L. P. g. — *fructibus* om. e. Ego praefero *frugibus*, sunt enim haec *frumenta* et *legumina*, *quae ex terra nascuntur;* de quarum cura hoc loco sermonem esse, facile patet. Sed *fructus* sunt *arborum.* Vid. Beier. ad Off. II, 3, 12. T. II. p. 28. *Fruges percipere* est *colligere* vid. Ochsner. p. 206. Recepi autem plurimorum librorum verborum collocationem, ut vitaretur clausula versus Trochaici. De re haec notavit Gernh.: Si minus, ut L. Quinctius c. 16.

percipiendis frugibus, non condendis. Quamquam in illis 9
minus hoc mirum: nemo est enim tam senex, qui se

---

et Curius, ipsi arant, non tamen, nisi se praesentibus, a servis maiora certe opera fieri volunt, quorum quidem cura plus habet et delectationis et utilitatis. Schellerus ubi in Obss. vulgatam lect. adversus Ernestii audaciorem coniecturam *quibus senibus nunquam fere ulla in agro maiora opera non fiunt* defendit, assentiente Wetzelio, hanc causam suggerit, cur nolint se absentibus maiora opera fieri, quod, quum absunt, non tam laborant servi, quam quum adsunt, ergo eorum praesentia adiuvat alacritatem servorum. Hoc autem villici magis est, quam domini, qui imperat quid fieri velit, et, ut perficiantur imperata, curat. vid. Cato R. R. c. 2. *Gernh.* Cfr. Act. Lit. Traiect. T. IV. p. 278. seq.

Quamquam in illis minus hoc mirum] *in aliis minus hoc mirum sit* R. E. T. lα. d3. e. η. o. v. ψ. b. c. P. Lall. prob. L. O. — *in aliis hoc sit minus mirum* d1. — *in aliis minus hoc mirum est* bas. d5. — *in aliis minus hoc mirum* u. Man. 20. Lall. — *ab aliis minus hoc mirum sit* d4. — *in aliis mirum hoc minus videatur* Med. — *in illis hoc minus mir.* r. v1. 2. α1. a1. cr. S. m. V. 3. 1. 2. — *in illis minus hoc mir.* n. — *in illis hoc minus mir.* h1. — *in his aliis minus hoc mir.* Man. 1. — *in iis* La. M. S. — *in his* Lamb. ed. 1584. w. Facciol. — *in aliis malis* i. Lambinus in not. ad edit. 1566. sic: Nonnulli codd. vett. habent *quamquam in aliis*, quod probo: *in aliis* autem id est in iis, quae sciunt ad se pertinere. Rectius Orellius: in aliis omnibus, atque iis, quae sciunt nihil ad se omnino pertinere. — *In illis* defendunt Ern. et Schütz., qui negotia intelligunt, quorum fructus est annuus. Scheller. in Obss. *in illis* refert ad rusticos illos, ac simul senes. Verum consideranda est oppositio, qua miror Wetzelium iudicare Schelleri rationem confirmari. Nam quod eas res tractant senes, quos ad se pertinere sciunt, non mirum est; mirum autem, quod etiam in iis operam ponunt, quae posteris demum profutura sint. *Illis* autem Cic. scripsit, non *his*, quod quae non miranda sunt, videntur remotiora. *Gernh.* Rectissime haec a Gernhardo disputata sunt. Nam duram esse Orellii interpretationem patet. Nihil enim habent verba *nemo enim est* ad quid referantur, et tamen sententiae praecedentis veritatem debent probare. Saepissime autem confundi *illis* et *aliis* in Codd. ipse Orell. exemplis docuit ad Cic. de Fato Vol. IV. P. II. p. 219. not. 6.

nemo enim est tam senex] *nemo est enim* E. — *tam senes est* d3. Med. — *est* om. d1. 2. Vid. Exc. I. Beier. ad Off. I, 19, 64. Sed ad Lael. 5, 4. p. 27. seq. in simillimis exemplis eiecit verb. substant.

qui se annum non putet posse vivere] *qui annum saltem non putet viv.* d3. — *per annum* ψ. — *posse* om. lγ. — *vivere posse* T. d1. 2. 5. lα. B. Eyb. Med. v1. S. V. m. — Placet Hermanno omissum verbum *posse*. Sed quamquam non ignoro, posse Infinitivum Praesentis pro Futuro sequi ea verba, quorum sensus etiam ad futurum tempus spectat v. c. h. l. *puto*, tamen hic usus Ciceroni quum sit rarissimus, retinere malui plurimorum et optimorum librorum scripturam. Accedit quod paulo abruptior est periodus omisso hoc verbo. Cfr. Gronov. Obss. in Eccles. p. 150.

annum non putet posse vivere: sed iidem in iis elaborant, quae sciunt nihil ad se pertinere omnino:

serit
'Arbores, quae álteri saéculo prósient,

---

sed iidem — diis] Dresd. 5. perverse haec ita: *sed iidem in his, quae sciunt ad se nihil respondere, sero diis.*

iidem] *idem* d1. 4. — *idem ipsi* d2. Med.

elaborant in eis] *in iis lab.* c. (*elabor.*) Lamb. — *in eis elaborant* Orell. — *laborant* d1. η. o. r. v1. 2. a1. 2. α1. cr. f. h1. S. V. m. L. — *in his* E. bas. 1α. d2. 3. 4. c. Eyb. M. P. — Recte Gernhard. tuitus est verbum *elaborare* quod est: laborem in aliqua re exhaurire, laborare usque ad finem, efficere aliquid labore, laborando aliquid assequi, non frustra laborare. Etenim *e* praepositio in compositis indicat emersionem ex illa re, quam verbum simplex exprimit. *Laborare* simpliciter est laborem in aliqua re collocare, quod etiam frustra fieri potest. *Beier.* ad Cic. Off. I, 1, 3. T. I. p. 8. Cfr. Doederlein Latein. Synonym. T. 1. p. 116. not. *. Gernhard. comparari iubet, quae Goerenz. dixerit ad Cic. Fin. I, 4, 10. et verbi *elaborare* haec laudat exempla cap. 8, 26. 11, 39. Agrar. II, 25, 67. *Quod solum tam exile et macrum est, quod aratro perstringi non possit, aut quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret.* Orat. I, 5, 19. *Quamobrem mirari desinamus, quae causa sit eloquentium paucitatis, quum ex iis rebus universis constet, quibus in singulis elaborare permagnum est.* Adde Ep. ad Fam. I, 9, 36. *Ut Apelles Veneris caput et summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidam homines in capite meo solum elaborarunt: reliquum corpus imperfectum ac rude reliquerunt.*

nihil omnino ad se pertinere] *nihil ad se omnino* R. E. T. d1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. L. O. — *omnino ad se nihil* 1α. — *ad se nihil omnino* d3. 5. Med. — *non omnino ad se p.* ψ. — *omnino nihil ad se* B. Eyb. — *ad se omnino nihil* r. v1. 2. α1. — Gernhardi ordo est etiam in bas. M. P. 3. 1. 2. Eodem modo variant libri in loco simillimo de Fin. II, 31, 100. ubi Goerenz. p. 273. b. ostendit, scribas offendisse in Adverbio ad clausulam posito. Reposuit igitur *nihil ad nos pertinere omnino*, quem ordinem his probat exemplis: N. D. III, 27, 69. Acad. II, 15, 48. Divv. VIII. ep. 14. ita emendat IV. Fin. 25, 70. — De locutione *nihil ad me pertinet* Gernh. ita: Cfr. c. 23, 82. et Tusc. I, 14, 31. ubi eundem Statii locum adhibet, addit: *Ergo arbores seret diligens agricola, quarum adspiciet bacam ipse numquam.* Comp. Virg. Ecl. IX, 50. *Insere, Daphni, piros; carpent tua nepotes* — Comp. Beier. ad Lael. 4, 2. p. 21. Adde Pallad. XI, 12. *Cui placet curas agere seculorum, de palmis cogitet conserendis.*

Serit arbores] *serunt* d2. e. i. η. o. ψ. a. c. Man. 10. B. Eyb. v1. α1. a1. 2. cr. f. h1. m. M. w. — *arbores metit* [*metit* in marg.] d3. — *serit arbores metitque* u. — *metuntque* ψ. — pro *quae* est in Ox. i. *ut.* —

prosint] *prosunt* d2. 4. o. ψ. r. v1. 2. Eyb. — *prosient* margo Reg., quemadmodum volebat Hermannus, ut esset versus Creticus, ita distingendus:

serit
'Arbores, quae álteri saéculo prósient

ut ait Statius noster in Synephebis. **Nec vero dubitet** 25
agricola, quamvis sit senex, quaerenti, *cui serat*, re- 10
spondere: *Diis immortalibus, qui me non accipere modo* p. 82. a.
haec a maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere.

VIII. Melius Caecilius *de sene alteri saeculo pro-* 1
spiciente, quam illud idem:

Edepól senectus, sí nil quidquam aliúd viti,

Billerbeck. Iambum dicit, nescio quo iure. Metrum non est iambicum. — Verba *alteri seculo* usque ad *Edepol* cap. seq. desunt in Cod. A., leguntur demum cap. 9, 27. post verba *ex te unquam* interposita. *Gernh.*

Statius] *Caecilius et Actius* bas. — *Actius* E. — Statius Caecilius, poëta comicus, cui palmam dat Vulcatius Sedigitus apud Gellium N. A. XV, 24. Ut Menandri fabulam Plocium verterat, v. Gell. II, 23. III, 16., sic etiam Συνεφήβους videtur e graecis latine reddidisse. Ex Hieronymo in Chron. ap. Euseb. p. 145. Drakenb. ad h. l. docet, eum mortuum esse anno post Ennium. *Gernh.* Laudat eandem fabulam Cic. N. D. I, 6, 13. (ubi item libri variant) Fin. I, 2. Tuscul. l. c.

§. 25. *Nec vero dubitet*] *vero* om. bas. — *dubitat* R. E. T. bas. lα. d1. 2. 3. 4. a. b. e. i. n. u. r. v2. V. m. L. P. Sed quamquam optimi codd. servant Indicativum, nolim tamen recipere, ab iis profectum, qui Coniunctivum non intelligerent. Bene Gernh. explicat: *non est, quod dubitet.*

quamvis senex] *quamvis sit senex* R. E. bas. lα. d1. 3. 4. e. i. n. u. η. o. v. ψ. r. Med. a1. 2. cr. V. m. La. L. w. — *quamvis senex sit* d2. b. Ego cur repudiandum sit h. l. verbum substant. non assequor. Eodem enim modo posset abesse cap. 19, 67.

respondere: diis] *resp. illud* d2. — *resp. sero diis* d5. Med.

qui me non accipere modo haec a mai. vol.] *qui non accipere me modo* T. — *non modo acc. haec* d5. — *modo haec quae sero* d1. e. η. — *modo hoc* d3. b. Med. — *tantummodo* h1.

prodere] *prodesse* la. (in quo a 1. man. *prodere*) d3. (supr. vers. *prodere.*) 4. e. η. o. v. ψ. α1. Med. — *tradere* r. a1. cr. f. — *tantummodo* r. v1. 2. α1. a1. 2. m.

CAP. VIII.

Melius Caecilius] Laelii persona praefixa est in d1. v2. — *dixit* add. T. lα. d2. (*et mel.*) 4. — *Caelius dixit* Med. — *quid Emilius Caecilius dixit?* e. — Verba *Melius* — *prospic.* desunt in cod. B.

prospiciente] *proficiente* e.

quam illud idem] *idem illud* om. T. et Med. qui etiam *quam* om. — *quasi illud idem* d5. — *illud item dixit* n. η. o. v. ψ. — *idem* om. V. La. M. P. w. Lall. — Haec verba *Mel.* — *prosp.* spectant ad versum antecedentem *Serit arbores* etc., et *quam illud idem* ita interpretanda: melius Caecilius de sene alteri seculo prospiciente dixit in Synephebis, quam illud, quod sequitur, in *Plotio*, ex qua Statii Caecilii fabula laudat hos versus Nonius s. v. *advenire.* Versus sunt Iambici senarii.

Aedepol] *edepol* d1. Orell. qui haec dicit: *pro ceterorum Aedepol scripsi Edepol cum Hermanno, ut nunc edunt apud Plautum. v. c. Mil.* 2, 3, 38. Manut. dedit, quod metrum postularet [minime] *Epol.*

Appórtes tecum, quum ádvenis; unum íd sat est,
Quod diú vivendo múlta, quae non vólt, videt.

Et multa fortasse, quae vult! atque in ea [quidem], quae non vult, saepe etiam adolescentia incurrit. Illud
2. vero idem [Caecilius] vitiosius:

Tum equidem in senecta hoc députo misérrimum,

De utraque voce Lindemann. Spec. IV. de Adv. Lat. p. 21.: *Edepol ἢ θεὸν Ἀπόλλω, epol ἢ* vel *νὴ Ἀπόλλω* (Cfr. Parei Lex. Crit. *s. v. epol*). Non est orta vox ex *aedem Pollucis* scil. *testor*. Cfr. Ruddim. Instt. L. Lat. I. p. 312. not. 11.

si nihil quidquam aliud vitii] *aliud apportes vitii* metro soluto E. d4. — *nihil aliud quicquam* d2. 3. Eyb. — *nil* pro *nihil* recte bas. w. O. — *viti* recte pro *vitii* et metro postulante et usu (vid. ad cap. 1. in *praemi*) M. N. O. — Sic, ut scripsi versum in contextu, singula emendavit Hermann.

apportes tecum] *apportas* d2. Man. 2. — *apportet* Rom. — *apportet secum* Man. 1. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. m. Facc. Emendatio est eorum, qui unde esset tertia persona versu sequenti, non intellexerunt.

advenis] *adveneris* E. supr. lin. u. r. cr. f. Facc. — *advenerit* v1. 2. α1. a1. 2. h1. S. m. — A secunda persona repentinus fit transitus ad tertiam, a senectute ad senem. Quae causa est interpolationis. *Gernh.*

unum id sat est] *id unum* d3. 5. Med. — *satis* T. lα. d1. 2. e. *η. v. ψ.* a. c. Man. 9. r. v1. 2. Eyb. α1. a1. 2. cr. m. — *illud unum satis ψ.* — *id est satis* f. h1. S. V. m. — *unum vel sat est* P. — *id* om. Man. 1. — *unum satis est* Man. 1.

quod diu vivendo multa, quae non volt, videt] *diu quis* Lips. *α* a prim. man. inclus. a sec. d2. 4. c. *η. o. ψ.* Man. 5. — *volt* servat Lips. *α.* — *quod* om. w. — *quae nevolt* suspic. Goeller. ad Plaut. Trinum. p. 131. — *dum quis vivendo* aliquot Man. Sunt omnes interpolatt. ortae ex personae mutatione. — Versum ultimum paene ad verbum conversum dicas ex Solonis oratione ad Croesum ap. Herodot. I, 32. Verba haec sunt: *ἐν γὰρ τῷ μακρῷ χρόνῳ πολλὰ μέν ἐστι ἰδέειν, τὰ μή τις ἐθέλει, πολλὰ δὲ καὶ παθέειν.* Vide Gierig. ad Ovid. Met. VI, 284.

Et multa fortasse, quae vult] *Catonis* persona praefixa in d1. v2. — *et multa, quae vult fortasse, videt* Med. — *at m.* d5. e. *etiam η.* — *et iam ψ.* — pro *fortasse* Oxon. e. *quidem.* — *quae* om. *η. ψ.* d4.

atque in ea quidem, quae non vult, saepe etiam adolescentia incurrit] *et quae non vult, in ea saepe adol. inc.* d4. *in* om. T. d2. Med. r. v1. 2. α1. — *quidem* om. R. E. bas. lα. d5. Med. M. P. w. — *etiam* om. d1. 4. Vid. Analect.

Illud vero idem Caecilius vitiosius] Laudat h. l. Charis. II. p. 198. ita: *Caecilius vitiosius illud ait de senectute* — *illud quoque idem Caecil. dixit* d4. 5. n. o. *v. ψ.* — *illud vero Caecil. idem dixit vit.* Med. — *dixit* vulgatae lectioni addunt lα. d2. E. supr. lin. Versus, qui sequuntur, sunt *Iambici senarii.* Sumpsit Cic. ex Caecilii Hephaestione vid. Non. in voc. *senium.*

Tum equidem] *Iam equidem* T. Man. 5. — *iam quidem* d3. Man. 1. *tum etiam η.* Nonius l. c. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. M. — *tum quidem* Man. 1. — *Laelii* personam habet h. l. edit. Venet. 2.

senecta] *senectute* Nonius l. c. n. o. *Senecta* Servio auctore ad

Sentíre, ea aétate esse se ódiosum álteri.

Iucundum potius, quam odiosum! Ut enim adolescen- 26
tibus bona indole praeditis sapientes senes delectantur, 3
leviorque est senectus eorum, qui a iuventute coluntur
et diliguntur: sic adolescentes senum praeceptis gaudent,
quibus ad virtutum studia ducuntur. Nec minus me in-
telligo vobis, quam mihi vos [esse] iucundos. Sed 4

Virg. Aen. XI, 165. proprie est Adiectivum, ut Plaut. Trin. I, 2, 5. *senecta aetate*, ad quem l. vid. Taubm. H. l. ut ap. Virg. l. l. *sors ista senectae debita erat nostrae*, et al. l. substantive ponitur. *Gernh.*

deputo] *deputato* fr. — *reputo* i. v1.2. Med. α1. a1.2. cr. — *puto* n.

ea aetate esse se odiosum alteri] *ea aet. eum odios. esse ipsum alt.* Man. 1. c. — *se aetate illa odios. esse alt.* Med. — *alteri* — *od.* om. a. — *se esse od.* E. d4. (*in ea aet.*) 5. Man. 3. — *se od. esse* d3. Man. 3. — *odios. se esse* T. lα. d2. Man. 4. — *odiosum se alteri* h1. — *esse odios. se alteri* Non. v1.2. α1. a1.2. f. cr. V. w. Facciol. g. — *esse* om. d1. η. — *se* om. o. *v*. Man. 5. — *Odiosum* est trium syllabarum, ut ap. Ter. Phorm. V, 8, 44. *Enimvero si porro esse odiosi pergitis. Gernh.*

§. 26. *Iucundum potius, quam odiosum*] *hoc iuc.* E. d1. (qui Catonis personam habet) 3. — *iucundum alteri potius est, quam od.* d4. — *iuc.* — *od.* om. η. *v.*

ut enim adol. bona ind. praed.] *ut enim bona adol. indole pr.* f. S.

leviorque fit eor. senect.] *leviorque fit sen. senum* d4. Man. 1. — *lev. est sen. senum* Man. 1. — *senect. eor.* E. T. bas. lα. d3. 5. c. Man. 18. Eyb. Med. La. L. P. Lall. (non Regius). — *leniorque* r. v1. 2. 3. α2. h1. S. — *est* pro *fit* E. T. bas. lα. d1. 2. 3. e. i. u. η. o. *v*. ψ. a. M. P. Lall. (non Reg.) w. De sententia vid. Stob. Serm. CXIV. ubi Callimach. fragm. XI. libri primi *τῶν Αἰτίων*·

Γηράσκει δ' ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότερον,
Κοῦροι τὸν φιλέουσι· νέοι δέ μιν οἷα τοκῆα
Χειρὸς ἐπ' οἰκείην ἄχρις ἄγουσι θύρην. *Gernh.*

qui a iuventute coluntur et diliguntur] *in* pro *a* d3. *v*. — *et diliguntur* om. i. — *diligunt* marg. crat.

senum] om. Med.

quibus ad virtutum studia ducuntur] *ad virtutis* S. — *quibus iuvenes* Eyb. — *qui ad virtutum studia perducuntur* d4. — *quibus ad virtutem studia ducuntur* d5. — *deducuntur* T. lα. — *diriguntur* ψ. — De sententia verborum *ut enim* — *duc.* Wetzel. hos locos comparat: Off. I, 34, 2. et 5. II, 13, 11. Plato Rep. I. in. [*χαίρω γε διαλεγόμενος τοῖς σφόδρα πρεσβύταις.*] Adde Cic. Legg. I, 3. ex. de Or. I, 7. Off. I, 41, 149. nostro libell. 9, 6. 7. Plutarch. de puer. educ. 10, 6.

Nec minus intelligo me vobis, quam vos mihi esse iucundos] *nec minus me intell.* d2. — *me vobis intell.* d4. — *nec min. iucundum me vob. int.* d5. — *mihi vos* R. E. lα. d3. Med. ed. vet. Or. — *dilectos* pro *iuc.* est in Med. Elegantissimus ordo est Cod. Dresd. 2. plane ex more Ciceronis, de quo vid. Goerenz. ad Fin. I, 16, 50. p. 72.; alios locos vid. in eiusd. Indic. s. v. *Verba* p. 693.

videtis, ut senectus non modo languida atque iners non sit, verum etiam [sit] operosa et semper agens aliquid et moliens; tale [scilicet], quale cuiusque studium in superiore vita fuit. Quid, qui etiam addiscunt aliquid? ut Solonem versibus gloriantem videmus, qui se cottidie aliquid addiscentem dicit senem fieri; ut ego feci, qui litteras Graecas didici senex: quas quidem sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens, ut ea

---

videtis] *videte* ly. — *videatis* d5.

atque] *ac* e.

sit operosa] *opera sit* c. — om. *sit* ly. d3. a. Med. L. Vulgatam tuetur Nonius s. v. *moliri*.

et semper agens aliquid et moliens] *et* om. α1. w. — *peragens* ψ. — *agens et moliens aliq.* d4. — *aut mol. al.* e.

scilicet] om. d4. — *videlicet* η.

superiore] *superiori* E. d2.

quid quod etiam addiscunt aliquid?] *quid qui* R. E. T. d1. η. *v*. ψ. Man. 13. r. v1. 2. P. Orell. qui dicit: *Recte: non enim omnes senes addiscunt aliquid, sed perpauci; hos ipsos laudat.* — *qui quod* lα. — *quid eos, qui etiam* d3. — *quid dicam senes, qui etiam add. al.* d4. — *quid quod senes etiam* bas. e. non improb. Gernh. Est tamen glossa. — *quid dicam quod etiam addiscere al.* Med.

ut Solonem] *ut et Sol.* E. T. lα. d2. 5. i. η. *v*. b. P. — *ut etiam* c.

versibus] *in vers.* r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. m.

videmus] *vidimus* d4. v1. 2. B. Eyb. α1. a1. cr. f. h1. V. Est correctio, similis Praesenti *accipimus* in *accepimus*, vid. not. ad cap. 6, 4.

quotidie] *cottidie* lα. — *cotidie* d4. V. — *quottidie* d3.

aliquid addisc. sen. fieri dic.] *dicit sen. fieri* R. E. T. bas. *lα*. d2. 3. 4. 5. b. B. Eyb. La. L. P. Orell. — *aliquid* om. d4. — Gruterus voces *qui* et *dicit* infartas et delendas esse putat. At vid. c. 4, 11. Infra cap. 14. ubi illa Solonis sententia repetitur, scripsit Cic. *quod ait versiculo quodam.* In Schol. ad Soph. Ant. 707. ed. Herm. est: *παρὰ Σόλωνος.* — Ad voc. *senem* Gernh. ita: Diog. Laërt. I. ed. Menag. p. 15. *ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ, βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα.* Ael. Var. Hist. VIII, 16. *Ὁ δὲ οὖν Σόλων ὑπέργηρως ὢν τὸν βίον ἐτελεύτησεν.* Lucian. Macrob. c. 18. *Σόλων δὲ καὶ Θαλῆς καὶ Πιττακὸς — ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη.* Adde Val. Max. VIII, 1. ext. 14. Versus Graecus hic est:

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Laudatur a Plutarch. Solon. c. 31. Plat. Amator. cap. 2.

ut ego feci] Notanda h. l. triplex repetitio particulae *ut*, cuius exempla habet Wopkens. Lectt. Tull. I, 15. p. 85. et 17. p. 96. Cfr. notam ad cap. 2, 8.

Graecas literas] *lit. Graec.* R. E. bas. lα. d2. 4. 5. c. Lang. L. P. — *senex didici*] *didici sen.* T. E. d2. o. — De re Wetzel. hos laudat locos: Corn. Nep. vit. Caton. 3. Plut. in vit. Cat. cap. 2. p. 337. Val. Max. VIII, 7, 1. Cic. Acad. II, 2. Plin. H. N. VII, 30. Muren. 30, 62.

quas quidem sic] *quod sic av.* Med. — *expellere* Med.

ut ea ipsa mihi nota essent] *nota essent mihi* T. lα. — *mihi exem-*

ipsa nota essent mihi, quibus videtis me nunc uti exemplis. Quod quum fecisse Socratem in fidibus audirem, 6
vellem equidem etiam illud — discebant enim fidibus antiqui — sed in litteris certe elaboravi.

---

pla nota ess. d5. — *ipsa* d4 Med. Ordo verborum *nota essent mihi*, quamquam in paucissimis libris, unus mihi probatur. Est enim similis illi, cuius exempla habet Goerenz. ad Fin. II, 23, 75. p. 235. a. Idem in Iahn. Annal. philol. et paedag. ab ann. 1826. I, 1. p. 41., ubi ex multis aliis laud. III. Verr. 58, 134. *quae passeribus nota est omnibus.*

quibus me nunc exemplis uti videtis] *quibus nunc exemplis me uti videtis* d1. — *quibus videtis me nunc uti exemplis* d2. — *uti exemplis* T. Iα. d2. 5. Elegantior hic ordo, quam qui sit a librariis, quo vitatur illa duritas *exemplis uti videtis.* Solet autem a Cicerone relativum pron. regenti verbo praeponi. Vid. ad cap. 2, 5. Adde Cic. pr. Sext. 19, 33. *Consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendos putet.* Cfr. Krueger. über die Attraktion. §. 98. Alteram Attractionem observa in verbis *quibus videtis me nunc uti exempl.* pro: *ut ea ipsa nota essent mihi exempla, quibus videtis me nunc uti.* Vid. Krueger. l. c. §. 79.

Socratem] *Socraten* E. — *quod quum Socrat. fecisse in fid.* d5.

audirem] an *audierim?* nam illud non convenit τῷ *vellem* *Ern.* Nihil est in vulgata lect. offensionis. Nunc enim non primum de Socratis arte audiit. *Gernh.* De re comparari iubet Wetzel. haec: Val. Max. VIII, 7. ext. 8. *Socratem constat, aetate provectum fidibus tractandis operam dare coepisse: satius iudicantem, eius artis usum sero, quam nunquam percipere.* Didicit autem a Conno, nobilissimo aetatis suae fidicine. Cic. ad Div. IX, 22, 8. Plat. Menex. T. III. p. 235. Steph.

vellem equidem et illud] *vellem equidem etiam illud* R. E. bas. Iα. γ. Guelf. α3. L. P. Or. Probarunt hunc ordinem Hermann. et Müll. — *vellem etiam equidem illud* d1. — *vellem quidem etiam illud* d2. — *equidem vellem et illud* E. — *vellem quidem etiam et illud* d5. — *vellem equidem et illud discere* Med. — *vellem etiam illud idem* Oxon. e. — *vellem quidem videre* T. Quum *etiam* sit pro *et* in bonis codd., non est, quod assentiamur Iacobo Coloniensi, qui in censura edit. Billerbeck. libror. de Offic. ad I, 40, 142. in Ephemerid. Scholast. de ann. 1828. fasc. II. nr. 110. p. 908. seq. *et* per Anacoluthon defendere studet (nam pro *etiam* apud Cic. *et* positum recte negat), cui respondere debuisset *et literas colere*, quod fere in sequentibus dicatur, sed periodum aliter conformatam propter interposita verba *discebant enim fidibus antiqui.* Sed mihi sic ne sensus quidem inesse in loco videtur. Nam non optat, ut literas colere possit, quas vere colebat, sed fidibus canere scire vult. Est sententia haec: *Ego senex literas Graecas avide arripui, ut Socratem aetate provectum fidibus canere didicisse accepimus. Vellem equidem etiam hanc artem, sed hoc quum non sit, solatium hoc est, quod in literis saltem cum fructu laboravi.* Rectius igitur dixeris hanc *Aposiopesin*, quam *Anacoluthon.* —

fidibus] *in fidibus* d1. 3. Man. 7. qua praepositione non opus est, quum intelligendum sit, ut Scheller. in Obss. monet, *canere.* Similiter Ter. Eun. I, 2, 53. *fidibus scire.* Idem Manut. monet esse, qui haec

27 IX. Nec nunc quidem vires desidero adolescentis — is enim erat locus alter de vitiis senectutis —; non plus, quam adolescens tauri aut elephanti desiderabam. Quod est, eo decet uti et, quicquid agas, agere pro viribus.
1 b.

---

omnia delenda esse censeant. At dignissima sunt Catone, quem Cic. Tusc. IV, 2. ait in Originibus dixisse, morem apud maiores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes. Comp. ibid. I, 2.

certe] om. d2. Med.

elaboravi] *laboravi* E. v1. Med. — *ego lab.* d2. Cfr. cap. 7, 9.

Cap. IX.

§. 27. *Nec nunc equidem*] Sic Marsus. G. N. — *nec nunc quidem* E. lα. d1. 4. e. i. n. u. *v*. r. v1. 2. Eyb. α1. a1. 2. cr. f. h1. V. M. 3. O. — *neque — quidem* d3. Man. 2. — *ne — quidem* o. ψ. Man. 1. La. L. Facc. 1. g. — *ne nunc vires* Med. Vide Analect.

vires desidero adol.] *vires adol. des.* lα. Med. — *desid. vires ad.* d4. — *desidero* om. Eyb.

is] *his* E. a pr. man. relatum ad *vires*, sec. man. restituit *is*.

erat locus alter] *locus erat alter* d1. 3. 4. a. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. w. — v. cap. 5. extr. Drakenborch. in Dictat. ad h. l. notat errorem quorundam Lexicographorum, qui putant, vocem *locus*, ut sit *sedes argumentorum*, nunquam singulari numero reperiri. V. de Off. I. extr. Orat. II, 58, 236. *Gernh.* Comp. Beier. ad Off. I, 14, 44. ad Lael. 13, 3. qui laud. Tusc. I, 24, 57. med. Ochsner. p. 208. Adde Top. II, 8. Off. I, 6, 1. pr. 44, 156. 45, 161.

non plus] *nec plus* i. — om. Eyb. De comparationibus per *non plus* factis vid. Ochsner. p. 179. 208. Ramshorn. §. 155. not. 3. c. p. 305.

quam adolescens tauri aut elephanti] *adolescentis* E. d4. — *adolescentulus, quod est contra naturam vires tauri* d5. ex interpret. — *adolescens* om. Med. — *vires tauri* d1. e. η. o. ψ. a. — *tauri vires* E. (supra vers.) lα. d2. Med. — *etiam vires taur.* r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. m. — *aut* om. Froben. — *elephantis* T. bas. Erf. teste Ernestio (nihil notavit Wunder.) lα. d2. 4. 06x. b. Man. 20. v1. 2. B. Eyb. α1. a1. 2. cr. f. h1. V. m. Vid. de hoc Genitivo Heind. ad Cic. N. D. I, 31, 88. p. 87. a. Gernhardus serioribus scriptoribus tribuit. — *Vires* autem additum est interpretatio. Vid. Ochsner. p. 208. Beier. ad Lael. 16, 2. p. 90.

quod est] *quod est naturaliter insitum* d3. in marg. — *quod est nat. ins. homini* u. o ψ. Med. — *quod enim homini nat. ins. est.* v1. 2. a1. 2. cr. h1. S. m. w. — *quod enim boni nat. ins. est.* Rom. — *quod enim homini naturaliter iustum est* α1. — *quicquid est* B. Eyb. — *quod enim homini natura ins. est* Cod. A. v3. α2. Camerar. — Sunt interpretationes. Meliorem dedit ipse Cicer. cap. 10, 6. Adde Parad. II, 1. VI, 3. extr.

eo decet uti] *eo uti decet* E. d1. 2. Man. 8. r. MS. Hervag. v1. 2. Eyb. α1. a1. 2. cr. h1. V. M. Facc. g. — Huc pertinet illud τὸ παρὸν εὖ θέσθαι, de quo vid. Hemsterhuis. ad Lucian. T. I. p. 485. *Gernh.*

quicquid agas, agere pro viribus] *pro viribus agere* d2. 4. Ceterum ne quis Coniunctivum *agas* mutandum censeat in Indicativum

Quae enim vox potest esse contemptior, quam Milonis 2
Crotoniatae? qui quum iam senex esset athletasque se exercentes in curriculo videret, aspexisse dicitur lacertos suos, illacrimansque dixisse: *At hi quidem mortui* [*iam sunt*]. Non vero tam isti, quam tu ipse, nugator! Ne- 3
que enim ex te umquam es nobilitatus, sed ex lateribus

---

agis secundum ea, qua disputavit Kritz. ad Sall. Cat. 52, 5. p. 264. Cfr. Beier. ad Cic. Off. I, 25, 85. et ad Lael. 16, 12. p. 96., monendum *Coniunctivum* minime esse soloecum, sed ita positum, ut conditio in eo contineatur: *si quid in senectute agas: wenn du im Alter etwas unternehmen solltest;* Indicativus nullam exceptionem patitur et sententiam facit generalem, ut quasi proverbium sit: *alles, was du thust, thue klug.*

contemptior] i. e. magis contemnenda. Vid. Beier. ad Cic. Off. I, 17, 9. T. I. p. 91. Ramshorn. §. 206. A. 2. p. 692. seq.

Milonis Crotoniatae] Plurima de Milone congessit Salvagni ad Ovid. Ib. 611. ed. Burm.; de eius interitu vid. Val. Max. IX, 12, ext. 9. Gell. N. A. XV, 16. et Coel. Rhodig. Lect. Antiq. X, 60. XI, 20. De Crotone, quae et bellicis gymnicisque studiis et Pythagorae disciplina floruit, v. Heynii Opusc. Acad. II. p. 178. seq. *Gernh.*

qui quum iam senex esset, athletasque se in curriculo exercentes videret] *qui cum senes esset iam* d1. r. v1. 2. a1. f. h1. V. — *senex esset, athletas se* bas. — *iam* om. La. — *qui quum senex, athletas se* etc. La. M. L. P.

se in curriculo exercentes vid.] *se exercentes videret in curr.* d1. — *se exercentes in curr. vid.* R. E. (*sese*) T. (om. *se* ut d2. o. e.) bas. (*exercitantes* ut *v.*) la. d2. 3. 4. 5. Vincent. Bellovac. L. P. Orell.

adspexisse lacertos suos dicitur] *aspexisse dicitur lacertos suos* T. — *asp. lacertos dicitur suos* la. Probo cod. Trevir. scripturam, qua vitatur ingratus sonus bis verbo dicendi ad finem enunciati posito.

At hi quidem iam mortui sunt] *mortui iam sunt* R. E. Vincent. Med. La. M. L. P. — *mortui sunt iam* d4. — *hi* om. Lang. — *iam* bas. Utrumque et *iam* et *sunt* inclusi, quo maior fieret exclamationis vis. Sensus paullo tectior hic: *Vos bene potestis exercere vos, at mei lacerti consenuerunt, nec amplius luctari possunt.* h. e. *ego quoque vellem me exercere, at mortui sunt lacerti.* Est brevitas quaedam dicendi, qua membrum cui respondeat particula *at* omittitur, quod facile intelligitur quid sit. Vid. exempl. ap. Horat. Tursell. s. v. *At* p. 140. seq. not. 6. ed. Schwarz. Ramshorn. p. 540. 4. §. 181.

Non vero tam isti, quam tu ipse nugator] *isti lacerti sunt vani, quam* d2. — pro *vani* d3. *inani.* — *non vero ipsi quam tu* d4. — *ista lacerti sint* Med. — *ipsi* e. — Non tam lacerti tui, quam tu ipse mortuus es, Milo. Porro *nugatorem* vocat, quod stulte quereretur de naturae necessitate et de amissione rei, quae nihili erat. *Facc.*

neque enim ex te unquam es nobilitatus] *enim* om. E. bas. — *nunquam* E. v1. — *neque enim more unquam* d2.

sed ex later. et lacertis tuis] *sed ex lacertis et later. tuis* d3. 5. De voce *latera* vid. Ern. Clav. Cic. — *ex te* quid sit, ipse Cic. expl. Somn. Scip. 8. (Rep. VI, 24, 26.): *sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc: nec enim tu es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest.*

4 et lacertis tuis. Nihil Sext. Aelius tale, nihil multis annis ante Ti. Coruncanius, nihil modo P. Crassus, a quibus iura civibus praescribebantur: quorum usque ad ex-
28 tremum spiritum est provecta prudentia. Orator, metuo,
5 ne languescat senectute: est enim munus eius non ingeni
6 solum, sed laterum etiam et virium. Omnino canorum

Nihil S. Aelius tale] *Emilius* R. E. T. bas. lα. d1. (*nil*) 2. 3. (add. *egit*) e. η. o. v. ψ. a. b. Man. omnes. r. v1. 2. Med. α1. a1. cr. f. h1. V. m. — Manut. Balduin. Graevius et reliqui ediderunt *Sext. Aelius* (sic Orell.) de quo Cic. Brut. 20. *Numeroque eodem fuit Sext. Aelius, iuris quidem civilis omnium peritissimus, sed etiam ad dicendum paratus.* Orat. I, 45, 198. *ut ille, qui propter hanc iuris civilis scientia sic appellatus a summo poëta est.*

Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus.

Qui quidem Livio teste XXXII, 7. consul fuit cum T. Quinctio Flaminino a. u. 555. In tabula Capitol. dicitur Sex. Ailius Q. F. P. N. Paetus Catus. Inprimis videndus, ut Graev. monet, Rupertus ad Pomponium de orig. iuris. *Gernh.*

nihil multis annis ante] *multis ante annis* lα. — *et mult.* e. — *annis* om. η. — *ante* om. d5.

Ti. Coruncanius] *Ti.* om. r. v1. — In tabula Capitolina dicitur T. Coruncanius (vel potius deletis primis literis *uncanius*) Ti. F. Ti. N. Cos. fuit anno u. c. 473. et primus Romae ius docere et profiteri coepit, cum antea domi tantum consulentibus responderent Iurisconsulti. *Graev.* Vindicavit *Tiberii* nomen Coruncanio Sigon. ad Liv. Epit. l. XVIII. assentiente Drakenb. e vet. l. Triumph. Capit. Polyb. et Pompon. de orig. Iur. Nostro loco Manut et Ven. 1487. Ern. Wetz. Schütz. edid. *Ti. Cor.* Oxx. ut Oliv. Graev. et Goez. *T. Cor. Gernh.*

nihil modo P. Crassus] *nihil vero P. Cr.* lα. — Non is, qui cum superiore Africano consul fuit a. u. 548. vid. Brut. c. 19. Liv. XXVIII, 38. coll. Orat. III, 33, 134. *Haec fuit P. Crassi illius veteris, haec Ti. Coruncanii, haec proavi generi mei Scipionis, prudentissimi hominis, sapientia, qui omnes pontifices maximi fuerunt, ut ad eos de omnibus divinis atque humanis rebus referretur.* Intelligendus potius est auctore Corrado Quaest. p. 313. *P. Livinius Crassus,* qui a. u. 583. et anno 21. ante ipsius Catonis mortem cum C. Cassio Longino Consul fuit, quem cap. 14, 50. iuris et pontificii et civilis peritum dicit. Ita statuendum propter additum *modo,* quod vidit Wetzelius in altera demum editione. *Gernh.*

iura civibus praescribebantur] *iura praescribebantur civ.* d4. — *perscribebantur* e. u. v1. — *describebantur* ψ.

est provecta prudentia] *prov. est prud.* d1. r. v1. 2. α1. a1. cr. f. h1. S. V. m. — *prudentia producta est* Man. 1. — *profecta est sapientia* Graev. in Varr. Lectt. MS. unus. — *provecta est sap.* Man. 1.

§. 28. *senectute*] *in sen.* d4. e. —

est enim] *est etenim* Med. vid. ad huius cap. §. 9.

non ingenii solum] *non solum ing.* lα. Man. 1.

sed laterum etiam et virium] *sed laterum, et etiam vir.* lα. Man. 1. — *sed laterum, etiam vir.* d1. 3. Man. 1. Langii exempl. Centron. — *sed laterum et virium* d4. 5. e. Man. 5. Med. — *sed etiam lat. et vir.*

illud in voce splendescit etiam, nescio quo pacto, in senectute; quod equidem adhuc non amisi; et videtis annos. Sed tamen est decorus senis sermo, quietus et remissus, facitque persaepe ipsa sibi audientiam

---

Man. 1. exemplar unum Lang. — L. om. *et virium*. — *sed laterum etiam et omnino* etc. Pith. Exc. Graevius suspicatur scriptum fuisse *sed et lat*. — *et virium* om. ed. vet. — Recte tuetur Ernesti Clav. Cic. s. v. *Latus* vulgatam lectionem. Cfr. Epist. ad Fam. IV, 7. *Non enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, auctoritate, causa, quae erant in nobis superiora, sed lacertis et viribus, quibus pares non eramus.* Verr. IV, 30. *quae vox, quae latera, quae vires, huius unius criminis querimoniam possint sustinere.*

omnino] *enim* add. d1.

canorum illud in voce] *canorum etiam* d3. — Cantum quendam obscuriorem intelligit, quem Cicerone teste Orat. c. 18, 87. significat Demosthenes et Aeschines, quum alter alteri obiicit flexiones. V. Demosth. pr. Coron. c. 79. Conf. Brut. c. 88. extr., ubi Hortensio tribuit vocem canoram et dulcem. Contra ne canere videatur, oratori cavendum esse docet Quinctil. XI, 3. Homerus Troian. senes Il. γ', 150. cum cicadis comparat. *Gernh.* Est apud Homer. λιγὺς ἀγορητής. Il. τ', 82. Od. υ', 274. Cfr. Beier. ad Off. I, 37, 133.

quod equidem adhuc non amisi] *quod equidem non amisi adhuc* a. Man. 2. r. v1. 2. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. — *quod quidem non adhuc amis.* Med. — *quidem* d1. 4. 5. e. b. Med.

et videtis annos] *et tamen vid.* r. v1. 2. α1. (*canos* ut h1. et ed. vet.) a1. 2. cr. f. h1. S. m. — *etium vid.* Man. 1. — *et vos vid.* Man. 1. — *meos* addunt T. 1α. d1. 4. 5. Oxx. omnes. Man. 15. cod. Hervag. S. V. m. M. w. editt. vett. exc. La. L. P. et Cet. Orell. — *et videtis tamen meos annos* d3. Man. 1. — *Et* significat *et sane*, ut de Legg. II, 3, 7. *Praeclare exigis, Quinte, — et tibi horum nihil deberi potest.* et paullo post: *Optime vero, frater: et fieri sic decet. Gernh.* Cfr. Goerenz. ad Fin. I, 7, 25. Sed vid. not. ad cap. 17, 5. — Agebat autem Cato tum annum quartum et octogesimum. v. c. 10, 32. *Gernh.*

Sed tamen] Ut canorum illud in voce amittatur, tamen etc.

decorus est sermo senis] *est decor. senis sermo* R. E. T. 1α. d1. (*serm. sen.*) 2. 3. 4. 5. Med. La. M. L. P. w. — *est senis decor. s.* b. Nonius s. v. *Remissum* p. 412. ita: *sed tamen est senis sermo quietus ac remissus.* Non. omisit haud dubie vocem *decorus*, quod explicare tantum volebat, quid esset *remissus*. — *decorus est senis sermo* Orell. Sed retineo optt. codd. verborum ordinem, *est* enim non mera copula h. l. est, sed significat *exstat*. Sensus enim est: Fac ut deficiat senes canora vox, alius tamen existit horum sermo, decorus ille, quietus et remissus. Germanice ita interpretor: aber es gibt dessenungeachtet eine wohlanständige, ruhige und gelassene Rede bei Greisen. In *Sigmatismo: est decorus senis sermo* non est offensio; vid. ad cap. 11. extr.

remissus] explicat Gernh. ad Lael. 18, 66. non rigidus aut intentus, sed laxo magis vinculo colligatus.

facitque persaepe ipsi sibi] *que* om. n. — *per ipsam saepe* ψ. — *sibi ipsa* 1α. — *per se ipsam* Med.

audientiam] *audaciam* Cod. A scholio hoc addito: *Sic ut a multis libenter audiatur;* quod pertinet ad *audientiam*. Gruterus: „Subodo-

diserti senis compta et mitis oratio. Quod si ipse exsequi nequeas, possis tamen Scipioni praecipere et Laelio! [pos-

---

ror, inquit, antiqui poëtae versus duos, tres sub his et adsitis vocibus: ordinandi rationem non video." Nec quemquam, qui viderit, scio. Nimirum accedit h. l. Catonis sermo ad quendam vigorem poëticum, quum *audientiam facere* proprie diceretur praeco, ut Plaut. Poenul. prol. 10 *Exsurge, praeco, fac populo audientiam.* *Gernh.*

diserti senis comta et mitis oratio] *c. et m. or. dis. sen.* lα. — *compta orat. et mitis* d1. r. v1. 2. 3. α1. 2. a1. 2. f. h1. S. V. m. — Drakenb. in Dictat. ad h. l. refutat quorundam VV. DD. lectionem *cocta*, [ita suspicatus est Gifan. *Orell.* Nimirum in indic. ad Lucret.] quam exponant maturam, dulcem, suavem, (nimirum e Lucilio Cic. ad Attic. XIII, 52. scripsit sed bene cocto et condito sermone bono) et defendit *comta* ex Tacit. Annal. VI, 15. *mitis ingenio et comtae facundiae.* *Gernh.* Comp. Gell. N. A. VII, 3. extr. *omnia distinctius numerosiusque ac comptius fortassean dici potuerunt.* Cic. Orat. 23, 78. *subtilis oratio etiam incompta delectat.*

Quod si ipse exsequi nequeas] *quam si* R. E. T. bas. lα. d1. 3. 4. (*si saepe*) 5. e. i. n. η. o. v. ψ. b. c. Man. 18. Med. La. E. P. O. — *ipse* om. a. Man. 1. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. — *nequeam* lα. — Femininum Relativi pron. *quam* ita tueri studet Orell.: quod si ipse eiusmodi oratione sapientia tua consilia exsequi non queas etc. Nec video, cur dicere non liceat: *orationem exsequi; quodsi* e correctione. At tria obstant, quominus veram putem Orelli explicationem. Primum videtur praegnantem adhibere velle constructionem, ut loquar cum Grammaticis, hanc opinor: orationem habere de consiliis quibusdam et oratione habita ea exsequi. Sed nimis aspera haec via. Deinde, quum nusquam reperiatur locutio *orationem exsequi*, nec ego eam inductam velim in Ciceronem. Nam summa cautio adhibenda in recipiendis ἅπαξ εἰρημένοις, quale esset hoc exemplum. Denique ne optimorum quidem codd. auctoritas me movet. Vide quae dixi ad cap. 3. in. *deplorare querelas quae.* Recte igitur defendit Gernhardus Neutrum Relativi *quod*, referendum ad sententiam, quae continetur in verbis: *facit persaepe ipsa sibi audientiam compta et mitis oratio. Quod* est: *ut compta et miti oratione utaris.* Optime Facciolatus: *si non possis dicere in foro et in curia.*

possis tamen Scipioni praecipere et Laelio] *possum* lα. — *praecipere Scip. et Lael.* d3. 5. Med. 3. P. *Scipioni et Lael pr.* Guelf. Müllerus prorsus ineptam putat hanc lectionem. Mihi enim, inquit, non persuadeo, Laelium et Scipionem a Catone in hoc orationis nexu exempli gratia apte nominari potuisse, inprimis quia Cicero scripsit *nequeas — possis*, qua re offensus scriba Cod. Lips. posuit prave *nequeam — possum.* Habet sane secunda persona multam difficultatem. Nam Catonem vix credibile est de se ipso secunda persona loquutum. Quae si vera sunt, videmus inepte induci Dativos *Scipioni* et *Laelio.* Quis enim alius praeter Catonem Scipioni et Laelio praecepta det oratoria? Deinde quum assit uterque et cum Catone disputans inducatur, non ut de tertia quadam persona loqui poterat. Ex his patet, id quod acutissime primus observavit Müllerus, locum non esse incorruptum, cuius corruptelae medicina quaerenda et prope veram invenisse concedo eidem. Emendare enim conatur

sis *tamen* aliis praecipere]. Quid enim [est] iucundius 7
senectute stipata studiis iuventutis? An ne eas quidem 29
vires senectuti relinquemus, ut adolescentulos doceat,
instituat, ad omne officii munus instruat? quo quidem
opere quid potest esse praeclarius? Mihi vero Cn. et P. 8

---

locum ex Nizol. Lexic. Cic., in quo reperisse se dicit: *possis tamen aliis praecipere;* hoc esse ex codice aliquo putat. Nullam autem esse offensionem in nominibus propriis ad clausulam positis, quo de confert 14, 49. Cuius lectionis vestigia apparere in Ascens. sua, ubi sit *possis tamen praecipere Scipioni et Laelio;* utrumque autem saepe nominari coniunctim. vid. 2, 4. 3, 9. 11, 35. 21, 77. Recipiendum igitur censet: *possis tamen aliis praecipere, Scipio et Laeli.* Lexici Nizoliani vestigiis nihil concedendum notavit Orell.; esse enim ex Lexicographorum more, nominibus propriis substitutam formulam generalem *aliis.* Recte. Sed ut nihil prorsus sit Nizolio tribuendum, mihi tamen una vera haec videtur lectio, quum altera haud dubie profecta sit a scriba aut interprete, qui quis esset sub voce *aliis* intelligendus, vellet docere. Quae si ita sunt, ut coniicio, ne Vocativos quidem *Scipio* et *Laeli* fero. Locus igitur ita legendus: *quod si ipse exsequi nequeas, possis tamen aliis praecipere;* ita interpretandus: *wenn man diess selbst nicht mehr verrichten kann, so kann man doch andern darüber Vorschriften geben.* Vitium autem sat est antiquum.

Quid enim iucundius] *quid enim est iuc.* R. E. v2. a1. cr. h1. S. V. m. L. Lall. 3. 1. — *quid est enim iuc.* T. lα. d1. b. Man. 6. v1. — *quid enim iuc. est* α1. — *enim* om. Man. 2.

stipata studiis iuventutis] *stipata stipendiis iuvent.* Exemplar Centron. ap. Lang. — Non est favor ille intelligendus (quod Wetzelius ait fieri posse), de quo cap. 8, 26. Nam ibi refutanda erat Caecilii sententia, senectutem esse odiosam: hoc loco docet, senectuti esse satis virium ad instituendos iuvenes. *Gernh.* Beier. ad Lael. 27, 3. laudat Rep. I. c. 1. II. pr.

§. 29. *An ne has quidem*] *Annales quidem* R. E. (a pr. man.) miro consensu. — *has* E. a sec. m. T. bas. lα. d2. 3. 4. 5. e. Med. — *an et* d1. 5. e. — *anne etiam* Med.

vires senect. relinquemus] *res* a. r. v2. α1. a1. cr. f. h1. S. — *vires* om. Med. — *relinquimus* R. E. bas. d2. 5. c. *v.* V. — *relinquamus* d1. e.

adolescentulos] *adolescentes* E. T. bas. d1. 2. 4. (*ut et ad.*) 5. e. i. n. η. o. *v.* ψ. Med. La. M. L. P. w. Praefert *adulescentulos* Gernhardus, quod h. l. nulla sit in voce contumelia ut cap. 6. extr. In ipsa voce nulla est neque contumeliae, neque honoris significatio.

doceat, instituat, ad omne officii munus instruat] *doceant, instituant et ad omne off. mun. instruant* d1. haud male. — *ut et adol.* — *instruatque* d4. — *et instituat ac ad* Pith. Male. — *munus officii* lα. — *docere* pertinet ad ingenii excultionem; *instituere* ad vitam sapienter instituendam; *ad munus officii instruere* significat *ad rectam procurationem et administrationem muneris praecepta dare* docente Beier. ad Off. II, 4, 13. T. II. p. 28. Eadem locutio recurrit cap. 11, 35. in., et ita intelligendum *munus* §. 34. ex. De re vid. Plutarch. *an seni resp. sit gerenda* quum multis locis, tum extremo libro.

Mihi vero Cn. et P. Scipiones, et avi tui duo, L. Aemilius et

Scipiones et avi tui duo, L. Aemilius et P. Africanus,
p. 83. comitatu nobilium iuvenum fortunati videbantur: nec
a. ulli bonarum artium magistri non beati putandi, quamvis
9 consenuerint vires atque defecerint. Etsi ista ipsa defectio virium adolescentiae vitiis efficitur saepius, quam senectutis: libidinosa enim et intemperans adoloscentia

---

P. Africanus.] *et Cn. et P. Scip.* E. lα. d1. 3. e. ψ. MS. Gud. 2. Med. ed. Ulric. Hahn. Romae 1469. ed. Colon. 1505. — *etiam tui avi* e. ψ. — *duo o Laeli* e. — *Cn. P. Scip.* d2. r. α1. f. — *duo* expunct. in Erfurt. prob. Wunder. p. CXIX. tum propter ingratum sonum tribus bisyllabis verbis iuxta positis, tum quod abundet; abest etiam a Med. Firmat cum reliquis Regius. — *Cn. et P. Scipiones* fratres, duo propugnacula belli Punici, qui, ut Cic. ait Parad. I, 2, 7., Carthaginiensium adventum corporibus suis intercludendum putaverunt. Comp. c. 20, 75. et Liv. XXV, 32. seqq. *Gernh.* *avi tui duo*] Alter natura (L. Aemil. Paullus), adoptione alter. *Facc.* Vid. c. 20, 75. de altero c. 6, 20. et c. 23. init. *Gernh.*

comitatu] *in comitatu* Cod. C.

fortunati videbantur] *fortunati esse vid.* Oxon. e.

nec ulli bonarum artium magistri non beati putandi] *nec nulli homines bonarum artium magistri sunt putandi beati* Med. — *magistri sunt putandi non beati* d4. — *sunt non beati put.* d5. — *beati sunt put.* d1. — *sunt beati put.* d3. e. o. — *non boni putandi* La. M. L. P. w. — *non* om. T.

consenuerint — defecerint] *consenuerunt — defecerunt* Cod. C. Med.

Etsi ista ipsa defectio virium adolescentiae vitiis eff. saep.] *ipsa ista* Med. — *ista* om. e. η. b. c. — *deflectio* Med. — *vitiis adol.* Med. — *saepius effic.* Eyb. (*virium* om.) *Etsi* est *veruntamen* explicante Beiero ad Lael. 9, 2. p. 50.

libidinosa etenim] *enim* E. bas. lα. d4. 5. e. i. u. η. o. ψ. c. Alii ap. Klein. ipso prob. p. XI. Vincent. Bellov. Med. La. M. L. P. — *etiam* d2. — Gernhardus tuetur *etenim* postpositum, quamquam rarius, afferens exempl. ex orat. pr. Coel. 3, 6. *sunt etenim pervulgata in omnes.* Sed recte Osann. in Seebodii Bibl. crit. nov. de anno 1828. nr. 73. p. 580. b. in censura libelli, qui inscribitur Obss. Critt. in libr. Cic. de Rep. Spec. I. ed. N. Bygom. Krarup. Hafniae 1826. 8. ad Rep. I, 2, 3. *quae etenim istorum oratio tam exquisita:* (sic cod. a pr. m. Mos. Orell. *quae est enim istor. or. tam exq.*), optime negat *etenim* usquam ap. Ciceronem postponi verbo. Idem contendit Krarup. (qui conferatur l. c.) et Orellius ad Ciceron. in iis locis, quos nunc proferam. Ubique enim, ubi *etenim* postponitur, libri aut meliorem habent ordinem aut alio modo sunt depravati. Sed omisi singula critica arte persequi, quum de iis satis copiose dixerit Orell. — Vid. exempla haec: pr. Coel. 3, 6. *sunt etenim ista maledicta pervulgata in omnes, quorum in adolescentia forma et species fuit liberalis.* Vid. Cic. Opp. Vol. II. P. II. p. 273. not. 1. et Vol. IV. P. II. Analect. p. 598; de Legg. II, 22, 57. *Declarat etenim Ennius de Africano, Hic est ille situs.* Vid. Vol. IV. P. I. p. 545. not. 2.; de Divin. II, 49, 101. *Dixisti etenim, et Chrysippum, et Diogenem, et*

effetum corpus tradit senectuti. Cyrus quidem apud Xe- 30
nophontem eo sermone, quem moriens habuit, quum 10
admodum senex esset, negat [se] umquam sensisse, senectutem suam imbecilliorem factam, quam adolescentia fuisset. Ego L. Metellum memini puer — qui [quum] 11
quadriennio post alterum consulatum pontifex maximus

Antipatrum concludere hoc modo. Vid. Vol. IV. P. II. p. 201. not. 21. Lael. 7, 23. *Verum etenim amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliquod intuetur sui.* Vid loco medo cit. p. 281. not. 14. de Rep. I, 2, 3. *Quae etenim istorum oratio tam exquisita, quae sit anteponenda bene constitutae civitati publico iure et moribus.* Vid. Vol. IV. P. I. p. 414. not. 6. Ep. ad Fam. XI, 21. *Sim etenim impudens, si plus postulem.* Moser. ad loc. de Rep. cit. hunc laudavit, ut defenderet *etenim* postpositum; sed iam ante saeculum hic locus emendatus. Omnes hi loci ex optimis codd. sunt partim ab aliis, partim ab Orellio emendati. Sed iam causam, cur secundo loco non ponatur particula *etenim* ap. Ciceron., videamus. *Etenim* ubi ponitur, utraque particula *et* et *enim* nativam suam vim retinet. Vidimus enim ad cap. 5, 6. semper ellipticam obtinere dicendi rationem in particula *etenim*, numquam simpliciter pro *enim* poni. Veluti h. l. integra sententia esset: *Defectio virium adolescentiae vitiis efficitur saepius, quam senectutis. Et non mirum hoc. Libidinosa enim et intemperans adolescentia effetum corpus tradit senectuti.* Hoc supplemento nostro loco non opus est; simpliciter enim dicitur, cur ista sit defectio virium in senibus. Haec si reputamus, videmus neque ex sensu, neque ex origine posse particulam *etenim* postponi. Hoc loco unum verum est *enim.*

intemperans] *intemperata* r. v1. 2. *α*1. — De re comp. Xen. Mem. *II*, 1, 31. Contra Senec. Ep. 58. Platonis exemplo docet, temperantiam iuventutis reddere senectutem et firmiorem et longiorem. *Gernh.*

§. 30. *Cyrus quidem*] *Cyrus autem α*1. h1. S.

apud Xenophontem] Cyri sermonem ad filios Cambysem et Tanaoxarem habitum ex Xenoph. Cyr. Discipl. VIII, 7. Cicero refert cap. 22.

quum admodum senex esset] *quemadmodum* R. E. — Cfr. Divin. I, 23. de Cyro: *nam ad septuagesimum pervenit, quum XL. annos regnare coepisset.*

negat se umquam sensisse] *se* om. d1., quod maxime probo, quum statim sequatur *suam.* Vid. Ramshorn. §. 168. not. 1. p. 432. seqq. Krueger. Ueber die Attraktion. §. 133. Kritz. ad Sall. Catil. 31, 7. Goerenz. ad Acad. I, 2, 7. p. 12. ad Fin. II, 15, 50. p. 198. seq. Matth. ad or. pr. Rosc. Am. 22, 61. Beier. ad Off. II, 13, 14. III, 26, 98. vers. 3. et ad or. pr. Scaur. p. 126. seq. Arg. Ascon. Ochsner. p. 50. 141. Stallb. ad Rudd. Inst. L. Lat. T. II. p. 12. 14. nr. 37.

senectutem suam imbecilliorem factam, quam adolescentia fuisset] *suam* om. *η*. — *factam* om. *ψ*. — *factam imbecill. quam ab ad.* d4. *ab adol.* est etiam in Oxon. e. Med. — *fuerit ψ*.

Ego] om. a. Med.

qui] om. e. — *quadriennio*] *duobus annis* i. — *quinque annos* u.

post alterum consulatum] quem L. Caecilius Metellus gessit a. u. 506.

factus [esset], viginti et duos annos ei sacerdotio praefuit — ita bonis esse viribus extremo tempore [aetatis],
12 ut adolescentiam non requireret. Nihil necesse est [mihi],
de me ipso dicere: quamquam est id quidem senile, aetatique nostrae conceditur.
31 X. Videtisne, ut apud Homerum saepissime Nestor
1

---

primum a. u. 502. Pontifex Maximus fuit a. u. 510. usque ad a. 532. quum Cato natus esset a. 519. *Gernh.*

esset] *fuisset* d2. — *est* d3. in ras. — *factus* om. Med. — *et pont.* d4. e.

viginti et duos] *duos et vig.* cr. h1. — XXX. η.

bonis esse viribus] *bonis viribus esse* bas. lα. d1, 4. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m.

extremo tempore aetatis] *in extr.* r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. m. L. — *extrem. aet. temp.* d4. — *supremo* d3. — *tempore* om. d2. —

requireret] *inquireret* T. bas. η. *v.* ψ. b. c. — Lang. e cod. S. Iacob. *anquireret*, quum in eo esset *acquireret*. Sed *requireret* est lectio plurimorum et optt. codd. Lambini, ab eoque defensa; significat autem *amissum sentire* vel *desiderare*, quo verbo eadem in re huius capitis initio usus est Cicero. Vid. exempla huius significationis ap. Ochsner. p. 107. 284. Heumann. ad or. pr. Milon. 1, 1. p. 429. Matth. ad or. pr. leg. Man. 2, 6.

Nihil necesse est mihi de me ipso dicere] *mihi* om. lα. d4. η. a. Med. Theod. Gaz. — *de me ipso dicere mihi* d1. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. h1. f. S. V. m. — *de me ipso mihi dicere* T. d5. b. — *de memet ipso* c. — *De se ipso dicere* i. e. *de virtutibus suis praedicare* ut cap. 10. init. 23, 2. *ut de me ipso aliquid more senum glorier.* Cfr. Beier. ad Off. I, 38, 137. *Deforme etiam est de se ipsum praedicare, falsa praesertim.* Sic Orell. ex optt. codd., quum ante eum legeretur *de se ipso.*

qnamquam est id quidem senile] *est* om. Cod. C. — *te* pro *est* vitio scribendi est in α1. — *id* om. Med. — *que* post *aetati* om. α1.

Cap. X.

§. 31. *Videtisne*] *videtis enim* a2. La. m. M. L. P. w. — Melius foret *videtis*, deleto *ne*. Sed et alibi *Videtisne* pro *Nonne videtis.* *Ern.* Similiter Goerenz. Acad. II, 18, 57. *Videsne, ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo?* mavult *Vides*, vocula *ne* cum interrogatione sublata. Secus tamen statuit ad Fin. I, 18, 57. Etenim sermo familiaris per interrogationem accipit aliquid vigoris. Recte vero Wolfius illud Platon. Apolog. c. 12. *Ὁρᾷς ὦ Μέλιτε, ὅτι σιγᾷς* vertit: *Viden' te silere, Melite?* Contra Ernestum Schellerus exempla collegit in Obss. ad Orat. II, 15. med. Nobiscum sentit etiam Schützius. *Gernh.* Alia exempla vid. ap. Ochsner. p. 102. Matthiae ad or. pr. Rosc. Amer. 12, 33. Heindf. ad Cic. N. D. I, 33, 92. in. Beier. ad Off. III, 17, 78. pr. Rationem huius usus vid. ap. Lindemann. ad Plaut. Comoed. III. Capt. III, 5, 56. p. 68. Adde de Rep. II, 26, 47. *Videtisne igitur, ut de rege dominus exstiterit?*

ut apud Homer. saepissime Nestor] *apud Homer. ut saep. Nest.* d1. c. — *apud ut Hom.* d2. — *ut* om. i. η. — *ut apud Homer. quam saepe* Med. — Il. ά, 260. seqq. et λ', 663. seqq.

de virtutibus suis praedicet? tertiam [enim iam] aetatem
[hominum] vivebat. Nec erat ei verendum, ne, prae-
dicans vera [de se], nimis videretur aut insolens, aut
loquax. Etenim, ut ait Homerus, *ex eius lingua melle* 2
dulcior fluebat oratio. Quam ad suavitatem nullis
egebat corporis viribus; et tamen dux ille Graeciae

---

virtutibus] Canterus Novv. Lectt. VI, 10. in Grut. Thes. III. p. 647. pro *virtutibus* coniecit *viribus*, quod recepit Petrus. — *suis* om. n. — Probabilius est, quod Guilielmius alludi existimat ad orationem Catonis: *de virtutibus suis in Termum. Gernh.* Vid. Caton. Fragment. ed Lion. Oratt. Caton. Nr. XII. p. 56. seqq.

tertiam enim iam aetatem hominum vivebat] *Iam enim tertiam* E. Pith. 3. — *tertiam iam enim* Urs. La. P. — *enim* om. bas. d2. 5. — *tertia enim iam aetate* u. — *tertiam iam vivebat aetat.* d2. — *tertiam enim iam aetat. vixerat hominum* c. — *hominum* om. lα., quod maxime probo. Omisit etiam Ovid. l. mox laudando. — Vid. Beier. ad Lael. 27, 5. p. 167. — *vixerat* O7x. b. c. r. v1. 2. α1. a1. f. h1. S. — *videbat* φ. — Vid. Iliad. ά, 250. Odyss. γ́, 245. *τρὶς γὰρ δή μίν φασιν ἀνάξασθαι γένε᾽ ἀνδρῶν.* Idem Naevio ap. Gell. XIX, 7. dicitur *trisaecli senex.* Hor. Carm. II, 9, 13. *ter aevo functus*, ex Herodoti computatione II, 142. *γενεαὶ τρεῖς ἀνδρῶν ἑκατὸν ἔτεά ἐστι.* item Ovid. Metam. XII, 187. ubi Nestor de se: *vixi Annos bis centum: nunc tertia vivitur aetas.* Scholiasta Homeri intelligit *τριάκοντα* annos. v. Alberti ad Hesych. I. p. 814. nr. 18. Censorinus cap. 6. de D. Nat. *Seculum*, inquit, *est spatium vitae humanae longissimum, partu et morte definitum.* Alii aliter. Quo sunt antiquiores, tanto sunt longiores *γενεαί*, teste Porphyr. v. Graev. Lect. Hesiod. c. 14. et Wesseling. ad Herod. l. l. *Gernh.*

ei verendum] *ei* om. d4. — *verecundum* α1.

vera de se praedicans] *praedicans de se* R. E. T. bas. lα. d2. 3. 4. 5. c. Med. La. M. L. P. w. O. — *praedicans de se vera* d4.

nimis] *nimium* e. — *minus* d5.

aut insolens] *aut* om. d3. h1.

loquax] om. o. — *loquens* η. — *eloquax* C. Lang. in cod. S. Iacob. non repudiat. Nihil mutandum: cfr. c. 16, 55. *Senectus est natura loquacior. Gernh.*

etenim] h. e. *et* poterat sane facile videri loquax. Ex eius lingua *enim* melle dulcior fluebat oratio.

ut] d1. *ut* — om. Med.

Homerus] de Nestore Il. ά, 249.

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

ut de Xenophonte Cic. Orat. 9, 32. *cuius sermo est ille quidem melle dulcior. Gernh.* Eidem Euripides (Incert. 332.) tribuit *εὔγλωσσον μέλι. Wetz.*

Quam ad] *ad quam* d2. 5. e. a. Med. Vid. ad cap. 7, 5. — *quae* E. a. pr. man. i. P. Eodem errore, quo de dixi ad cap. 3, 1.

egebat corp. vir.] *egeb. vir. corp.* d4.

et tamen] i. e. *et* quamquam corporis vires eum defecerant, *tamen* dux ille. — *etenim* d3.

dux ille] *ille dux* d1. a. Man. 4. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. L. — *Agamemnon* Il. β́, 371. seqq.

nusquam optat, ut Aiacis similes habeat decem, at ut Nestoris; quod si acciderit, non dubitat, quin brevi sit
32 Troia peritura. Sed redeo ad me. Quartum ago annum
3 et octogesimum: vellem equidem idem posse gloriari,

Αἲ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον!
Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν etc.

Hoc exemplo multi alii usi sunt. v. Iacobs. Socrates. XI. ad Iuncum p. 292.

nusquam] *nunquam* bas. lα. d1. 4. 5. a. b. i. φ. r. v1. 2. Med. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. La. M. L. w. — *unquam* e. — Correxit iam P. Servant vulgatam etiam MSS. Guilielm. Palat. 2. 3. Pith. — *ille Agamemnon Graeciae optabat* c. — *optabat* est in i. φ. d4. 5.

Aiacis] uni Achilli cedentis. v. Il. β', 768.

ἀνδρῶν αὖ μέγ' ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας,
ὄφρ' Ἀχιλεὺς μήνιεν· ὁ γὰρ πολυφέρτατος ἦεν.

Gernh. — *Aiaci* Man. 1.

similes habeat decem] *milites* apponit d2. — *decem* in d3. a sec. m. in ras. — *decem habeat* lα. a. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. — *haberet decem viros* d4. e.

at ut Nestoris] *at ut Nestoris sex* d1. 4. — *sed ut N. sex* d2. — *at sex N.* d5. η. — *sed N. sex* e. — *sed sex Nestores* Pith. — *at ut Nestori quinque* a. r. v1. 2. α1. — *sed quinque N.* c. — *at ut Nestori decem* a1. — *sed Nestoris decem* Med. — *at ut Nestoris quandoque* f. h1. V. —

quod si acciderit] *quod si sibi* E. T. bas. lα. d4. η. v. φ. a. c. Man. 13. Med. — *quod quidem si sibi* d5. — *quod sibi accid.* d1. — *quod sibi si* ly. d2. e. Man. 5. — *quodsi si* d3. — *quodsi is Nestor acciderit* Man. 1. — *si* om. Man. 1. — Vulgatam habet etiam R. *Quod sibi si acciderit* recipiendum censet Hermannus. At vereor, ne sit interpretatio; quamquam in plurimis est libris. Notanda praeterea vox *accidere* h. l. de *bono eventu* dicta, quae significatio ap. Ciceron. est rarior. Forcellini in Lex. Lat. edit. nov. Voigtlaender. s. v. p. 26. col. 2. laudat Donat. ad Ter. Andr. II, 3, 24. Addit Voigtl. Nep. Dat. 8. Alc. 6. Cic. Phil. II, 7. Ep. ad Att. I, 5. VIII, 6. Fam. III, 1. et 10. Planc. 24, 58. Tac. Annal. 2, 5. Bremi ad Corn. Milt. 1, 1. Herzog. ad Caes. B. G. VII, 3. Adde Burmann. ad Quinctil. V. p. 104.

dubitat] *dubitabat* e. Man. 5. — *dubium est* c.

Troia sit peritura] *sit Troia perit.* R. E. bas. d1. 4. 5. c. Med. M. P. O. — *brevi sit tempore Troia perit.* d3. — *brevi tempore Troia per.* d2. omitt. etiam *sit* Oxon. e.

§. 32. *Quartum annum ago et octogesimum*] *quart. ann. et octog. ago* d1. — *ago ann.* E. (*ego ann.*) bas. lα. d2. 3. 4. 5. b. c. La. M. L. P. w. O. — *quartum ego ann. agens* Med. ut lα. in marg. — *et* om. α1. — Erat is annus a. u. c. 603. v. ad c. 4, 10. *Gernh.*

Equidem posse vellem idem gloriari] *vellem equidem idem posse glor.* R. E. T. bas. (*quidem*) d2. b. Med. L. O. Recte. Vid. ad cap. 8, 6. — *vellem equidem id posse gl.* d5. La. (qui om. *gloriari*) P. — *vellem equidem idem glor.* lα. (*posse* supr. vers.) d3. — *et vellem equidem idem posse* d1. — *et vellem quidem glor. posse idem* e. η. φ. — *vellem id quidem posse* d4. M. w. (om. *gloriari*). — *vell. equidem posse* c. —

quod Cyrus; sed tamen hoc queo dicere, non me quidem iis esse viribus, quibus aut bello miles Punico, aut quaestor eodem bello, aut consul in Hispania fuerim, aut quadriennio post, quum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas, M'. Acilio Glabrione consule; b.

---

quod Cyrus] *gloriatur*. Est haec constructio *ἀπὸ κοινοῦ*, cuius simile exemplum habes ap. Cic. Agrar. II, 23, 61. *vult se in communi atque in eodem, quo ceteri, iure versari*. pr. Planc. 30, 72. *permagnum est, alieno debere idem, quod parenti* (*debes*). Caes. B. G. I, 26, 6. *qui si iuvissent, se* (*eos*) *eodem loco, quo Helvetios* (*habuisset*) *habiturum*. Cfr. Bremi ad Corn. Nep. Pausan. 5, 5. — De sententia vid. c. 9, 30.

hoc queo] *hoc queo modo* e. — *hoc modo queo* d4.

non me quidem iis esse viribus] *equidem* e. r. v1. 2. α1. a1. cr. f. h1. V. — *his* lα. d2. 3. e. r. v1. α1. a1. cr. f. h1. S. V. m. — *virtutibus* E. —

quibus aut miles bello Punico] *aut* om. P. — *Punico bello* α1. a1. 2. cr. h1. S. V. m. L. — *bello miles Punico* T. Hanc elegantissimam verborum collocationem recepi, qua vitatur periodus nulla varietate aures permulcens teretes. Hic ordo a scribis fere obliteratus multis locis, opinor, restituendus, quum sit ex eo genere, quo de egimus ad cap. 3, 2. — De re vid. c. 4, 10. 6, 17. 18. ad Capuam Fabio IV. Cos. a. u. 539. v. Plut. Cato M. c. 2. *Gernh.*

aut quaestor eodem bello] *in eod. bell.* α1. a2. S. m. L. — *Quaestor* P. Sempr. Tuditano et M. Cornelio Cethego Css. a. u. 549. v. Brut. c. 15. Liv. XXIX, 25. *Gernh.*

aut consul in Hispania] *Consul* cum L. Valer. Flacco a. u. 558. sortitus provinciam Hispaniam citeriorem. v. Liv. XXXIII, 43. Quae ibi gesserit, narrat Plut. c. 10. Corn. Nep. c. 2. Liv. XXXIV, 8. seqq. Tib. Sempronium Longum proconsulem in Thracia et ad Danubium Cato legatus adiuvit a. u. 562., contra Antiochum M. Man. Acilium Glabrionem in Graeciam missum comitatus est. *Gernh.*

quum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas] *depugnaverim* d1. o. — *pugnavi* lα. n. — At *depugnavi* est acriter pugnavi, ut Epist. ad Fam. VI, 4. Tusc. IV, 22. — *trib. militum* φ. w.

M'. Acilio Glabrione consule] *L. Glabrione* E. — *M. Glabr.* d2. — *M. Attilio* d3. a sec. m. S. V. m. P. — *M'. Attilio L. Glabrione* d5. — *M. Attilio C. Labeone consulibus* r. v1. 2. α1. cr. — *Trib. mil.* in Sicilia M. Claudio Marcello V. T. Quinctio Crispino Css. a. u. 545. v. Plut. et Nep. c. 1. *Gernh.* Livius *Legatum consularem* facit. *Facc.* v. Liv. XXXVI, 17. *Consul — M. Porcium Catonem et L. Valerium Flaccum consulares legatos cum binis millibus delectorum peditum ad castella Aetolorum — Catonem Callidromum mittit.* Cum Livio consentit Phlegon Trallianus de Mirab. c. 3. auctore Antisthene, Peripatetico, sive, ut Meursio placet, historico. Eundem facit *tribun. milit.* Plut. l. l. c. 12. (comp. Cic. pr. Mur. c. 14, 32) *Ἀκίλιος χιλιαρχῶν ἐπ' Ἀντίοχον τὸν μέγαν συνεξῆλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα.* et Appian. Syriac. p. 97. Addend. Frontin. H. Strat. 4, 4. Aurel. Vict. de V. Ill. c. 47. Manutius memoriae vitium in Cicerone deprehendit: constare, neminem post consulatum tribunum militum fuisse. Miratur etiam Ernesti. At vero ipse Liv. XLII, 49. *Duo consulares tribuni militum cum eo missi, C. Claudius, Q. Mucius.* Idem XLIII, 5. *Eodem tem-*

sed tamen, ut vos videtis, non me plane enervavit senectus, nec afflixit: non curia vires meas desiderat, non Rostra,
4 **non amici, non clientes, non hospites. Nec enim umquam**

---

pore de C. Cassio, qui consul priore anno fuerat, tum tribunus militum in Macedonia cum A. Hostilio erat, querelae ad senatum delatae sunt. tum XLIV, 1. *M. Popillius consularis et alii pari nobilitate adolescentes tribuni militum in Macedonia legiones consulum secuti sunt.* ibid. XXII, 49. *apud Cannas caesi sunt unus et viginti tribuni militum; consulares quidam, praetoriique et aedilicii: inter eos M. Minucius, qui aliquot. annis ante consul fuerat.* Quid? quod T. Flamininus, quo imperatore Cato consularis tribunus militum fuit, Plutarcho teste, vit. Flaminin. c. 20. καὶ γὰρ ἐχιλιάρχησεν αὖθις μετὰ τὴν ὑπατείαν, οὐδενὸς ἐκείγοντος. — De pugna apud Thermopylas ab Antiocho M. munitas vid. Liv. XXXVI, 16. *Gernh.*

sed tamen — sed tamen] vid. de hac repetitione particularum ad cap. 2, 8.

ut vos videtus] *ut videt. vos* d4. Med. — *ut* om. a. — *vos* om. bas. La. M. L. P. w. —

non plane me enervavit, nec afflixit senectus] *non me plane enerv. senectus nec affl.* d5. — *me non plane enerv. sen. nec affl.* Med. — *plene* r. v1. — *me* om. T. — Probo Dresd. 5. verborum ordinem, qua malus sonus vitatur, qui est in *plane me*, et modo Cicero dixerat *non me his esse viribus.* Vid. not. ad cap. 8, 3. — In M. Porcii laudibus ap. Liv. XXXIX, 40. est etiam haec: *ferrei prope corporis animique, quem ne senectus quidem, quae solvit omnia, fregerit. Gernh.*

nec afflixit sen.] *non affl. sen.* R. E. la. d1. 2. 3. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. La. M. L. P. w. g. 2. — Vulgatam tuentur etiam T. bas. 3. 1. Gernh. qui ita recte iudicat: Tres Oxx. *et non afflixit* (sic etiam d4.). In i haec duo desunt. Duo haec verba arctius nectenda erant per *nec.* Sequentibus substantivis disiungendis aptius erat *non.* Senectus autem vel robur et vires sensim sensimque eripiendo debilitat, vel, quasi externa quadam vi adhibita, efficit, ut stare nequeas. *Afflictus* erigendus erit; *enervatus* corroborandus.

non curia] *nec cur.* v2. Med. — vid. c. 6, 18.

vires meas desid.] *vires desid. meas* E.

non Rostra] v. Brut. c. 20. *Catone vivo, qui annos quinque et octoginta natus excessit e vita, quum quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam ad populum summa contentione dixisset.* cfr. ibid. 23. *Gernh.*

non clientes, non hospites] *non parentes, non clientes* etc. d4. — *non hosp. non clientes* d3. — *clientes*, Apud Gellium V, 13. officiorum gradum et ordinem M. Cato in Lentulum describit sic, ut clientes praeferat hospitibus. Massurius autem Sabinus clientibus inferiorem locum tribuit. Patronus autem Cato fuit Hispanorum, quos devictos (v. Plutarch. c. 11.) defendit adversus Ser. Galbae praetoris crudelitatem pro Romanorum in bello iustitia. v. Off. I, 11, 35. Pro Rhodiensibus optimis fidissimisque sociis Cato dixit, teste Gell. VII, 3. *Gernh.*

Nec enim umquam sum assensus veteri illi] *nec unquam sum enim assens.* d2. — *nec en. unq. assens. sum* Med. — *non enim* d4. o. — *nec certe unq.* η. — *nec* om. v2. — *illi veteri* d1. 4. a. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. M. L. w.

sum assensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet, *mature fieri senem, si diu velis senex esse.* Ego vero me minus diu senem esse mallem, quam esse senem ante, quam essem. Itaque nemo adhuc convenire me

---

mature fieri senem] De industria Cicero Catonem facit corrumpentem et invertentem hoc proverbium, ut bene monet Ochsner. p. 209. Non enim monet proverbium, quum vires valeant, quum vigeat aetas, iis frui, quae senum propria sunt, otio et quiete, sed sententiam hanc continet: moderationem et temperantiam senilem adhibe in vivendo, nec viribus abutere; deficiunt enim nos ipsae in senectute. Hoc si significare voluisset Cato, proverbium ad h. l. non quadraret. De proverbio ipso vid. Erasmi Adag. *Mature fias senex.*

si diu velis esse senex] *velis senex esse* R. E. lα. d3. cod. Mos. La. M. L. P. w. — *senex velis esse* bas. c. — *senex esse velis* Med. — *velit* lα. d1. e. o. — *senem* η. Omittendam vocem *senex* censet Wunder. p. CXX.; probat Moser. propter sedis inconstantiam. Wunderus propter crebram repetitionem. Sed ego nolim abiici vocem, quum omnis vis sit in explicando illo proverbio. Accedit quod facile potest amphibolia oriri, quum *esse* etiam significare possit *vivere.* Eadem causa est, cur etiam in iis quae sequuntur, non cum Wundero et Mos. eiiciam vocem *senem* in verbis, *quam esse senem ante* etc.

vero] *autem* E.

me minus diu senem esse mallem] *me* om. d2. — *vellem* T. η. — *esse senem mallem* Med. — *minus me* a. De constructione verbi *malle* et *velle* vid. Ochsner. p. 68. Kritz. ad Sall. Catil. 1, 1.

quam esse senem ante, quam essem] *senem* om. E. prob. Wund. et Mos. — *fuissem* η.

nemo adhuc convenire me voluit, cui fuerim occupatus] *me convenire* d4. — *voluit adhuc* quidam teste Lang. — *maluit* i. n. — *potuit* quidam libri teste Lang. — *valuit* e. η. o. b. Man. 6. m. M. L. et omnes aliae editt. vett. praeter Med. La. — *cum fuerit* E. — *qui* b. Palat. 2. — *quum* a. c. — *cui minus* Pith. Exc. — *quin* bas. d1. 2. 3. a ser. m. 5. Oxx. omnes. Omnes Lambini. Codd. Manut. cum editt. vett., inter quos S. m. M. P. — C. Langius veretur, ne tota sententia ex margine irrepserit, et ne in aptum quidem locum. Nimirum sententia quadrat ad superiora: *Non curia vires meas desiderat* etc. ad quae, interposita proverbii vituperatione, recurrit verbis *Itaque* etc., ut fert sermo familiaris laxioribus vinculis ille quidem nexus. *Gernh.* — Magnae varietatis causam puto non minus esse in scriptura pronominis *cui*, *quoi*, *quo*, *qui*, *quin*, quam in quadam vocis *occupatum esse* ambiguitate, quum sit impeditum esse, ἀσχολεῖν, vacuum non esse, ut Nonius interpretatur. Gaza vert. ἀμέλει καὶ οὐδείς με ἔτι καὶ νῦν ἔσχεν εὑρεῖν μὴ ἄσχολον ὄντα. At si dicere voluisset, nemo me invenit domi nihil agentem, non scripsisset *convenire voluit*, sed convenit, seu vidit. *Gernh.* — *Cui fuerim occupatus* i. e. cui me excusaverim propter occupationes seu veras, seu fictas. *Facciol.* Apud Plaut. Merc. II, 2, 16. Demipho:

Dicam, si videam tibi esse aut operam aut otium.

Cui Lysimachus:

Quamquam negotium est, si quid vis, Demipho,
Non sum occupatus umquam amico operam dare.

6*

voluit, cui fuerim occupatus. At minus habeo virium, quam
33 vestrum utervis. Ne vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis: num idcirco est ille praestantior? Mode-

---

Et idem Amphitr. fragm.
Herus Amphitruo occupatus. *Gernh.*

vestrum utervis] *vestrum uterque* d2. — *utrius vestrum* d4. — *utriusque* η. — *uter* o.

§. 33. *Ne vos quidem*] *nec vos quidem* bas. lα. d1. 4. 5. Oxx. omnes cum Man. 20. b. c. r. Med. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. m. M. w. 3. — *nec vos* om. *quidem* Pith. Exc. g. Vid. not. ad cap. 9. pr.

T. Pontii centurionis] *T.* om. T. — *centurionis* om. e. o. Citat h. l. Non. s. v. *praestare* p. 401. — *Centurionis* Veget. II, 14. *centurio eligendus est, qui sit magnis viribus et procera statura.* Quod Manutius ad h. l. suspicatur, intelligi *Pontium Cominium*, cuius meminit Liv. V, 46. et Plutarch. Camill., Drakenborchio in Dictat. ad h. l. verisimile non videtur, quod is, quem Liv. et Plut. memorant, alibi centurio non vocetur, et Plutarch de Fortun. Rom. eundem nominet *Caium Pontium*, quum hic *T. Pontius* vocetur. *Gernh.* Videtur idem esse, de quo Lucil. ap. Cic. de Fin. I, 3, 9. v. 2.

num idcirco est ille praestantior] *non idcirco* d4. — *ille centurio est praest. me* d3. — *ille est pr.* bas. lα. d1. r. v1. 2. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. — *vobis* addunt d1. e. a. Man. 2. r. v2. α1. 2. a2. cr. f. h1. S. m. Gaz. ὑμεῖς γε. — *nobis* η. v1. — *est* om. v. α1. — *num est idcirco ille praest. nobis* Exc. Pith. — *est idcirco ille praest. nobis* Goez. Cfr. Turneb. Adv. XXV, 2.

Moderatio modo virium adsit] *moderatio virium modo* c. — *mod. enim assit vir.* d4. — *mod. vero vir.* d1. 2. e. η. — *modo* in loc. ras. a ser. m. d3. om. η. — Graevius, hoc est, inquit, vires moderatae, quas *ingenuas* dixit Martialis in lepido illo epigrammate, *vitam quae faciunt beatiorem*, inter quae: *mens quieta, vires ingenuae, salubre corpus*, (lib. III. epig. 46. et ante illum Ovid. I. Trist. el. 4.) quum servis tribuerint vires et robur. Item Drakenb. in Dict. ad h. l. elegantem periphrasin deprehendit, ut cap. super. §. 28. *studia iuventutis* pro *iuvenes studentes.* Wetzelius propter ea, quae sequuntur, intelligit *sapientem virium usum. Moderari* enim esse *sapienter regere.* Verum ipsum quod sequitur praeceptum, *tantum, quantum potest, quisque nitatur* requirere videtur hanc praecedentem sententiam: etiamsi non magnum corporis robur natura tribuerit. Haec igitur intelligenda sunt e verbis *Ne vos quid.* et q. s. Ceterum *moderationem* h. l. non minus pro *modo* vel *mediocritate* dictam haberi licebit, quam pro Domo c. 58. *Etenim ad nostrum usum propemodum iam est definita moderatio rei familiaris, ad* q. l. vid. Markland. *Gernh.* At primum hic locus orationis spuriae nihil probat, deinde nusquam reperitur ita usurpata vox *moderationis*, denique ex sequentibus haec significatio non confirmatur. Unde enim efficiatur, in verbis *tantum quantum potest, quisque nitatur*, inesse notionem virium exiguitatis? Quare quum nihil sit, quod rectam Wetzelii interpretationem iure reiiciamus, retinui eam, quae et verbis et sententiis commendatur. *Moderari* autem, unde ducta est *moderatio*, nihil aliud significat nisi *modum alicuius rei constituere, modum adhibere in aliqua re*, qui quum semper de *iusto usu* alicuius rei dicatur, est *moderari: iusto uti modo, neque nimium, neque parum facere*, quae est sapientia in moderandis rebus. Unde *moderatio* est *neque maior,*

ratio modo virium assit, et tantum, quantum potest,

---

neque minor modus, quam res, quae agitur, patitur, *sapiens* ergo *usus rerum*. Ex his efficitur *moderationem virium* esse moderatum i. e. *iustum virium usum*, quo neque maiores labores suscipiendi, quam vires patiantur, neque nimis parcendum viribus, h. e. ut caveatur, ne proverbium illud *mature fias senex* in malam partem intellectum sequamur. Iam vero quum verba: *At minus habeo virium — praestantior* hanc contineant sententiam: *quamquam senes non magnas habent vires corporis, tamen eas non desiderant;* necesse fuit, huius sententiae argumentum afferre, quod fit his verbis: *Moderatio — tenebitur virium*, quorum sensus ex iis, quae paullo ante disputavimus, intelligitur: Est autem hic: Assit modo virium, quas habes, temperatus usus h. e. sapiens usus, ne maiora facere velis, quam vires patiantur, neve minus eis parcere et minus uti in rebus gerendis, quam decet et possis ex virium tuarum ratione. Hoc qui sequetur praeceptum, ille profecto non magnas vires desiderabit, quia neque maiores labores suscipiet, quam se viribus suis efficere posse intelligit, neque parum viribus utetur, ut ipse sibi videatur infirmior et queratur sine causa, se non iustas habere vires. Iam videmus pro *magno desiderio virium* postulari inversa ratione *magnarum virium desiderio*. Nam si quis viribus sapienter uti vult, eum necesse est *vires habere*. Necesse igitur est, statuamus figuram illam, qua Adiectiva, quae sunt epitheta, non cum substantivis, ad quae pertinent, coniunguntur, sed cum altero, ad quod proprie non quadrant. (Hypallagen vocant Grammatici). Fit hoc quum pluribus de causis, tum propter numerum et inveteratum quarundam locutionum verborum ordinem, quale h. l. est *magno desiderio*, cui formulae ita Romanorum assuetae erant aures, ut vix aliter dicerent. Poterat autem propter numerum h. l. ita dicere: nae ille non tenebitur *magnarum desiderio virium*, ut similem nostri locum emendare voluit Goerenz. ad Fin. III, 4, 15. in orat. pr. leg. Manil. 9, 22., ubi quum in omnibus codd. et editt. vett. legeretur: *quam* (*Medeam*) *praedicant in fuga fratris sui membra dissipavisse, quorum collectio dispersa — retardaretur*, ille posuit *eorum collectio dispersorum* (vid. not. ad c. 3, 2.). Quod recte reiecit Matthiae, quum frequens sit haec vel apud optimos scriptores Hypallage, desumpta ex poetarum usu. Vid. Matthiae l. c. Nostro loco eius ratio haec est: *desiderium* quum dicitur *magnum*, res ipsa plerumque magna, cuius est desiderium. Unde facile dici potuit *magnum virium desiderium* pro *magnarum virium desiderium*. Hanc dicendi rationem si meminisset h. l. Gernhardus, non, opinor, difficillimam illam et vereor ne falsam ingressus esset viam. Exempla huius hypallagae vid. ap. Ramshorn. §. 206. 3. b. p. 696. Index edit. Bipontin. ad Lucret. s. v. *Species verna diei*. Ernest. Clav. Horat. Index. II, nr. 12. p. 230. Kritz. ad Sall. Cat. 33, 6. p. 286. Walch. ad Tacit. Agricol. 4. p. 138. seq. Ad Attractionis quoddam genus, quod Hermann. ad Vig. p. 868. ab extrema pag. lin. 4. dicit *unius pravam distractionem* refert hanc hypallagen Krueger. in libro praestantissimo die Attraktion der lat. Sprache. p. 37. not. *, qui Graecorum etiam exempla collegit, quibus adde Hermanni exempla ad Soph. Philoct. 1106. O. T. 1387.

et tantum, quantum potest, quisque nitatur] *quisque potest, nitatur* lα. d1. a. Man. 12. r. v1. 2. α1. 2. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. Lugd. 1560. — *et* om. r. v1. 2. α1. — *tamen* pro *tantum* e. — Graev. cum Facciol. interpungunt post *quisque — nitetur* quidam Manut.

quisque nitatur; nae ille non magno desiderio tenebitur
6 virium. Olympiae per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bovem vivum: utrum igitur has corporis, an Pythagorae tibi malis vires ingeni dari? Denique isto bono utare, quum assit; quum absit, ne requiras: nisi forte adolescentes pueritiam, paullum

---

nae ille non magno desiderio tenebitur virium] *nec ille quidem* d1. e. — *nec ille* d3. α1. cr. — *ne ille quidem* d2. — *nae ille quidem* Exc. Pith. i. η. σ. u. — *nec ille magno* d4. r. v1. 2. h1. — *nec ille quidem magno* d5. Med. — *nec illi quidem magno* Pal. 2. — *nec ille in magno* d4. — *ne ille magno* Pal. 1. — *tenebitur usus virium* d1. 2.

ingressus esse Milo dicitur] pro *esse* habet *v. ille*. — *Milo* excidit in d4. — *Milone* (h. e. *nonne Milo*) α1.

humeris] *suis* addunt Dresdd. omnes e. Med.

sustineret bovem vivum] *bovem sustin. viv.* lα. d5. Med. — *bovem unum* d2. 3. — *vivum bovem* c. — *vivum* om. u. a2. La. m. M. L. P. w. — Non potest abesse vox *vivum*, quum in hac potissimum robur cernitur, quod ille domuerat bovem, ut etiam ferre potuerit. Cfr. Quinctil. I, 9. *ut Milo, quem vitulum assueverat ferre, taurum ferebat.* Vitruv. IX. Praef. §. 2. ed. Schneider.

utrum igitur has corporis, an Pythagorae tibi malis vires ingeni dari?] *utrum* om. R. bas. v1. 2. Med. α1. a1. f. S. — *ergo* lα. e. — *corporis has* d4. — *corporis vires* d5. η. — *malles* lα. — *dare* r. v1. 2. Pythagoram potissimum Miloni opponit, utpote qui cum Milone Crotonae vixerit. Idem auctore Val. Max. VIII, 7. ext. 2. ad Olympicum certamen descendit, maximamque scientiae sibi totius Graeciae admirationem conciliavit. Vid. Heyn. Opusc. Acad. II. p. 196. seqq. *Gernh.* Goerenz. ad Acad. I, 2, 5. reperit *males* pro *ma.is* in uno suorum codd. in pluribus *malles*. Recte idem V. D. *maletis* restituit II. Agrar. 31, 85. *tamen promiscue toto, quam proprie parva frui parte maletis.* Nostro tamen loco in re, quam consequi nequeas, coniunctivus *malis* id exprimit, quod cogitandum est: si qui deus det optionem. *Gernh.*

denique isto bono utare, dum adsit, quum absit ne requiras] *et denique* d2. — *denique isto bono, dum adsit, gaudeas* d1. 5. Hittorp. — *isto bono naturae gaudeas* c. Med. — *utere* a. Palat. 2. — *dum absit* d1. 2. 3. e. Med. — At ut naturae bona dicantur ea, quae naturae debentur, ut corporis et animi, (v. Tusc. V, 30, 84.) tamen vereor, ne aptior sit oppositio verborum *utare — requiras. Gernh.*

paulum] *paululum* E. bas. lα. d1. 2. η. o. a. r. v1. 2. Med. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. m. La. M. L. P. w. — Haec forma saepe alibi, ut de Offic. I, 4. scribis placuit, literam *l* duplicem pro compendio deminutivi habentibus. *Gernh.*

nisi forte — debent] *debeant* r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. h1. S. V. m. S. 1. 2. — Ita *nisi forte* supra c. 6, 18. *Nisi forte ego vobis — cessare videor.* cum Indicativo construitur etiam de Fato c. 6, 37. *Nisi forte volumus Epicureorum opinionem sequi.* Quamquam eius legis, quam Goerenz. ad Fin. I, 17, 56. (cfr. ad II, 15. p. 196.) ponit, ut haec particulae, quae iunctim positae nonnisi cum quadam ironia dicuntur, indicativum habeant, altius causam hanc repetendam puto,

aetate progressi adolescentiam debent requirere. Cursus 7
est certus aetatis et una via naturae eaque simplex, sua-

---

quod in eiusmodi ironia, quae rem certo ineptam dubitat, an eandem alter habiturus sit ineptam, coniunctivus ad dubitationem, quae est in *nisi forte* cum quadam dubitandi vi additus ironiae vim propemodum tolleret. Nec vero coniunctivus post *nisi forte* repudiabitur, si res, de qua ironice dubitatur, aut adiunctam habet, aut intelligendam conditionem. Ut Quinctil. II, 3, 6. *nisi forte Iovem quidem Phidias optime fecit, illa autem, quae in ornamentum operis eius accedunt, alius melius elaborasset.* Nimirum illa nemo ausus est elaborare, sed quid? si quis conatus esset? Ita in re ficta post *nisi forte* coniunctivus pariter requiritur, ac indicativus, ubi de re vere facta disseritur. *Gernh.* Egregie haec sunt disputata. Adde, si lubet, Kritz. ad Sall. Cat. p. 77. Beier. ad Cic. Off. I, 33. p. 254. Goerenz. ad Legg. I, 1, 2. Ochsner. p. 203. Matthiae ad orat. pr. Rosc. Am. 29, 82. — De sententia vid. c. 9, 1.

Cursus est certus aetatis, et una via naturae, eaque simplex] *cursus non est certus aetatis* d4. — *cursus est certe et una via naturae* cum gloss. supr. lin. *scil. aetatis* cod. Mos. — *nam cursus aetatum nunquam* Cod. Dresd. 2., cuius hic est finis. Ex quibus verbis nihil potest colligi, nisi hoc, secutum esse id, quod est in Lipsiens. *γ. retorquebitur.* Ita enim in hoc est scriptum: *Nam cursus aetatum retorquebitur, cursus unus est aetatis certus et una via naturae;* qua in lectione glossam facile agnosci, recte dicit Hermann. — *cursus certus est* Med. — *et via una naturae* d1. a. r. v1. 2. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. M. w.

suaque cuique parti aetatis tempestivitas est data] *suaque* d3. in loc. ras. a sec. m. — *que* om. i. ψ. Pal. 2. Guil. MSS. Med. f. h1. S. Lugd. 1498. — *suaque propria* Eyb. — *unicuique* Med. — *aetatis* om. E. T. lα. i. n. u. σ. υ. a. b. Man. 7. Pal. 3. cod. Mos. r. v2. 3. B. Eyb. Lugd. 1498. ed. Argent. 1515. ed. vet. — *suaque cuique tempestivitas aetatis est data* d4. — *sua cuique partita tempestivitas* Pal. 2. — *sua cuique perticitatis tempus* aliquot Guil. MSS., unde ipse coniecit *pernicitatis.* Errorem istum natum esse ex prava scriptura Regii: *particitatis* pro *parti aetatis* putat Orell. Servat etiam Non. qui h. l. citat. s. v. *tempestivitas* ita: *Cursus est certus aetatis et una via naturae, eaque simplex, sua cuique parti tempestivitas est data.* Wunder. p. CXVIII. acerrime defendit omissam vocem *aetatis*, quod probat Mos. Nonii enim ut aliorum Grammaticorum non semper magnam esse auctoritatem dicit Wunder., quum saepe memoriter laudasse videantur scriptorum locos, et ab iis translatos esse in Codices. Prorsus non opus esse h. l. verbo *aetatis*, quod modo adfuerit. Mihi maxime probatur Wunderi sententia, nam quod cod. Reg. habet vocem, quamvis corruptam, id me ad recipiendum non movet, quum saepe hic codex peiores habeat scripturas. — De voce *tempestivitas* haec notavit Facciol. Apud Nonium legitur *tempestas*, quae vox ex illa contracta est, idemque h. l. significat. Addit Gernh.: Nimirum ut *aetas* contractum est ex *aevitas.* Est autem *tempestivitas*, Graevio interprete, cuiuslibet aetatis naturalis proprietas, sicut in ordine anni veris tempestivitati flores, aestatis messes, auctumni maturitas, hyemis frigus datum et assignatum a natura, unde auctumnam tempestivitatem Minutius Felix aliique vocant *auctumnitatem.* Theodorus vertit *οἰκείαν τε ὡραιότητα μέρος ἡλικίας ἕκαστος*

que cuique parti [aetatis] tempestivitas est data; ut et infirmitas puerorum et ferocitas iuvenum et gravitas iam constantis aetatis et senectutis maturitas naturale quid-
8 dam habeat, quod suo tempore percipi debeat. Audire

εἴληχεν. *Tempestivitatem* Cic. c. 2, 5. dixerat *tempestivam maturitatem.* Pro maturitate seminis ap. Columell. III, 4. legitur *tempestivitas seminis.* Ad alias res translata haec vox opportunitatem significat, ap. eundem III, 4. *nec praetermissa cuiusque rei tempestivitas revocari queat.*

ut et infirmitas pueror. etc. ut sunt in contextis verba] Citat hunc loc. Nonius s. v. *maturum* p. 378. — *ut enim i. p. et f. i.* — *aetatis* est, *ita senectutis m. n. q. habet* E. — *ut enim i. p. et f. i.* — *aetatis*, sic *sen. n. q. habet* d4. (et sic suspicor esse in Trevir. cod., in quo scriptum est ex Loersii collatione *ut et* — *sic sen.* — *habeat*, quod absonum est et res tota videtur error Loersii, qui notare oblitus est *ut enim* — *debet*, aliter enim nulla est verborum convenientia, et tamen est ille codex praestantissimus.) Plane sic est in d1. Oxonn. omnibus et a. lα. r. v1. 2. α1. 2. a1. 2. f. h1. S. V. m. — *ut enim* — *sic et* ly. B. Eyb. — *ut enim inf. est puer.* — *sic sen.* d3. a ser. m. in ras. 3. membran. Vincent. Contaren. Man. 1. cr. La. (*habeat*; sic etiam P. errore, credo, typogr.) M. L. (om. *et* ante *feroc.* et *et* ante *grav.*; *et* ante *grav.* omitt. etiam magnoli.) w. et Theod. Gaza ὡς γάρ τοι ἀσθενεῖν μέν ἐστι παιδῶν, αλκὴ δὲ νεανίσκων, σεμνότης δ' ἤδη ἐμβριθοῦς ἡλικίας, οὕτως ἄρα καὶ etc. — *et ut inf.* — sic Cod. Ciz. C. — *ut et* — *sic* — *debet* Cod. Ciz. B. Sed vitio, opinor, Gernhardi, nam quomodo prima parte legatur, non dicit: itaque quisque putabit esse scriptum *ut et*, de altera demum parte dicit esse: *sic* — *debet.* Sed haec nulla constructio. Aut typographi aut ipsius Gernhardi vitium. — Mirus cento est in Dresdens. 3, qui haec habet: *Ut enim* [a ser. man. in ras.] *infirmitas est puerum et ferocitas iuvenum* [sequuntur verba capitis 21, 78. *arripiant* usque ad cap. 22, 79. *videbitis*] *et gravitas iam constantis aetatis*, *sic* [in loc. ras. a ser. m.] *senectutis maturitas* etc.

naturale quiddam] *naturale sibi quiddam* d3. Eyb. Med. — *quoddam* d1. a1.

quod suo tempore] *quod quidem tempore suo* ly. — *quod temp. suo* d3. 5. — *suo* om. e.

percipi debeat] *debeat percipi* lα. — *recipi deb.* d1. e. η. — De membris comparativis Gernhardus haec monuit: Theodorus expressit trium membran. Vinc. Contareni et editionum veterum, ut Ascensianae, lectionem: ut *enim* infirmitas *est* — *sic* senect. — *habet*, quam Langius, Lambinus et Graevius suorum codd. auctoritate repudiarunt. Tum etiam priori comparationis parti aliquid deesset, quod responderet verbis *naturale quiddam habet* in altera parte. Recte hanc obiectionem reiecit Hermann. quum dicit, rationem Gernhardi esse nullam, non minus enim verba *naturale quiddam habet* quadrare ad primum comparationis membrum a verbis *infirmitas* — *aet.*, quam ad alterum *sic sen.* Sensus enim est: ut cuiuslibet aetatis naturalis proprietas est, sic senectuti maturitas data, quae quum venit, fructus huius aetatis percipi debent h. e. iis uti debemus, qui huius aetatis sunt proprii fructus. Itaque ridiculum est, senem ea velle habere, quae iuventuti soli sunt propria; ut etiam absur-

te arbitror, Scipio, hospes tuus avitus, Masinissa quae faciat hodie nonaginta natus annos: quum ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascendere; quum

---

dum est, adolescentes puerorum, gravem et constantem iam aetatem adolescentiae virtutes requirere. Sed quum antiquissimi MSS. Reg. bas. Fragmentum Carrionis apud Petrum, quod optimis MSS. adnumerandum est, vulgatam tueantur, ego retineo.

constantis aetatis] quae c. 20. *media* dicitur; opponitur *mobilis aetas* iuvenum ap. Virg. Ge. III, 165. comp. Cic. pr. Q. Rosc. 16, 49.

§. 34. *Arbitror te audire*] *audisse te arbitror* E. Med. e correct. quum esset ita *audi*^ss^*e arbitror te* L. prob. Wundero p. CXIV. Perfectum locum vix habet, quum sensus sit: *audire te solere arbitror*. — *audire te arbitror* R. T. lα. d3. 5. b. c. La. P. O. — *audire arbitror tete o Scipio* bas. — *audire me arbitror* d4. — Vulgatam habent praeter meos S. m. M. 2. Sed optimus ordo est cod Regii aliorumque *audire te arbitror*, ut Rep. I, 10, 15. *audisse te credo* etc. — Aoristus is est infinitivi, ut *audimus* pro *solemus audire* de Off. I, 6, 19. *Gernh.*

avitus] *habitus* E. T. bas. lα. d1. 3. 4. e. η. o. ψ. b. c. plerique MSS. Lang. et Man. Med. V. Theod. Gaz. ὡς νομιζόμενος (ὁ σὸς Gernh. leg.). Facile abire potuit in *habitus* ut *avere* semper fere permutatur cum *habere*; scribebant enim antiqui *havitus*. Vid. not. ad c. 23, 7. Omittunt vocem d5. u. a. r. v1. α1. a1. cr. f. h1. S. m. M. w. — *avitus factus Mas.* cod. Herv.

Masinissa] *Massanissa* L. P. — *Masanissa* La. — F. Ursinus auctoritate aeneae tabellae, quae incisam habet legem Thoriam, scribit Massinissa; ita etiam Oxon. e. et Manut.; reliqui Masinissa. Idem Liv. XXIV, 49. praebent plurimi Codices, et liber optimus Vossianus aliique semper praeferunt, teste Gronovio ad Liv. XXV, 34, 2. Turneb. Adv. XXX, 37. Video, inquit, propter auctoritatem Graecorum *Massanissam* vulgo in Livio hodie scribi, sed ut saepe testificor, longe aliter ista Graeci pronuntiant, quam Latini. Sil. Ital. XVI, 117. *nomen Masinissae superbum*. De re vid. Somn. Scip. Adde Sall. Iug. c. 5. *Masinissa rex Numidarum in amicitia receptus a P. Scipione, cui postea Africani cognomen ex virtute fuit, multa et praeclara rei militaris facinora fecerit. Gernh.*

quae faciat hodie] *facit* E. lα. d1. 4. (*quid*) b. — *faciet* d3. — *fecit* i. — *qui faciat* η. σ. ψ. α1. — *ea quae fecit* e.

nonaginta annos natus] *natus annos* R. E. bas. d3. Med. La. P. O. — *nactus annos* d4. — in Trev. supr. vers. *octoginta* ut habet Lips. α. — *sexaginta* cod. Herv. — Liv. Epit. L. *Masinissa, Numidiae rex, maior nonaginta annis decessit, vir insignis*. Lucianus in Macrob. cum Cic. consentit et Appian. de reb. Punic. c. 106. Plin. VII, 48. *Masinissam sexaginta annos regnasse indubitatum est. Gernh.*

quum ingressus iter pedibus sit] *cum ingr. iter sit ped.* d3. Med. — *iter sit cum pedib.* d4. — *cum ingr. aliquod iter* d5.

in equum omnino non adscendere] *non omnino* T. d4. 5. — *omnino* om. d1. — *vult* addunt lα. c. Med. — Appian. l. l. ἵππου τε χωρὶς ἀναβολέως ἐπέβαινε.

quum equo] *cum autem in equo sit* bas. — *cum in equo sit* S. — *cum autem sit in equum* d4. — *cum autem equo* R. E. d5. Med. *cum equum* v2.

equo, ex equo non descendere; nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto sit; summam esse in eo corporis siccitatem; itaque omnia exsequi regis officia et
9 munera. Potest igitur exercitatio et temperantia etiam
p. 84. a. in senectute conservare aliquid pristini roboris.
1 XI. Non sunt in senectute vires. — Ne postulantur

---

ex equo] om. α1.

nullo imbre] de Iulio tradit Sueton. c. 57. *in agmine nonnunquam equo, saepius pedibus, anteibat, capite detecto, seu sol, seu imber esset.*

adduci, ut capite operto sit] *adduci potest ut sit cooperto capite* lα. — *ut sit capite cooperto* c. — *cooperto* habent etiam T. i. n. ψ. — *opertus* σ. — Sed vide de composito Kritz. ad Sall. Cat. 23, 1. Laudat h. l. Nonius s. v. *adducere* p. 273. explicans *cogi.*

summam in eo esse corporis siccitatem] *summam esse in eo c. s.* R. E. T. d4. 5. (*summamque*) O. — *summam in eo esse sicc. corp.* d3. — *dicunt summam* e. — *summam tamen siccitatem in eo corporis esse* lα. — Ernestius in Clav. Cic. interpretatur *siccitatem* salubritatem, quum Dukerus ad Liv. Epit. L. suspicaretur legendum esse *corporis firmitatem*, quam Diod. Sic. in Biblioth. Photii p. 1161. dicit εὐτονίαν σώματος. Cic. Tusc. V, 34, 99. *Adde siccitatem, quae consequitur hanc continentiam; adde integritatem valetudinis.* Varro apud Non. s. h. v. p. 424. *Persae propter exercitationes pueriles modicas eam sunt consecuti corporis siccitatem, ut neque spuerent, neque emungerentur, sufflatove corpore essent.* *Gernh.*

itaque exsequi omnia regis officia et munera] *exsequi* om. E. — *itaque exsequar* (leg. *exsequi*) *omnia probatur* Med. — *itaque omnia exsequi regis officia potest et munera* d4. — *munera potest* e. n. — *munia* n. — *omnia exsequi* R. E. T. bas. lα. d1. 3. 4. 5. O.

igitur] *ergo* d1. e. σ.

etiam in senectute conservare aliquid pristini roboris] *etiam senectute* R. Hinc: *etiam senectuti* d3. e. i. n. u. η. Pith. 1. Med. 3. Oliv. — *in senectute etiam* La. M. w. — *aliquid conservare* M. L. — *laboris* pro *roboris* margo Crat. — Quum exercitatio et temperantia Masinissae senis laudata ante sit; in promptu est, sensum hunc esse: non solum in iuvenili et media aetate, sed etiam in senectute aliquid pristini (senectuti reservati) roboris temperantia conservari posse, quo senex diutius vitam sustineat. *Gernh.*

Cap. XI.

Non sunt] *non sint* P. — *nunc sunt* u. — *ne sint* i. c. — *nec sint* e. — *nec sunt* lα. b. — *ut sint* d4. — *ne desint* R. Guil. 2. — *nec desint* E. — *non desunt* bas. Vid. Ochsner. p. 203. — Ernest. Wetz. in priore edit. non item in poster. et Schütz. post *vires* interrogationis signum posuerunt. Non adsentior. Sententia est concedentis, nullas esse senectutis vires proprias, vel potius sibi ipsi adversantis, plane ut cap. 7. pr. 9, 28. *Orator, metuo, ne languescat* etc. Consentiunt Graevius et Facciolatus. Sic haec quadrant ad extrema verba cap. praecedentis. Theodorus vertit *Οὐκ ἔστι*, φησί, *τῷ γήρᾳ ἰσχύς*, quasi haec sint adversarii. *Gernh.*

ne postulantur quidem] *nec — quidem* E. bas. lα. γ. d3. 4. 5. e. i. c.

quidem vires a senectute. Ergo et legibus et institutis vacat aetas nostra muneribus iis, quae non possunt sine viribus sustineri. Itaque non modo, quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem, cogimur. At multi 35
ita sunt imbecilli senes, ut nullum offici aut omnino vitae 2
munus exsequi possint. — At id quidem non proprium

Editt. vett. cum B. Eyb. S. m. M. except. h1. V. La. L. Lall. — *neque* d1. — *nunc* n. — *postulentur* lα. Vid. de *nec — quidem* ad cap. 9. pr.

a senect.] *in sen.* d4. c. — in d3. a ser. m. ras. *in.*

et legibus et institutis vacat aetas nostra muneribus iis] *et* primum om. d4. — *legibus scriptis* Eyb. — *et muneribus* Eyb. — *aetas nostra id est muneribus; quae possunt* P. — (*idem muner.* E.) — *nostra aetas* d4. — *iis* om. d1. — *his mun.* d4. — *his* habent lα. d3. 4. e. Eyb. h1.

quae non possunt] *quoniam possunt* R. — *non* om. bas. lα. γ. d1. 3. e. i. η. ψ. a. b. r. v1. 2. B. Eyb. P. — *quae possumus sine vir. sustinere* c. Non potest omitti negatio. Sensus enim est: non fungitur nostra aetas iis muneribus, quae non possunt sine viribus sustineri. — *Muneribus* est Ablativus — Drakenb. in Dictat. ad h. l. *munera* favente verbo *sustineri*, interpretatur onera, ut Liv. XXV, 7. et Gronov. cum Graevio ad Iustin. V, 2. Sunt officia, ut militaria et senatoria. Brut. c. 30. *multaque opera, multaque industria Rutilius fuit; quae erat propterea gratior, quod magnum munus de iure respondendi sustinebat.* *Gernh.*

sed ne quantum possumus quidem, cogimur] *facere* addit d4. — *sed ne quidem quantum poss.* c. lα. — *sed nec quant.* d4. σ. ψ. f. S. — *sed nec tantum, quantum* α1. — *quidem* om. E. — De *non modo — sed ne — quidem* vid. Beier. ad Cic. Off. III, 4, 18. Ochsner. p. 259.

§. 35. *at ita multi sunt*] *at* om. η. — *atque ita* Eyb. — *et* lα. — *ita* om. lγ. prob. Herm. — *sunt* om. lα. Med. — *at multi sunt, qui ita sunt* d4. — *multi ita* E. T. bas. lα. d1. 5. b. c. Med. V. — *multi ita sunt* P. — Cod. A. praeponit *Laelius*, quasi quae adversario tribuuntur sint *Laelii.*

imbecilli] *imbecilles* d4. 5. editt. vett. cum B. except. V. La. L. w. P. — De forma *imbecillus* et *imbecillis* praeter Grammaticos dixerunt Heindf. ad Cic. N. D. I, 44, 122. p. 118. a. Goerenz. ad Fin. V, 24, 71. p. 621. b. Idem in Iahn. Annal. philol. et paed. de ann. 1826. I, 2. p. 301. Beier. ad Lael. 7, 3. p. 38. Ochsner. p. 161. Sequor Goerenzium et Beierum, qui unam formam probant *imbecillus* apud Ciceronem.

ut nullum officii, aut omnino vitae munus exsequi possint] *ut nullum officium aut omnino vitae nullum munus* d5. — *ut nullum officium omnino aut munus exs.* Eyb. — *ut nullum vitae munus* Med. — *nullum officium* d1. —

at id quidem non proprium] *at id non proprium quidem* d1. — Facciolati et Goez.: *Id quidem*, omisso *At*, nescio qua auctoritate, quum nusquam deesse viderim. Rarius *at* in respondendo adhibetur; sed vide c. 6, 17. Accedit h. l. quaedam doloris significatio, ut c. 9, 27. Codex A. habet nomen *Catonis* ante *At id quidem.* *Gernh.* Offenderat, puto, illos VV. DD. duplex *at*, cuius et Graeca et Latina exempla habet Wyttenbach. Additament. ad Plat. Phaedon.

3 senectutis [est] vitium, sed commune valitudinis. Quam fuit imbecillus P. Africani filius is, qui te adoptavit! Quam tenui aut nulla potius valitudine! quod ni ita fuisset, alterum illud lumen exstitisset civitatis; ad paternam enim magnitudinem animi doctrina uberior
4 accesserat. Quid mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquando, quum id ne adolescentes quidem

---

p. 142. in Miscell. Doctr. Amstelod. 1817. Vol. III. p. 82—109. quae repetita sunt in Seebod. Miscell. II, 1. p. 75. Laudat de Latinis Cic. pr. Cluent. 33, 90. *Est haec opininio. — At, si ita esset: — At ipse ea lege quaerebat — At neque privatus accusare, nec, sedata iam invidia, volebat.* — Ep. ad Fam. XI, 27. *Quodsi aliter essem animatus, nunquam quod facerem, negarem. — At ludos, quos Caesaris Victoriae Cuesar adolescens fecit, curavi. At id privatum officium* etc. De Graecis affert Demosth. adv. Leptin. p. 364. B. *ἀλλ' ἐὰν δείξῃ πέντε, ἐγὼ ληρεῖν ὁμολογῶ· — αλλὰ καὶ τῶν μετοίκων εἶναι πλείονας ἢ τοσούτους. κ. τ. λ.* Adde Thucyd. 1, 80, 4. *πότερον τῆς ναυσίν; ἀλλ' ἥσσους ἐσμέν — ἀλλὰ τοῖς χρήμασιν; ἀλλὰ πολλῷ ἔτι πλέων τούτου ἐλλείπομεν.* Plat. Euthyphr. T. I. p. 3. E. ed. HSt. *ἀλλ' ἴσως οὐδὲν ἔσται, ὦ Σώκρατες, πρᾶγμα, ἀλλὰ σύ τε κατὰ νοῦν ἀγωνιεῖ τὴν δίκην.* Cfr. Homer. Od. 16, 311. et 316. Matth. Gr. Gr. max. §. 613. init. s. v. *ἀλλά.* Goerenz. ad Fin. II, 27, 88. p. 255. b. Hor. Tursell. ed. Schwarz. p. 139. *γ.*

senectutis est vitium] *vitium est* R. E. T. bas. d4. 5. Med. L. P. O. — *est vit. sen.* Eyb.

valitudinis] *invalitudinis* d3. *v.* Man. 19. Med. La. M. w. Est nihil nisi correctio, quum *valitudo* sit vocabulum medium, ut cum Lexicographis loquar. Vid. Beier. ad Lael. 2, 8. Recte autem scribit Gernh. *valitudinis* non *valetudinis* vid. Beier. l. l. et ad Off. I, 27, 94. T. I. p. 213. — *invalitudinis et senectutis* d3. B. Eyb. — *valit. et sen.* d5.

imbecillus] *imbecillis* v1. m. — Signum interrogationis post *adoptavit* et *valitudine* ab editoribus fere omnibus positum parum convenit. *Gernh.*

adoptavit] *optavit* bas. *Scipio* add. d5.

quam tenui] *et quam tenui* d3. 5.

aut nulla] *ac nulla* P. — *at nulla* *ψ*. Man. 3. — *et nulla* Man. 1. — Cn. Scipio Africani maioris filius, de quo Off. I, 33, 121. Brut. 19, 77. *Gernh.*

ni] *nisi* d1. e. r. v1. 2. *α*1. a1. cr. h1. S. m. La. M. L. P. w.

alterum ille] *alterum illud* R. E. T. (alter *aliud* solito errore, vid. ad 7, 9.) bas. d3. 5. *σ*. *v*. *ψ*. b. Man. 3. La. P. Or. — *ille* om. la. c. Man. 1. — *in isto* Man. 1.

exstitisset lumen civitatis] *lumen exstitisset civit.* T. — *fuisset* i.

igitur] *ergo* la. *ε*. *ψ*. — *in sen. igitur* d5.

si infirmi sunt aliquando] *si infirmi aliquando sint* c. — *sint* habent etiam E. bas. d5. e. u. *σ*. n. Eyb. Med. — *sunt* om. la.

quum id ne adolescentes quidem] *cum id nec adol. quid.* Eyb. — *cum nec id adol. quid.* d4. — *cum nec adol. q.* d3. — *cum ne id quidem adol.* d1. a. O6x. r. v1. 2. *α*1. a1. 2. cr. h1. S. V. m.

effugere possint? Resistendum, Laeli et Scipio, senectuti [est] eiusque vitia diligentia compensanda [sunt];

M. w. 3. 1. 2. Vulgata est praeter meos in R. bas. ly. B. Eyb. P. Facciol. et Goez. O. — Recte, opinor. Nam senibus adolescentes opponuntur, non imbecillitas alii vitio maiori: quodsi esset, vulgata probaretur vocabulorum collocatio *quum ne id quidem adolescentes*. Etenim mortem adolescentiae cum senectute communem, v. c. 19. infirmitati corporis mente certe opponi minus probabile est. *Gernh.*

effugere possint] *possint effug.* d4. — *effugere possunt* d3.

Resistendum, Laeli et Scipio, senectuti est] *resistendum enim, Scip. et Lael. fuit senect.* d4 — *est sen.* c. — *est* om. lα.

eiusque] *et eius* d1. r. v1. 2. α1. — *cuiusque* η. ψ. — *que* om. e.

diligentia compensanda sunt] *compensanda sunt dilig.* d4. — *diligenter compens.* d5. — *compescenda sunt* u. η. Pal. 1. 3. Man. 8. Guil. α3. M. L. Theod. κολαστέον. — *corrigenda sunt* a1. 2. α2. cr. S. m. De utraque lectione et *compensanda* et *compescenda* haec dicit Müller: Haec lectio, quam Gernhardus probavit [tacite], tamen inepta est. Quomodo enim *compensare* vel senectutis incommoda compensatione commodorum lenire [verba sunt Ciceron. N. D. I, 9, 23. ex.] eius est, quem Cato hortatur, ut resistat senectuti et ut contra senectutis vitia et incommoda *pugnet?* Ab hoc potius postulatur, ut senectutis vitia coerceat, refrenet, reprimat. Ea autem notio est in lectione *compescenda*. Hoc verbum Ciceroni alio loco restituit Forcellini in Lex. Lat. s. h. v. ubi ita scripsit: Cic. pr. Rabir. perduell. c. 6. [§. 18. ex.]: *quin compescitis istam vocem, indicem stultitiae? continetis* habent libri. Quinctil. XI, 3. [§. 169.] *compescitis*, cui magis credendum puto. — At primum vox *compescendi* non est Ciceroniana. Nam quem affert Müllerus Forcellinum nihil probat, nititur enim eius sententia sola Quinctiliani auctoritate l. c. Recte reiecit eam lectionem Orell. Cui Quinctiliani auctoritati quantum sit his in rebus tribuendum optime docuit Wunder. in Varr. Lectt. p. CXVIII. Saepe hic memoriter laudasse probatur scriptores. Deinde nescio cur Ciceronis verba libr. de N. D. laudati interpretationem nostri loci habuerit. Haec est maxime arbitraria explicatio. *Vitia* sunt, quae nos dicimus *Mängel* et *compensare* simpliciter est *resarcire* ut saepe. Quid sit *diligentia* ipse Cicero postea dicit. Est autem *providentia*, *diligens cura*, *Vorsicht*. (vid. Ern. Clav. Cic. s. h. v.). Haec si coniuncta considerabimus, omnia rectissime se habere videbimus. *Senectuti* nihil aliud esse potest, nisi *senectutis vitiis;* nam ipsi senectuti quominus veniat, nemo potest resistere. Haec si tenemus, ea, quae sequuntur, non satis convenire his intelligimus; tum enim plene esset: *Resistendum senectutis vitiis, eiusque vitia diligentia compensanda sunt.* Quae non bene habent. Sed omnia optime fluunt, si *que* pro *id est* vel *nempe* positum censeas, quae huius particulae vis omnino est Ciceroniana. Exempla vide ap. Goerenz. ad Fin. I, 10, 32. p. 43. b. seq., causas exposuit Kritz. ad Sall. Cat. 4, 2. p. 24. Cfr. not. ad nostri libri cap. 17, 5. Locus tum ita intelligendus: Resistendum senectuti est, id est, vitia eius resarcienda sunt diligenti cura vel providentia, quae consistit in eo, ut et corpus et animum bene cures et quod natura vitiavit, quasi ars i. e. hoc loco diligens observatio eorum, quae corpori sunt utilia et animo et virium aliqua contentio. Ita omnino resistitur senectutis vitiis, ne latius serpant et ipse sis in culpa negligenter contracta.

pugnandum, tamquam contra morbum, sic contra senectutem.
36 Habenda ratio valitudinis; utendum exercitationibus modicis; tantum cibi et potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Nec vero corpori soli subveniendum [est], sed menti atque animo multo magis:

Sic non opus mutatione et recte Orell.: utraque lectio glossis videtur accensenda. Praeterea admodum dubito, an recte dicatur *diligentia compescere aliquid* pro diligenter, *acriter*, *studiose compescere*.

Pugnandum, tamquam contra morbum, sic contra senectutem] *Habenda ratio valitudinis; pugnandum namque tanquam contra morbum, sic contra senectutem.* Hoc ordina Trev. — *pugnandum namque tanquam contra morb. sic contra sen.* T. lα. d4. 5. (*est* add. post *pugn.*) u. σ. ψ. c. (add. *est* eod. loc.) P. — *sicut contr.* B. Eyb. — *pugnand. est* etc. ut Gernh. d1. 4. e. Med. — post *morbum*: *est* ponunt r. v1. α1. a1. cr. f. h1. S. V.

§. 36. *Habenda ratio valitudinis*] *habenda est val. rat.* lα. c. — *hab. rat. val. est* e. n. — *est rat.* Eyb. Recte *est* omisit Gernh. Vid. Beier. ad Off. I, 8, 25. ex. T. I. p. 57. II, 18, 64. T. II. p 125.

utendum exercit. mod.] *utend. est exerc. m.* α. la. c. — *ut. ex. est mod.* B. Eyb. — *exercit. temperatis* d4. Cfr. Beier. ad Off. I, 84, 123. T. I. p. 259.

tantum cibi et potionis adhibendum] *potus* d5. c. Man. 2. Med. — *potationis* d4. [*est* addit] Man. 7. — *exhibendum* d3. — *assumendum* d5. Saepe in libris permutari *potio* et *potatio* docet Ruhnk. ad Rut. Lup. p. 109. — *tantum* significat *nur so viel.* Vid. Tursell. p. 1021. nr. 13.

vires non opprimantur] *et non oppr.* lα. sed *et* delet a sec. m. — *reprimantur* d5.

nec vero corpori soli subveniendum est] *nec corpori vero subv. est solum* d5. — *nec vero corp. subv. soli est* lα. d1. 3. (*est* om.) b. c. e. u. η. σ. υ. ψ. B. Eyb. a1. cr. M. L. w. — *solum* habent etiam E. bas. Ego retineo *soli*; nam verba *multo magis* ostendunt maiorem vim esse in *soli*. Quum enim multa dixisset Cicero de corpore tuendo, sentit se nimium dixisse de corpore, quum gravior pars hominis sit animus, quod dicit per *multo magis*, quae gradatio non satis apta est, si retinetur *solum*. Nam *sed etiam* pro simplici *sed* cum *multo magis* nonnisi in paucis, iisque non admodum bonis libris est, de quibus post dicetur. Vis h. l. est in *soli*. Si posuisset *non corpori solum — sed etiam animo*, tum utramque rem aequalem fecisset, quod non ita esse dicit per particulas *multo magis*. Quod discrimen inter *solum* et *soli* quum sit subtilius, id ignorantes scribae vulgariorem formam scripserunt. De vocibus *multo magis* cum vi in clausula positis vid. Goerenz. ad Legg. I, 7, 23. p. 30. b.

sed menti atque animo multo magis] *sed etiam* d1. 5. a. e. r. v1. 2. B. Eyb. α1. a1. 2. f. h1. S. m. — *et animo* d3. Man. 1. — *menti atque adeo multo mag.* M. — *etiam multo mag.* Man. 1. — Mens atque animus quomodo differant praeclare docuit Ochsner. p. 94. Utraque vox saepe coniungitur vid. Hess. ad Tac. Germ. 29. — Lambinu legendum coniecerat *sed etiam menti atque adeo multo magis* (quam coniecturam receptam vidimus a Manutio). Sequi enim *Nam haec quoque* etc. *haec* scil. *mens.* Quodsi *animo*, inquit, scripsisset Cicero, subiunxisset *nam hic quoque.* Mendose autem fecerunt scribae

nam haec quoque, nisi tamquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute. Et corpora quidem [defatiga-

---

num pro *nam* et *exstinguuntur* pro *exstinguitur*. Et sane in contextis posuit Lambinus de coniectura minime necessaria: *Nec vero corpori solum subveniendum est, sed menti atque adeo multo magis, nam haec quoque — exstinguitur.*

nam] *namque* d1. a. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1.

nisi tanquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute] *tanquam oleum lumini* d1. 3. 5. — *instillaris* Eyb. — *infundas et instilles* c. — *exstinguunt sen.* d3. — Docti quidam, teste Lambino legendum censent *tamquam ellychnio*. In memoriam revocari iubet Victor. Varr. Lectt. XII, 20., ubi notissimum illud Periclis responsum cum nostro loco comparatur. — *extinguuntur in senectute vires* v2. α1. a. (om. *vires*) *haec vires* o. — *senectute* om. α1. —

nisi tamquam lumini oleum instilles, exstinguuntur senectute] *exstingui* r. v1. Monet Goerenz. ad Cic. Legg. I, 21, 55. p. 89. a. rem comparatam cum comparante intime iunctam, idque eleganti auctoris more. Laudat praeter nostrum locum 19, 70. 71. Adde eund. ad Acad. II, 10, 30. p. 60. b. Ita nimirum latius pateret comparatio: *haec* quoque, nisi iis, tamquam lumini oleum instillatur, ne exstinguatur, oleum quasi instilles, exstinguuntur senectute. Vid. idem ad Fin. II, 34, 112. p. 289. a. Beier. ad Off. III, 17, 68. ex. Orellius ad Cic. de Or. II, 17, 73. ex. Vol. I. P. I. p. 268. not. 2. Mihi attractionis genus videtur esse, quo praedicatum, quod idem est enunciati primarii et secundarii, bis nimirum ponendum, semel tantum ponitur, sed agglutinatur primario, ad secundarium alio modo repetendum. Miror hoc genus praetermissum a Kruegero in libro de Attractione saepius laudato. Vide de simili exemplo Heindorf. ad Cic. N. D. II, 55, 139. p. 254. a. Eodem modo puto posse explicari locum conclamatum in Brut. c. 58, 213., ut supersedeamus coniecturis.

Et corpora quidem exercitatione ingravescunt] *exercitationum defatigatione* lα. γ. d3. 4. 5. b. Man. 17. Pal. 1. Lugd. 1560. marg. Crat. La. w. Theod. Gaz. *γυμνασιῶν καμάτοις βαρύνεται.* — *exercitatione defatigatione* Pal. 2. Pith. — *exercitatione et defatigatione* c. — *exercitationum defectione* Man. 1. — *exercitationum fatigatione* Med. — *et exercitatione et defatigatione* L. — *fatigatione exercitationum* d1. — *defatigatione exercitationum* Cod. Herv. e. i. n. u. η. ν. ψ. B. Eyb. — *defatigatione et exercitatione* Man. 1. r. v1. 2. a1. 2. cr. f. h1. S. m. 3. Lugd. 1495. Lall. Oliv. 3. 1. 2. Wetz. — *defatigatione ut exercitatione* v3. — *deflagitione et exercitatione* α1. — *defatigatione* [*et exercitatione*]. Nobb. Quod Gernhardus posuit est praeter meos in R. E. T. bas. V. M. P. O. Graevius haec notavit: Si non est ἓν διὰ δυοῖν pro exercitatione defatigante et aliquid est delendum, procul dubio *defatigatione* delendum est. Nam et animus defatigari potest. *Exercitatione* autem retinendum, liquet ex oppositione, *exercitatione corpora ingravescunt*, exercitando *animi levantur*. Equidem *et defatigatione* repudio, cuius notio ingravescendi cogitationem continet. — P. Marsus *gravescunt*, quod non raro apud Ciceronem significat *debilitantur*. Sic Schol. A. Vid. c. 2, 6. *Gernh.* Recte. Cetera omnia scribarum supplementa puto. Similis sententia est Offic. I, 34. *Senibus autem labores corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendae videntur.*

tione et] exercitatione ingravescunt; animi autem se exer-
7 cendo levantur. Nam, quos ait Caecilius

cómicos stultós senes

hos significat credulos, obliviosos, dissolutos; quae vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignavae, somniculosae
b. senectutis. Ut petulantia, ut libido magis est adolescen-

---

se exercendo] *exercendo* Man. 7. *α*1. La. M. w. Facciol. *se* incluserunt N. O. — *exercitando* R. e. n. *η*. Man. 3. Med. P. 3. 1. 2. — *se exercitando* bas. — *exercitatione* d3. — *se exercendo* habent etiam T. B. Eyb. S. m. — Verbum *exercitare*, si participium praeter. excipias, Ciceroni inusitatum est: subrepsit etiam pro *exercere* Fin. IV, 3, 6. ad quem locum Goerenz. nostro loco *se exercendo* e quatuor suis libris et Eyb. restituit. Nec ego velim pronomen omitti, quamquam legatur Fin. I, 20, 69. *si ludicras exercendi aut venandi consuetudines adamare solemus*, et Orat. II, 71, 287. *ut M. Lepidus, quum, ceteris in campo exercentibus, in herba ipse recubuisset.* Etenim utroque loco corporum exercitatio intelligitur, armorum illa quidem ope instituta. Hoc loco tamen, etsi ante dixit *subveniendum est animo — nisi — instilles*, et statim *levantur* (h. e. leviores, agiliores fiunt), pronomen nolim reiici. *Gernh.*

Caecilius] idem, cuius versus laudantur cap. 8, 1. 2. Versus integros senarios affert Cicero in Lael. 26, 11. ubi vid. Beier. Adde Victor. Varr. Lectt. VIII, 12. Sunt ex Epiclero Caecilii.

comicos] *comicus* R. E. bas. d4. 5. editt. vett. cum S. m. M. except. Eyb. *α*1. La. L. om. d1. — *stultos comicos* v2. — *Coamicos* Gifan. Cod. ipso male probante. Cfr. Gronovii Obss. in scripptt. eccles. etc. c. 2. p. 24. — Sic *comicus adolescens* (i. e. talis, quales inducuntur in scenam ad risum movendum.) in or. pr. Rosc. Am. 16, 47. et *comica moecha* dicitur ap. Propert. IV, 5, 44. *Beier.* l. c. Adde Turneb. Adv. XIII, 6.

stultos senes] *senes stultos* d4. — *stultos* om. i. —

hos significat] *hoc sign.* d3.

credulos, obliviosos] *et cred. et obl.* d3. — *et cred. obliv.* Med. — Quae sequuntur inde a voce *obliviosos* usque ad voc. *nasci* c. 11, 39. in cod. A. usque ad *Pyrrho persuaderetur.* c. 13, 43. et verba *expletis iucundius* c. 14, 47. usque ad cap. 15. *cola* (*agricola* pro *agricultura*) *sollertius* ad caput 17. transposita sunt haud dubie, ut Chr. Godofr. Müller. iudicat, qui hos codd. possedit et contulit, non tam in scribendo, quam plagellis male componendis; nam replent ipsas tres plagellas. *Gernh.*

sunt non] *non sunt* 1*α*.

inertis] *inertiae* d4.

ignavae] *ignavie* R. T. 1*α*. d4. — *et ignavae* d1. e.

somniculosae] *somniculosaeque* T. d1. 3. 4. 5. e. i. n. o. *v*. *φ*. Med. — Plautina vox apparet Capt. I, 1, 31. *Haud somniculose hoc agendum est*, et Amphit. II, 175. Martial. III, 58, 36. *somniculosi glires* Colum. II, 1. med. et I, 8. *Gernh.*

senectutis] *aetatis* Venet. 1. Docta variatio, ne bis recurreret *senectutis*.

est adolescentium] *adol. est* d4. — *adolescentum* E. e. r. v2. *α*1. a1. V. — *est* om. E.

tium, quam senum; nec tamen omnium adolescentium, sed non proborum: sic ista senilis stultitia quae deliratio appellari solet, senum levium est, non omnium. Qua- 37
tuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tan- 8
tas clientelas Appius regebat et caecus, et senex: intentum enim animum tamquam arcum habebat nec languescens succumbebat senectuti. Tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos: metuebant servi, verebantur liberi, carum omnes habebant;

---

quam senum] haec verba usque ad *adolescentium* in ψ. desunt errore oculorum.

nec tamen omnium, sed non proborum] *nec tantum omnium, sed non probatorum* r. v1. — *probatorum* est etiam in Asc. 1. Sed cfr. Offic. III, 8, 4. (36.) laudante Klein. p. XII. — *nec tamen omnino adolescentium* α1. — *nec tamen omnium, sed stultorum* o. — *omnium* om. Cratand.

sic ista senilis stultitia] *sic senilis ista stult.* Eyb. — *senilis inscitia* d4.

deliratio] a re rustica translata. Plin. XVIII, 20. *Hoc quoque ubi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare operientes semina, unde primum appellata deliratio est.* Drakenb. in Dict. melius duci putat a λῆρος. In quo non assentior. *Gernh.*

senum levium est, non omnium] *non senum omnium, sed levium est* d3. — *non* Erf. supr. vers. — *est* om. d1. c. — *levium* om. Froben. — *aliorum* v3.

§. 37. *Quatuor robustos filios*] *Nam quat.* Eyb. — *filios tantum* R. — Drakenb. in Dictat. ad h. l. monet esse de aetate adulta, de pubertate intelligendum, ut de Harusp. Resp. c. 20, 42. *Gernh.*

quinque filias] *et filias quinque* d1. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. m. L. — *et quinque fil.* d4. b. Eyb.

tantas] *et tant.* Eyb.

Appius] de quo cap. 6, 2.

regebat] *habebat* d4.

et senex et caecus] *et caec. et sen.* R. E. T. bas. lα. d3. 4. 5. b. Med. O. Hunc verborum ordinem, si conferas cum iis, quae cap. 6, 2. dicuntur, reiicias. H. l. unus verus; in illo enim loco necesse erat, demonstrare senectutem vires non minuere; hoc loco ostendere vult, etiamsi corpus infirmum sit, animo tamen res posse geri.

intentum enim animum, tanquam arcum habebat] *enim* om. d4. qui habet *intentum an. habeb. t. ar.* Citat h. l. Non. s. v. *intendere* p. 358.

senectuti] *senectute* R.

Tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos] *tenebat enim non* etc. Man. 5. P. — *non solum auct. sed imp.* Eyb.

metuebant servi] *met. eum s.* d1. e. i. n. η. o. v. ψ. b. c. pauci Man. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. V. m. M. w. — *servi sui* c.

verebantur] *reverebantur* E. i. n. η. o. ψ. d4. b. c. Eyb. — *Reveremur* autem quos aetate, sapientia, dignitate antecedentes observamus; *veremur*, quorum imperata, ut ingenui homines, facimus, ut liberi parentum. *Gernh.* Vide de verborum *metuere*, *vereri*, *reve-*

38 vigebat in illa domo mos patrius et disciplina. Ita enim
9 senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum
retinet, si nemini mancipata est, si usque ad ultimum
10 spiritum dominatur in suos. Ut enim adolescentem,

---

veri differentia librum praestantissimum, qui inscribitur: Döderlein, latein. Synon. T. II. nr. 58. inprimis p. 190, 10. ubi nostrum locum affert.

vigebat] *vigebant* o.

in illa domo] *in ea domo* d5. r. v1. 2. B. Eyb. α1. a1. cr. h1. S. m. L. — *in illo* om. *domo* ut referatur ad Appium, Med. — *in eo* eodem modo Pith. Exc. d3. e.

patrius mos] *animus patrius* Pith. Exc. — *animus patris* d4. — *mos patrius* E. bas. lα. d1. 5. B. Eyb. Med. La. M. L. P. w. O. Quum nulla sit oppositionis significatione opus, verissimum censeo ordinem optimorum codd. Eodem modo locutus est Cic. de Or. I, 18, 84: *his — mos erat patrius Academiae.* Parad. IV, 3. et sic semper, ubi nulla est oppositio. Vid. Ern. Clav. s. v. *patrius* et Nizol. Lex. Cic. — *vigebat in illo animus patria disciplina:* „alias": *patrius disciplina* R. — *vigebat in eo mos patrius, disciplina* bas. Corrupta tamen Regii scriptura satis vindicat nostram. *Orell.*

§. 38. *Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit*] Citat h. l. Non. p. 134. s. v. *emancipare* sed habet: *ita senectus minus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur.* — *itaque sen. hon. etiam se ipsam def.* Eyb. — *si se ipsam defendit* lα. d3. 4. η. o. v. v1. B. Eyb. Sed vid. Ochsner. p. 34. — *defendat* r. v1. 2. cr.

si ius suum retinet] sequuntur ap. Eyb. haec: *si sine vitio.* Tum sequitur: *si nem.* etc.

nemini] *nulli* Eyb.

emancipata] *mancipata* R. E. T. bas. lα. Dresdenss. omnes 07x. c. r. v1. 2. B. Eyb. α1. a1. 2. cr. f. h1. V. m. La. M. O. Vulgata est praeter meos ap. Non. in Man. 2. Palat. 1. P. — *mancipata* ex constante usu Gaii. v. Elvers. Prompt. p. 219. et 413. seqq. Item Tertull. Apol. 21. *si eidem deo manciparemur.* Cfr. etiam Gronovii Obss. in Eccles. p. 34. *Orell.* Adde Senec. de Benef. 1, 3. *Graecis mancipatus.* Gronov. ad Senec. Epist. 45. Sensus est: non se tradit tanquam mancipium in curam et tutelam aliorum, v. c. uxoris aut filii, aut nepotis etc.

extremum spiritum] *ultimum* Non. R. E. T. bas. lα. d3. 4. i. u. η. o. v. ψ. Med. V. La. M. P. w. — *spiritum* om. lα.

dominatur in suos] *in suos* om. e. — tenet imperium in familiam suam: quae lectio non est ita contemnenda, ut Graevio videtur. Ipse et alii leg. *vindicat ius suum.* Sed lectio haec incidit in tautologiam, quum proxime dixerit *ius suum retinet.* *Facc.* Graevium in errorem induxit Lambinianorum quorundam Codicum et Pithoeani, qui habet *iustum* pro *ius suum*, auctoritas, cui ceterorum omnium lectio opponitur. Est certissima, Graevius ait, Ciceronis manus. *Vindicet suum ius* est ut paulo ante dixit, retineat *ius suum*, seu auctoritatem et imperium in suos, metuant servi, vereantur liberi, nulli sit emancipata: si non est sub tutela suorum liberorum aut cognatorum. Sic *iure suo agere* dicuntur, qui libere agunt, nemine impediente. Flor. I, 17. *Captisque superioribus iugis in subiectos*

in quo senile aliquid, sic senem, in quo [est] adolescentis aliquid, probo; quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo nunquam erit. Septimus mihi Originum 11

suo iure detonuit. Et lib. III, 17. *Equites Romani tanta potestate subnixi peculabantur suo iure rempublicam.* Sed et Ciceronem sic locutum esse dudum monuit I. F. Gronov. *Dominatur in suos* est verborum illorum, quae male eiecerunt, interpretatio, (Imo, quo sensu Romanus paterfamilias diceretur *dominari in suos*, interpretari voluit, qui scripsit *vindicet ius suum*), sed posteriorum temporum. *Dominari* enim *in suos* sub rep. libera tribuebatur tantum tyrannis, cum de hominibus loquerentur. Notum enim est, quam invisum fuerit vocabulum *dominari* (Ita mireris, quod Cicero Orat. I, 8, 30. dixit dicendi facultatem dominatam esse in libero populo.) et *dominus* in libertate. Inde nec Augustus, nec Tiberius domini volebant salutari. Haec Graevius. Verum enim ad Appii exemplum *dominari in suos* est imperium tenere in suos, quod etiam Schütz. monuit. Neque probatur Withofii coniectura in fasciculo I. a Grimmio edito Düsseldorf. 1798. p. 140., qui ex utraque lectione fingit tertiam quandam, *continuat opus suum*, ut respiciantur et ea opera, quae cap. 6. et seqq. a viris doctis ad vitae finem usque continuata dicantur, et quae statim Cato dicat a se tractari. Haec ab hoc loco quam sint aliena, in promptu est. *Gernh.*

in quo senile aliquid] *est* add. lα. e. i. n. ν. η. — *est sen. al.* R. E. d1. 1β. — *est al. sen.* d4. — *al. sen. est* bas. — *sen. est al.* L. — *in quo al. sen.* Wechel. — *sen. al. sit* d5. Eyb. Med. S. — *senis aliq.* marg. Crat. —

in quo est aliquid adolescentis] *adol. est al.* r. v1. 2. α2. a1. cr. m. — *est adol. al.* 1β. V. — *al. est adol.* M. w. — *in quo al. adolescentiae sit* Eyb. — *in quo adol. probi est al.* α1. f. h1. — Vulgata est etiam in R. T. bas. L. G. Notandus restat nescio quis error Orellii, qui dicit *in quo est al. ad.* esse in Lambin., idem tamen paullo post laudat eandem lectionem, ut singularem Lambini. Quam primam posuit ut Lambinianam, vera est. — *laudamus* post *adolescentis* addunt v2. α1. a1. 2. f. h1. S. pro vulgata *probo.*

quod qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo nunquam erit] *senex esse corpore poterit* B. Eyb. — *quod qui sequitur, senex erit animo* d3. 5. — *esse* om. η. — *animo vero* e. — *erit* om. Oxon. ν. quod Goerenz. ad Acad. I, 17, 26. ex uno Vimariens. deletum vult. Arrisit Orellio haec sententia, at vereor, ne numerus offendatur. Idem Goerenz. ad Legg. I, 14, 41. et ad Acad. l. c. et in Iahn. Annal. philol. de ann. 1826. I, 2. p. 312. e duobus scriptis codd. h. l. *sequetur* restitui vult. Librarios enim, si duo futura se excipiant, in alterutro peccare. Conferri iubet Cic. pro. Cluent. 46, 207. (potius §. 129.) ubi *voles, volet* transiit in *velis — velit*, et quae dixerit ad Acad. II, 14, 44. Sed non opus esse hac mutatione exemplis docuit Ochsner. p. 211. et Ellendt. de enunciatis conditionalibus apud Latinos p. 20.

Originum liber] *liber Origin.* E. bas. lα. Dresdd. omnes. Med. La. M. L. P. — *liber est Orig.* T. — Horum librorum argumentum exponit Corn. Nep. in vit. Caton. c. 3, 4. comp. Brut. c. 17. *Iam vero Origines eius, quem florem aut quod lumen eloquentiae non habent?* Coll. c. 85. extr. *Gernh.* — De locutione *est in manibus* Drakenb. haec monuit: In manibus esse dicitur de libro, qui ubique exstat et

liber est in manibus; omnia antiquitatis monumenta colligo; causarum illustrium, quascumque defendi, nunc quum maxime conficio orationes; ius augurium, pontificium, civile tracto; multum etiam Graecis litteris utor Pythagoreorumque more exercendae memoriae gratia,

---

ab omnibus legitur (ut c. 4, 12.), sed h. l. alio sensu sumi debet, quum dicatur liber esse in manibus auctoris, qui ei componendo, poliendo, vel emendando operam dat. Cic. ad Att. IV, 13. et XIII, 47. Duplici hac significatione etiam aliam locutionem usurpari, *haberi in manibus*, docet Vorst. de Latin. falso susp. 7.

omnia antiquitatis monumenta colligo] *et omnia* d5. Med. — *omnium* ψ. — Intelligere videtur inprimis ἀποφθέγματα, h. e. multa multorum facete dicta a sene Catone collecta. v. Offic. I, 29. *Gernh.*

causarum illustrium, quascunque defendi, nunc quum maxime conficio orationes] *causarumque* V. — *causasque* e. — *nonnunquam maxime* ψ. — *non* i. a. supr. vers. d3. — *quam maxime* E. 1α. d1. 3. 4. r. v1. 2. Med. α1. a1. 2. cr. f. h1. La. — *quum maxime* Cod. Mos. L. Lall. Sch. 2. G. — Iacob. Gronov. in MS., inquit, quem vidisse me testor, erat scriptum *qum maxime*, et medio spatio super *u* et *m* erat posita vocalis *a*. An dubium potest esse, quin Tullius dederit *nunc cum maxime?* Pro Cluent. c. 5. *Quae multos iam annos et nunc quum maxime filium interfectum cupit. Quum maxime* pro *ut quum maxime* (vid. Ern. Clav. Cic. s. h. v.) egregie convenit, restitutumque a Bentleio ex optim. codd. Ter. Heaut. IV, 5, 40.

atqui quum maxume
Volo te dare operam, ut fiat vera alia via.

et Andr. V, 1, 5. (de utroque loco indicando Ern. l. l. corrigendus est.)

Immo enim nunc quum maxume abs te postulo atque oro Chreme.

invitis omnibus suis codd. *Gernh.* Vid. Lindem. ad Auct. ad Her. IV, 6, 197. p. 261. — *orationes conficio* La. M. L. w. — *rationes* libri aliquot Lang. et Pith. — *orationem* n. — *defendo orat.* e. — De re vid. Brut. c. 16. *Catonis orationes non minus multae fere sunt, quam Attici Lysiae, cuius arbitror plurimas esse.* ibid. c. 17. Comp. Liv. XXXIX, 40. et Plut. Cat. M. c. 7. De causis, cur antiqui oratores Romani saepe, rebus forensibus transactis, orationes suas composuerint, vid. F. A. Wolfium in praefat. ad Orat. p. M. Marcello p. XVI. seqq. *Gernh.* Cfr. Ellendt. Prolegg. ad Brut. p. XCI.

ius augurum] *augurium* d4. m. L. P. O. Hoc unum verum h. l. censet Orell. qui ad libr. II. de Divin. 33, 70. haec habet: *ius augurium* cum codd. compluribus Iac. Gronov. 1692. Davis. Exquisita lectio, satisque firmata aliis locis. ad Fam. III, 9. Cato §. 12. (ibid. §. 38. *ius augurum, pontificum* corruptum est ex: *ius augurium, pontificium*, uti sum editurus.) *ius augurum* ceteri: ut sine varietate est infra §. 75. (cap. 35.); sed fortasse aeque corruptum.

pontificum] *pontificium* d4. α1. a1. 2. — *pontificumque* d1. e. — *et pontificum* Oxon. o.

Graecis literis utor] *in Gr.* E. — *lit. Gr.* T. d3. 4. r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. S. L. — v. c. 1. extr. et c. 8. extr. Hoc loco recte habet *Graecis lit.* Vult enim maxime significare, se senem vel alias literas discere. Tantas esse vires.

Pythagoreorumque] *Pictagoreorum* d1. α1. — *Pythagoreorum* Man. 7.

quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro
vesperi. Hae sunt exercitationes ingeni; haec curricula 12
mentis; in his desudans atque elaborans corporis vires non magnopere desidero. Assum amicis; venio in senatum frequens ultroque affero res multum et diu cogitatas, easque tueor animi, non corporis viribus. Quae si ex- 13
sequi nequirem, tamen me lectulus meus oblectaret ea

— *Pythagoreo* d3. 5. e. Man. 1. Med. — *Pythagoricorumque* Man. 1. — *Pythagoraeque.*

quid quoque die dixerim] *quicquid hodie* lα. — *quidquid quoque die* d1. — *quid quoque in die* d4. — *quicquid quoque in die* d5. e. — *quid quotidie* i. — *quid quo die* Non. η. o. v. — *quid quoque dix.* v2. — *quodcunque dix.* a1. 2. cr. — *quod quoque dix.* r. v1.

audierim] *aut aud.* d1. — *audiverim* r. v1. 2. α1. 8. m. La. M. L. P.

commemoro] *commemorabo* lα. o. Nonius laudat h. l. sub ead. v. p. 119., et explicat *in memoriam* revoco, commonefacio.

vesperi] *ad horam vesp.* d3. — *vespere* E. — Versus Pythagorae in carmine aureo v. 40—44. sunt hi:

μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προςδέξασθαι,
πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.
πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
ἀρξάμενος ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι, καὶ μετέπειτα
δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο, χρηστὰ δὲ τέρπου.

haec curricula mentis] *haec sunt curr.* d1. — *mentis curr.* Eyb. — Metaphora sumpta a ludis Circensibus, in quibus iuvenes exercebantur. Eadem locutio est in Lael. c. 12. *Curriculum petitionis* habet Cic. pr. Muren. c. 22, 46.

in his desudans] *his omnibus desud.* d1. 4. e. — *in omnibus his* d3. — *in quibus des.* d5. — *omnibus his* Med.

elaborans] *laborans* d1. e. Eyb. Med.

Assum amicis] scil. *in iudicio*, ut pr. Quinct. c. 8, 30. *Gernh.* Dicitur enim imprimis de oratore et advocato, qui clientis causam defendit et praesidio est. Cic. ad Att. I, 1. *rogavit me Caecilius, ut adessem contra Satrium.* Vid. intprr. ad Cic. or. pr. Rosc. Am. 1. *omnes, quos videtis adesse in hac causa.*

ultro] i. e. non incitatus: ohne Veranlassung. Vid. Ochsner. p. 138.

multum et diu] *multum diuque* d5. Med. — *diu et multum* d4. — *multum excogitatas diu* d1. Vid. ad cap. 3, 7.

easque tueor animi, non corporis viribus] *easque tueor non corp. sed animi vir.* d4. — *que* om. Med. — *animo* i.

Quae si exsequi nequirem] *quas* d1. 3. 4. e. η. o. v. ψ. b. c. Med. Refertur non ad illas *res*, quas modo dixerat, sed ad omnia, quae narraverat. vid. ad cap. 3, 1. — *nequiverim* e.

lectulus oblectaret meus] *lectulus meus* R. E. bas. lα. Dresdd. omnes. Med. α1. f. S. — *meus* om. r. v1. 2. La. M. L. — *lectulus* erat in quo recumbebant veteres meditationi vel scriptioni operam daturi. Cfr. Orat. III, 5, 17. (ibique O. Müller.) Plin. Epist. V, 5. Suet. Aug. 78. ibique Casaub. *Gernh.*

ipsa cogitantem, quae iam agere non possem: sed, ut
14 possim, facit acta vita. Semper enim in his studiis labo-
p. 85. a. ribusque viventi non intelligitur quando obrepat senectus.
Ita sensim sine sensu aetas senescit; nec subito frangitur, sed diuturnitate exstinguitur.

39 XII. Sequitur tertia vituperatio senectutis, quod eam
1 carere dicunt voluptatibus. O praeclarum munus aetatis, si quidem id aufert nobis, quod est in adolescentia vitio-

---

cogitantem] *excogitantem* d1.

quae iam agere non possem] *iam* d1. 3. Med. — *possum* E. — *possumus* ed. vet. — *agere* om. ed. vet.

acta vita] *iam act. vit.* i. ψ. — *bene acta vit.* n. — *ante acta vita* d1. 4. η. c. —

enim] om. E.

in his studiis laboribusque] *in his* om. e. — *his* om. lα. — *istis* α1. f. S. —

viventi non intelligitur, quando obrepat senectus] *quantum* d3. — Cave simpliciter positum putes Dativum pro *Ablativo* cum praepos. *a*, ut sit pro: *a vivente non intelligitur*, sed est potius germanice: Einem in diesen Wissenschaften Lebenden kommt unvermerkt das Alter über den Hals. *Non intelligitur* non referendum est ad Dativ., sed enunciatum ita construe: Semper enim in his studiis laboribusque viventi quando obrepat senectus, non intelligitur scil. *ab eo*. Est igitur brevitas quaedam dicendi, et pertinet ad id genus, de quo cap. 2. *a qua non verisimile est.* Proprie enim dicendum erat: Non enim intelligitur, quando in his studiis laboribusque viventi senectus obrepat. Sed ut periodi numero consuleret, scripsit ita Cicero, ut est in contextis. Sic hic locus eximendus est eorum numero exemplorum, de quibus dixit Zumpt. Gr. Lat. ed. 5. §. 419. not. Vid. etiam ad cap. 1, 6.

Ita sensim sine sensu aetas senescit] *sensim sensu aetas sen.* d4. De Sigmatismo, quem dicunt Grammatici, s. de parechesi vid. Beier. ad Lael. 21, 11. Ephemerid. Schol. de ann. 1828. fasc. II. scid. 50. p. 404. Ochsner. p. 275. Victor. Varr. Lectt. XXXVI, 20. Columna in vit. Ennii praefixa editioni Ennii Fragm.

Cap. XII.

§. 39. *Quod eam carere dicunt volupt.*] *quod eam dic. car.* d1. n. cr. — *quod ea carere debet* ed. vet. —

O praeclarum] *sed o pr.* d1. e. Eyb. Med.

munus — aufert] Oxymoron recte animadvertit Ochsner. p. 211.

id aufert nobis] *aufert nobis id* E. — *id* om. bas. d4. c. — *id aufert a nobis* R. lα. b. c. i. η. Man. 13. Med. La. S. M. P. w. — *id auferat a nobis* d3. — *aufertur* e. — *id aufertur a nob.* d5. — Hic non tam locus, unde ablatum sit, quaeritur, quam cui id bono fuerit. *Gernh.*

quod est in adolescentia vitiosissimum] *quicquid etiam in adol. vit. est* d3. — *quod in adol. est vit.* d4. — *vitiosum* e.

sissimum! Accipite enim, optimi adolescentes, veterem orationem Archytae Tarentini, magni in primis et praeclari viri, quae mihi tradita est, quum adolescens essem Tarenti cum Q. Maximo. „Nullam capitaliorem pestem, 2
quam corporis voluptatem, hominibus dicebat a natura datam, cuius voluptatis avidae libidines temere et effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc patriae proditio- 40
3

---

enim] *ergo* d4. ψ. — om. *enim* o. v.

optimi adol.] *adol. opt.* lα. d3.

vet. or.] *orat. vet.* d4.

Archytae Tarentini] quem Diog. Laert. VIII, 79. tradit et septies magistratum gessisse, et quum exercitui praeesset, nunquam esse superatum. Idem Pythagoreus in geometria excelluit, et in arte mechanica. v. Gell. X, 12. Naufragio in litore Apuliae ad promontorium Matinum sepultus est. v. Hor. Od. I, 28. *Gernh.* Unam huius orationis paragraphum laudavit Lactant. Divv. Institt. VI, 20, 4. et Eyb. in marg. poet. etc. in excerpt. ex Lactant. l. VI.

praeclari] *praeclarissimi* η.

tradita est] *etiam* add. Med. cr.

quum essem adol.] *cum adol. essem* d5. — *eram* ψ. — *cum essem Tarenti adol.* d3.

cum Q. Maximo] v. c. 4, 10. et Plutarch. Cat. M. c. 2. qui totam orationem attulit.

Nullam] *non ullam* T.

corporis vol.] *vol. corp.* E. T. bas. lα. Dresdd. omnes. (non R.) B. Eyb. Med. cr. V. L. P. w.

hominibus dicebat a nat. dat.] *dicebat hom. a. n. d.* Man. 11. — *hom. esse dic.* d4. — *diceb. a nat. dat. hom.* d1. — *natura* om. a. α1.

cuius voluptatis avidae libidines] laudat hunc loc. Charis. lib. II. p. 178. P. *quorum avidae libid.* — *cuius voluptates* d3. — *cuius voluptates avidae libidinis* (e) E.

temere] *blind.* Vid. Fischer. ad Platon. Phaedon. c. 11. p. 275.

incitarent] *incitarentur* habent Charis. l. l. R. E. T. d1. 3. Oxx. omnes. editt. vett. exc. Eyb. Med. — Nobbe: *incitarent*[*ur*]. — Vulgatam habent etiam bas. b. B. Eyb. Gernhardus defendit Activum, quod mirum sit *voluptates avidas* i. e. *potiundi cupidissimas* dici ad potiundum *incitari*, quum ipsae potius temere et effrenate, h. e. sine ratione et modo hominem incitent, ut paullo post *ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret* — *stupra* — *excitari;* mox *incitatum aliquem voluptate corporis* — *voluptas animi lumen exstingueret.* Quibus non convenire §. 42. coll. Offic. I, 29, 102. At primum summa codicum h. l. est auctoritas, quum optimi Passivum tueantur, quod verisimilius est mutatum in Activum a scribis, quam contra. Deinde, quamquam sensum bonum habet Gernhardi explicatio, tamen Passivum bene defenditur ea ratione, qua defendit Ochsner. p. 212: *Libidines incitantur* h. e. impelluntur, feruntur. Commendatur etiam Passivum per Adverbia *temere* et *effrenate;* libidinibus enim aperte h. l. tribuitur *temeritas* et *effrenatio.* Denique quod sequitur Activum *impellerent* non probat, Activum ponendum *incitarent.* Nam quis praescribat Ciceroni, quid dicere voluerit?

§. 40. *Hinc patriae proditiones*] *hinc proditiones fieri dicebat* d4.

nes, hinc rerumpublicarum eversiones, hinc cum hostibus clandestina colloquia [nasci]; nullum denique scelus, nullum [malum] facinus [esse], ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret; stupra vero et adulteria et omne [tale] flagitium nullis illecebris excitari aliis, nisi

---

eversiones] *subversiones* i.

nasci] *esse dicebat* e. — *nasci* om. *lα*. c. — *nasci dicebat* T. d1. 4. 5. *η*. Man. 11. tres Contareni, editt. vett. cum B. m. exc. Med. V. La.

malum facinus] Citat h. l. Nonius s. v. *facinus* p. 339. qui habet: *malum esse facinus* — *nullum facinus esse aut manuum* d4. — *facinus esse malum* bas. d3. Med. — *facinus malum* Eyb. — *magnum facinus* editt. vett. exc. *α*1. V. La. L. w. Lall. Cet. — *malum* om. E. Petrarcha. Probat omissum vocabulum *malum* Wunder., quod cur improbet Orell. non assequor. Wunder. p. CXX. ita disputat: Etsi scio, facinus dici malum posse, dictumque a Tibullo esse, tamen h. l. adiectivum illud non esse a Cicerone profectum, licet nullus meam sententiam codex confirmaret, sine dubitatione contendo, cum multo illud levius sit, quam quod sermonis gravitati conveniat, nec additum unquam sit praecedente verbo *sceleris*, quo satis cavetur, ne quis quod sequitur nomen *facinoris* in bonam partem accipiat. Prorsus assentior Wundero, cuius argumentis hoc addi potest, quod et sedes vocis vaga et alii aliud adiectivum substituerunt. Alteri Wunderi argumento fidem facit locus Cic. N. D. III, 18. *Furiae vindices facinorum et sceleris.* Alter locus, quem laudat Doederlein. latein. Synonym. T. II. p. 146. ex Cic. or. pr. Sext. 27. non recte est laudatus. Locum non reperio. Tac. Ann. X, 34. *O facinus! o scelus.* Nam qui opponi possit locus Martial. XI, 94. *O scelus! o magnum facinus, crimenque deorum*, poetarum licentiae assignandus. Similem Ciceronis locum non novi. Sumpsi exempla a Doederlin. l. c. ubi vid. nr. 50, 12., qui doctissime de differentia verborum, quae nostro loco coniunguntur, disputat p. 143—147. Cfr. Ochsner. p. 212.

ad quod suscipiendum] *ad quod non suscip.* La. P. — *ad quem α*1. — *libid. vol.*] *volupt. lib.* T.

et adulteria] *et* om. h1. S. — *adulterium* d3.

tale] om. S. Fortasse tacito Lactantium est secutus. Fulcrum videtur hoc vocabulum; incluserim. Respexisse videtur ad h. l. Lactant. VI, 19, 10.

nullis aliis illecebris excitari] *nullis exerceri aliis illecebris* E. — *nullis excitari aliis illecebris* Lactant. l. c. R. bas. d3. 5. Med. Eyb. Petrarcha. Alii codd. ap. Klein. p. XIII. Orell. — *nullis aliis excit. ill.* d4. — *nullis aliis ill. incitari η*. Man. 4. B. Eyb. L. — *nullis al. ill. excitari posse* i. b. — *nullis al. exc. ill. posset* (*posse?*) d4. — *nullis enim aliis rebus illecebr. excit.* membran. Metell. — *nullis excit. ill. al.* La. — *nullis incit. ill. al.* P. — *nullis illec. excit. al.* 3. — Gernhardi ordinem habent etiam S. m. 1. 2.

nisi voluptatis] Sic praeter libros Lactant. — *voluptatibus* bas. d1. 3. e. *ψ*. Man. 6. membranae Metell. B. Eyb. — *voluptate* a. Pith. editt. vett. cum m. exc. Med. a1. f. V. La. w. — Gruterus suspicatus est, illud *nisi voluptatis* esse a glossa. Retinendum vero, et in qua-

voluptatis. Quumque homini sive natura sive quis Deus 4
nihil mente praestabilius dedisset; huic divino muneri
ac dono nihil [esse] tam inimicum, quam voluptatem.
Nec enim libidine dominante temperantiae locum [esse]; 41
neque [omnino] in voluptatis regno virtutem posse con- 5
sistere. Quod quo magis intelligi posset, fingere animo 6
iubebat tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta
percipi posset maxima: nemini [censebat] fore dubium,

---

vis huius loci periodo vox *voluptatis* repetenda, unde tot tantaque mala repetuntur. *Gernh.* Pro *nisi* habet *quam* Lips. *a.* Male. Vid. Ochsner. p. 213. 201.

quis deus] *deus quis* Med. in quo vestigia possint esse tertiae lectionis *sive deus aliquis.* cfr. Cic. Acad. II, 19, 61. 7, 19. Sed vulgatam tuetur Lactant. et Eyb.

nihil mente praest.] *nihil pr. ment.* d1.

esse tam] *tam esse* E. d1. 4. a. v1. 2. 3. Med. α1. 2. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. Lugdun. 1556. Facciol. g. Omittunt *esse* Lactant. et Eyb.

quam voluptatem] *dicebat* add. ψ. — *voluptas dicebat* i. Accusativus pertinet ad id genus, de quo ad cap. 1, 1. diximus ad verb. *ut Flamin.*

§. 41. *Nec enim*] *neque enim* T. bas. lα. d1. η. Eyb. — *nihil enim* i. — *enim* om. n. *v.*

locum esse; neque omnino in vol. regn.] *esse locum omnino, neque in* d1. — *loc. esse omnino,* v1. 2. α1. f. V. — *loc. esse dicebat* d3. — *locum neque* om. Roman. — *nec omnino* a1. cr. V. La. L. w. — *omnino* om. Lactant. et Eyb. Lactantii auctoritas me movet ad excludendam vocem. — *in* om. T. d3. Quod particularum nexum attinet, difficillimum ad iudicandum est, quae connexio sit quoque in loco praeferenda. Coniunguntur enim apud Ciceron. saepissime *nec — neque; neque — nec,* et semper fere in MSS. confunduntur. (vid. ad cap. 3, 8.). Quare optimos libros sequendos puto. Goerenz. ad Legg. I, 8, 24. *neque — neque* disiunctionibus inservire, *nec — neque* copulandis rebus dicit.

posset] *possit* T. lα. d3. 4.

fingere animo iubebat tanta incitatum aliquem voluptate] *f. an. aliquem iub.* Oxx. plerique, a et editt. vett. cum m. exc. La. L. w. — *fing. aliquem an.* Crat. — *tanta incitatum aliquid vol.* d1. — *tantum incitatum aliqua vol.* d3. — *fingi* Eyb. quod passivum est ex correctione; intelliguntur enim *auditores.* Cave eiiciendam putes voculam *aliquem* propter sedem vagam. Ex multis locis, quos similes affert Ochsner. p. 213., compara simillimum Cic. Fin. I, 12, 41. *Statue — aliquem confectum tantis animi corporisque doloribus, quanti in hominem maximi cadere possunt* etc.

quanta percipi posset maxima] *percipi* om. Man. 4. Palat. 2. Guil. La. M. L. w. assentientibus Wetzel. et Goez. Retulerunt nimirum scribae verba *quanta posset maxima* ad *incitari,* ut plena oratio esset: *quanta incitari posset maxima.* Verbum *percipi* respondet verbo *gauderet — possit max.* d4. Vide de hac loquendi forma Ochsner. p. 213. Cic. Phil. III, 2, 4.

nemini censebat fore dubium] *nemini fore censebat dub.* d3. Mihi

quin tamdiu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, ni-
7 hil ratione, nihil cogitatione consequi posset. Quocirca
b. nihil [esse] tam detestabile tamque pestiferum, quam
voluptatem: si quidem ea, quum maior esset atque lon-
8 ginquior, omne animi lumen exstingueret." Haec cum
C. Pontio Samnite, patre eius, a quo Caudino proelio

---

suspecta est vox *censebat*, quae facillime ἀπὸ κοινοῦ repeti potest ex *iubebat*.

tamdiu dum] *tamdiu* semper putavi delendum, nam est in *dum*. Est quidem et alibi *tamdiu* sequente *dum*, sed interposito verbo, ut Offic. II, 12. *tamdiu laudabitur dum*. *Ern*. Scilicet immemor fuit Vir D. notae suae ad Verr. IV, 3, 6. *C. Claudius — usus est hoc Cupidine tamdiu, dum forum diis immortalibus populoque Rom. habuit ornatum.* ad quem loc. ipse Ern. monet: *tamdiu* πλεονάζει, sed Cicero saepius hac forma usus est. Similium locorum numerum sat magnum praebet Scheller. in Obss. ad h. l. *Gernh*. Laudat Schellerus hos locos: Flacc. 17. Tusc. V, 33. ad Div. IX, 12. Attic. IX, 6. Alios locos vid. ap. Ochsner. p. 213. Adde Senec. brev. vit. cap. 15. ex.

agitare] *agere* 1α.

nihil esse tam detestabile] *esse* om. d1. r. v1. 2. α1. a1. 2. f. m. — *det. esse* bas. d3. 4.

pestiferum] *esse* add. d1.

si quidem ea, quum maior esset] *si quidem cum ea* d1. — *siquidem ea voluptas* d3. 5. — *si quidem ea maior cum voluptas esset* d4.

longior] *longinquior* E. T. n. u. η. o. v. φ. V. La. M. b. (non R. bas.) quod quum promiscue usurpetur et fere elegantius sit, iudice Orellio, praeferendum censeo. Gernh. comparat Fin. II, 29, 94. *quod autem magnum dolorem brevem, longinquum levem dicitis, id non intelligo quale sit.* Cfr. Tusc. V, 31, 88. *Item de dolore certa habet, quae sequatur; cuius magnitudinem brevitate consolatur, longinquitatem levitate. Vitam longinquam* ex Plaut. Mil. III, 1, 135. laudat Orell. Accedit ad haec, quod minus probabile est *longus* scribas interpretatos per elegantiorem vocem *longinquus*.

lumen animi] Somn. Scip. 2. *Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriae lumen animi, ingenii, consiliique tui. Gernh.*

C. Pontio] Drakenb. in Dict. ad h. l. haec monet: Ipsum, qui Romanos proelio laud. superavit, C. Pontium et patrem eius Herennium Pontium v. Liv. IX, 1. et 3. et Val. Max. VII, 2, 14. Itaque statuendum est, Catonem confundere patrem et filium, vel, quod potius videtur, patrem aeque ac filium vocatum fuisse *C. Pontium*, adeoque Liv. IX, 1. dixisse *C. Pontium Herennii filium*, quo sensu etiam dixit *Q. Fabium Maximi filium*. Liv. X. ult. Ad superiorem Livii locum idem V. D. ex Aurel. Vict. de vir. ill. c. 30. accuratius monet, patrem *Herennii* cognomen habuisse, filium *Thelesini*. *Gernh.*

patre eius] *eius patre* d3. — *patreque* v1. 2. α1. f. h1. Vide quae modo retuli a Drakenb. profecta.

Caudino proelio] *in Caud. pr.* E. 1α. d1. 3. 4. editt. vett. cum S. m. exc. V. La. L. w. — In angustiis ad Caudium inter Calatium et Bene-

Sp. Postumius, T. Veturius consules superati sunt, locutum Archytam, Nearchus Tarentinus, hospes noster, qui in amicitia[m] populi Romani permanserat, se a maio-

---

ventum inclusi dederant se non tentato proelio. Vid. Beier. ad Offic. III, 30, 110. Vid. Liv. IX, 5.

Sp. Postumius, T. Veturius] *Sp. Postum. et T. Vet.* v1. S. m. L. — *P. Pontinius et T. Vet.* ed. Rom. α1. a1. 2. cr. f. h1. Lall.

locutum Archytam] om. d1.

Nearchus Tarentinus hospes noster] *noster hospes audierat* d4. — *qui in amicitia populi Romani permanserat*] *in amicitiam* edit. princeps Romana 1469. et Venet. 1470. — Antiquam formulam: „*qui in amicitia P. R. permanserat*" Ursinus deprehendit in fragmento Thoriae legis [incisae in aenea tabula, in qua de agris fit mentio, qui donati a Senatu populoque Romano fuerunt regi Masinissae; ita docet Ursinus ad cap. 9. verbum *Masinissa*. Vid. de huius legis auctore *Thorio* Ern. Clav. in Ind. Legg. s. v. *Lex Thoria*. Adde Stoeckhardt. Tafeln der Geschichte des röm. Rechts. 17, 2, 28.]: QUEI. EORUM. IN. AMICITIAM. POPULI. ROMANI. BELLO. POENICIO. PROXIMO. MANSERUNT., et in vetustissimo Senatus Consulto Graece scripto, quod M. Lepido, Q. Catulo Coss. in aes incisum fuit: *ΤΩΝ ΔΙΑ ΤΕΛΟΥΣ 'ΕΝ ΤΗι ΦΙΛΙΑι ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΜΕΜΕΝΗΚΥΙΩΝ. Gernh.* Formula illa antiqua *in amicitiam permanere* quum in editt. supr. laud. legatur, non casu aut vitio reposita videtur, sed codicum auctoritate niti. Obliterata est formula, quod exquisitior erat, quam quae a scribis concoqueretur. Quare in omnibus codicibus mutatam censeo. Revocavi igitur, quum praesertim plures eiusmodi formulae ita inveteratae sint apud Romanos, ut ne Cicero quidem ab earum usu abstinuerit. Aptissime conferri potest Cic. Divin. in Caecil. 20, 66. *Clarissimi viri nostrae civitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus clientibusque suis, ab exteris nationibus, quae in amicitiam populi Romani ditionemque essent, iniurias propulsare, eorumque fortunas defendere;* ubi videri iubet Orell. Vol. II. P. I. p. 89. not. 5. Franckium in Misc. Crit. II, 2. p. 300. Kreize ad Leg. Servil. p. 22. Vide de hac attractione Krueger über die Attraktion der lat. Sprache. §. 123. cum not. *, p. 311. Gell. N. A. I, 7. Taubmann. ad Plaut. Amphit. I, 1, 25. p. 23. Walch. ad Vellei. Pat. II, 55, 3. p. 252. ed. Lips. ap. Gleditsch. Wolf. ad Suet. Aug. 16. Held. ad Caes. B. C. I, 25. Beier. ad Cic. Fragm. orat. pr. Scaur. §. 24. ex. Obbarius in censur. Sall. Gerlach. ad Catil. 11, 5. in Seebod. Bibl. crit. nov. 1828. nr. 15. p. 118. Nitzsch. ad Platon. Ion. p. 83. nr. 6. Orellius ad Cic. or. pr. leg. Man. 12, 33. Vol. II. P. I. p. 449. not. 1. ad Philipp. III, 4, 8. Vol. II. P. II. p. 493. nr. 13. ubi laudat Interprett. ad Cic. Legg. III, 17. Idem ad Phil. V, 7, 19. p. 513. nr. 14. Comp. Verr. V, 38, 98. ex. Ep. ad Att. III, 2, 1. ubi ita cum Ellipsi constructio est. Eodem modo XII, 37. *maxima est in Scapulae celebritas; propinquitas praeterea, ubi sis, ne totum diem in villam* scil. *sis* vel *esse cogaris.* Kritz. ad Sall. Cat. 11, 5. in. Schneider. ad Caton. R. R. 39, 2. p. 105. Ochsner. p. 273. Rudd. II. p. 225.

a maioribus natu accepisse dicebat] *a maioribus acc. dixerat* Med. Vid. Ochsner. p. 193.

ribus natu accepisse dicebat, quum quidem ei sermoni interfuisset Plato Atheniensis: quem Tarentum venisse L. Camillo, Appio Claudio consulibus reperio.
42 Quorsus haec? Ut intelligatis, si voluptatem aspernari
9 ratione et sapientia non possemus, magnam habendam senectuti gratiam, quae effecerit, ut id non liberet, quod
10 non oporteret. Impedit enim consilium voluptas; ra-

Plato] Fin. V, 29. Tusc. I, 17. *Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse et didicisse Pythagorea omnia.* Incidisse videtur hoc iter, primum illud quidem e tribus in Siciliam factis, in annum u. 365. aetatis anno 40. quum e Corsinii ratione de natali die Platonis in Gorii Symbolis litter. Vol. VI. p. 97. quem sequitur Barthelemy Voyage d. i. Anachars. Vol. IV. not. p. 278. Plato natus esset Olymp. LXXXVII, 3. a. Chr. 430. vel ab u. c. 324. (Wetzelius auctore Laertio III, 2. Olymp. LXXXVIII, 1. a. u. 326.) Quum Tarentum venisset, arcessitus est a Dionysio min. Syracusas. v. Corn. Nep. Dion. c. 2. L. Furius Camillus autem cum Appio Claudio Crasso Consul fuit a. u. 404. sec. fastos Capit. et Liv. VII, 24. vel sequenti anno, ut Gell. ait IX, 11. non a. u. 407. ut in nota Schützii ad h. l. errore typographico scriptum est. Ita apparet Ciceronem errasse. *Gernh.*

L. Camillo, Appio Claudio] *L. Aemilio ac P. Claudio* bas. lα. d1. 3. 4 hinc: *P. Claudio* La. L. P. w. — *L. Aemil. et P. Cl.* d5. — *L. Camill. et P. Claud.* Med. — *L. Aemilio, App. Cl.* E. r. v1. 2. a1. cr. f. V. m. — *Claudio* om. α1. — *consule* La.

§. 42. *Quorsus haec*] *quorsus hoc* R. E. — *quorsum* lα. Dresdd. omnes. editt. vett. exc. La. P. Vid. ad cap. 5, 1.

ut intelligatis] *ut intelligamus* n. u. — *intelligeretis* R. ly. η. Pith. La. M. P. w. Utrumque potest ferri et Praes. et Impf. prout intelligas ad *quorsus* aut *dico* aut *dixi*. Similiter tamen, ut nostro loco, locutus est Cic. Off. III, 16, 68. omnium librorum consensu *Quorsus haec? ut illud intelligas non placuisse.*

possemus] *possumus* d3. ly. v2. 3. Med. α1. 2. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. Lugd. 1556. — *possimus* r. v1. Sed sententia est: *ponamus ut non possemus* — *at possumus.*

habendam senectuti gratiam] *esse sen. gr.* d3. Med. — *esse grat. sen.* d1. — *hab. gr. sen.* lα. d4.

effecerit] *efficeret* E. d1. 4. 07x. editt. vett. cum S. exc. Med. a1. 2. cr. h1. — Ipse vero et reliqui senes, qui ratione voluptatem aspernantur, acceptum tamen hoc beneficium senectuti gratulantur.

id non] *id* om. lα. d5. a. r. v1. 2. 3. α1. a1. 2. cr. h1. S. m. L.

oporteret] *oportet* La. P.

Impedit enim libido consilium; voluptas rationi inimica est] *impedit enim consilium voluptas; rationi inimica* E. lα. d1. 4. n. i. u. η. o. v. ψ. (*unica*) Man. 15. r. v1. (*ratione*) 2. Eyb. Med. α1. h1. f. cr. S. V. m. La. M. L. P. 1. 2. N. — *impedit enim consilium voluptas; rationi inimica est.* Sic videtur esse apud Non. vid. adverb. *ac.* lβ. (om. *enim* quum sit excerpta sentent.) d5. e Pith. a2. 3. Lall. Goez. Theod. (R. bas. firmant *est*) Orell. — *impedit enim consilium voluptati; (voluptas?) rationi inima est* d3. — *impedit enim consi-*

tioni est inimica ac mentis, ut ita dicam, praestringit oculos nec habet ullum cum virtute commercium. In- 11
vitus [quidem] feci, ut fortissimi viri T. Flaminini fratrem, L. Flamininum, e senatu eiicerem, septem annis post, quam consul fuisset: sed notandam putavi libidi-

---

lium voluptas, rationi est inimica Man. 2. — *imp. en. consil. vol.; rationum inimica* Man. 1. — *impedit enim voluptas consil.* Cod. C. — *rationis* La. L. P. — Quod posuit Gernhardus, est ex uno MS. Gronov. et recte glossam habet Orell., qui idem bene tuetur verbum substantivum, quum fere unam notionem verba faciant *rationi inimica est ac mentis* etc. Placet tamen unius codicis Man. ordo *rationi est inimica*, postquam paulum vox subsistit, quum sententia sit finita, et hiatus non sentitur; magis sentitur si *inimica est* dicis, ubi nulla fieri potest pausa.

ac mentis] *ac* om. Nonius s. v. *praestringere* p. 63. ubi locum ita laudat: *voluptas rationi inimica est, mentis (ut ita dicam) praestringit oculos, nec habet ullum cum virtute commercium.* Omittunt etiam copulam *ac* R. bas. d3.

mentis] *menti* E. d4. Vid. not. ad 23, 6.

ut ita dicam] *ita* om. lα. 3.

praestringit] *perstringit* lβ. d1. e. n. u. v2. Eyb. α1. a1. f. h1. V. m. — *praestinguit* L. — Voluptas praestringit mentis aciem, ut fulminis lumen oculos. v. Drakenborch. ad Sil. It. I, 358. *Gernh.* Praeclare de trium horum verborum permutatione et usu dixit Lindemann. ad Plaut. Com. III. ad Mil. Gl. I, 1, 3. p. 101. Cfr. Ascon. Ped. in Divin. in Caecil. 14. edit. Verrin. Harlesii not. 12. Gruner. et Arntzen. ad Aurel. Vict. Orig. 14, 2. Intprett. ad Vellei. Pat. II, 118, 4. Ern. Clav. Cic. s. h. v.

Invitus quidem feci] *quidem* om. R. E. T. bas. lα. d3. 4. 5. b. c. O7x. Med. La. M. L. P. w. Orell. Recte abest ab his codd. particula, quae saepe ante adversativas cogitanda omittitur. Vid. Goerenz. ad Fin. I, 13, 43. p. 186. b. — De abundantia illa *feci ut — eiicerem* pro *eieci* vid. Goerenz. ad Fin. II, 12, 35. p. 177. a. et uberrimam Zumptii disputationem in Gramm. Lat. ed. 5. §. 80. 11. not. p. 443.

ut fortissimi viri T. Flaminini fratrem L. Flamininum] *ut Titi, fortissimi viri, Flaminini* d1. — *Titi Flaminei* O1x. et editt. vett. Alius Ox. et ed. Lugd. *Flaminii* et sic in multis libris. Vid. ad cap. 1, 1. Sic fratris etiam nomen corruptum.

e senatu eiicerem] *a sen.* d1. e. r. v1. 2. α1. a1. f. — *de sen.* Pith. — *e* om. d4.

octo] *septem* E. Dresdd. omnes. editt. vett. Orell. — *Octo* Wetzel. recepit ex antiquo F. Ursini libro. *Cato* enim Censor fuerat a. u. 569. v. ad c. 6, 19. L. Quinctius Flamininus autem Consul. a. u. 561. secundum Fastos Capit. (Wetzelius praebet annum 560. de Catonis Censura annum 568.). Facile potuit in codd. VIII. abire in VII. *Gernh.* Secuti sunt Schütz. et N.

post, quam] *posteaquam* Med. cr.

sed notandam putavi libidinem] *not. nimiam put. lib.* d1. 3. (qui add. *fore*) Med. cr. α2. — *not. libid. put. nimiam* a1. 2. m. — *not. lib. put.* r. v1. 2. α1. f. h1. S. V. — *not. p. lib. nim.* d4. ψ. — *nim. lib.* d5. Langius affert ex quibusd. libr. *notandum put. libid.* Sic

12 nem. Ille enim quum esset consul, in Gallia exoratus in convivio a scorto est, ut securi feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis. Hic Tito, fratre suo, censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est: mihi vero et Flacco neutiquam probari po-

---

est in Venet. 1487. et Gifan. Index. Lucret. s. v. Gerund. vid. ad cap. 2, 8. — *Patrum memoria*, inquit Liv. XXXIX, 42. *institutum fertur, ut censores motis senatu adscriberent notas.* Titus Quinct. Flamininus is est, qui Philippum Macedon. vicit v. ad cap. 1, 1. de fratre *Lucio* vid. Liv. l. l. Plut. Cat. M. c. 17. et Flamin. c. 18.

quum esset consul] *cum consul esset* T. lα. d3. 5.

exoratus in convivio a scorto est] *in convivio a scorto exhortatus est* lα. — *in conv. exortatus est a scorto* d1. i. u. η. v. a. b. — *exortatus in conv. est a sc.* d4. — *exhortatus est in conv. a scorto* r. v1. 2. α1. f. h1. S. V. m. — *exoratus est in c. a sc.* a1. 2. cr. — *in convivio* om. n. — *est* om. η. o. — *a scort suo* d3. Med. — *exhortatus* E. T. bas. d3. 5. e. n. o. ψ. c. Pith. et al. MSS. ap. Graev. lα. editt. vett., quarum lectionem modo laudavi. Sed tria sunt, quae repudiari iubent verbum *exhortari.* Primum vox non est Ciceroniana; deinde passiva haec Deponentis significatio, praeter Participium (quod ipsum non est apud Ciceronem) prorsus est inaudita; denique saepissime haec verba *exorari* et *exhortari* confusa reperiuntur in MSS. Laudat Orellius versus subditicios praemissos Horat. Sat. 1, 10. et Suet. Calig. 16. In uno illo Ciceronis loco, qui est Acad. I, 4, 16. ex quem laudant antiquiores Lexicographi: *omnis eius oratio tum in virtute laudanda, et in hominibus ad virtutis studium exhortandis consumebatur,* legitur nunc ex optimis codd. *cohortandis;* nihil varietatis notavit Orell. sed habet *exhortandis* Cratandrina edit. Laudat ex nostro loco *exhortari* Calepin. Lexicon. undecim linguar. ubi sequitur editt. vett. Rom. etc.

ut securi feriret] *ut feriret ensi* d3.

qui in vinculis essent] *qui essent in v.* lα.

damnati rei capitalis] *sententia* post *damn.* interponunt lα. n. η. post *rei* addit Dresd. 4. — *capitali* d4. — Puerum pro muliere tradit Plutarch. in vit. Flamin. l. l. Statim addit Plut. *Οὐαλέριος δ' Ἀντίας* (cuius tamen fidei Liv. l. l. c. 43. obtrectat) *οὐκ ἐρωμένῳ φησίν, ἀλλ' ἐρωμένῃ τοῦτο χαρίσασθαι τὸν Λεύκιον.* Livius narrat, nobilem Boium cum liberis transfugam venisse. Introducto in tabernaculum Gallo caput consulem pueri adamati gratia percussisse. *Gernh.*

Hic Tito, fratre suo] *tunc hic Tito* α2. a1. — *fratri* lα.

proximus] *primus* v. — cum M. Claudio Marcello, teste Liv. XXXVII, 58. a. u. 564. *Gernh.*

elapsus est] ut ad Q. Fr. III, 4. *Quid essem, si me agente esset elapsus,* scil. Gabinius, qui est propter accusatoris et subscriptorum infantiam absolutus. *Gernh.*

et Flacco] *et* om. r. — L. Valerius Flaccus eiusdem anni cum Catone censor fuit. v. Liv. XXXIX, 40. *Gernh.*

neutiquam] *ne unquam* d3. 4. — *ne utique* r. v1. ed. vet. — *nunquam* marg. Crat.

probari potuit] *potuit prob.* lα. — *probare potuerit* ed. vet.

tuit tam flagitiosa et tam perdita libido, quae cum probro privato coniungeret imperi dedecus.

XIII. Saepe audivi e maioribus natu — qui se 43
porro pueros a senibus audisse dicebant — mirari 1
solitum C. Fabricium, quod, quum apud regem Pyrr- p.86.
hum legatus esset, audisset e Thessalo Cinea, Athenis a.

---

tam flagitiosa] *tam* om. E. lα. Habet haec: *mihi* — *libido* Charis. Lib. II. p. 186. P. sine var.

coniungeret imp. ded.] *imp. coniung. ded.* lα. — Vid. de re Liv. XXXIX, 43. Val. Max. II, 9, 3.

CAP. XIII.

§. 43. *Audivi a maioribus natu*] *e maior. nat.* E. b. — *a maior. nat. aud.* d1. r. v1. α1. a1. cr. S. V. m. — *aud. ea a maior. nat.* R. — *aud. ea a mai. n.* d3. 4. — *natu* om. c. — Refertur verbum *audio* ad Catonis Graecam eruditionem dissimulantis personam, eiusque seculum philosophiae rude (teste Cic. Tusc. IV, 3. pr.) cfr. 23, 7. *Beier.* ad Lael. c. 13, 2. p. 71. seq. Deinde quod ad confusas formulas *audire ex aliquo et ab aliquo* attinet, utraque formula sensu non differt, nisi quod *ex* e Graecis est desumpta, docente Goerenz. ad Fin. I, 11, 39. p. 52. a. Saepe utraque praepositio coniuncta reperitur. Laudat Voigtlaender. in Addend. ad Forcellin. Lex. Lat. s. v. *A.* p. 2. col. 3. nr. 36. Cic. Ep. ad Fam. X, 28, 6. *Sed illa cognosces ex aliis, a me pauca et ea summatim.* XIII, 22, 5. *Ex ipsius — gratissimis et humanissimis moribus, confirmo tibi, eum te, quem soles fructum a bonorum virorum officiis exspectare, esse capturum.* *Audire ex aliquo* est ex optimis libris restitutum loco Fin. laud. ubi est: *ut e patre audiebam* de Or. II, 33, 144. *ex eo audivi quum diceret.* Sic nostro loco mox sequitur: *quod ex eo aud.* Quae quum ita sint, ego *ex* et *a* ubi una periodo coniuncta reperiuntur, nonnisi aurium gratia hoc factum censeo, nisi forte velis hoc discrimen statuere, ut *audire ab aliquo* simpliciter significet *unde aliquid audimus, per quem s. a quo aliquid audimus; ex aliquo audire* autem sit ex ore alicuius aliquid audire; aus jemandes Munde etwas *hören.* Non multum tamen lucramur. Reposui h. l. *e* ne eadem vox monosyllaba bis audiretur.

porro pueros] *pueros porro* La. M. L. P. w.

audisse] *audivisse* d1. o. r. v1. α1. V. m. — *audiisse* d3. Vid. Beier. ad Offic. III, 11, 12. — De hac narrandi ambagine vid. ad cap. 12, 8.

C. Fabricium] ad Pyrrhum Epirotarum regem, qui se Tarentinis a. u. 473. socium adiunxerat, de captivis redimendis missus orator. v. Brut. c. 14. Offic. III, 22. Liv. Epit. XIII. Plutarch. Pyrrh. c. 20. *Gernh.*

quod quum] *qui quum* d1. 3. 4. i. η. o. v1. Med.

regem Pyrrhum] *Pyrrh. reg.* La. M. L. P. — *regem* om. Palat. 1.

audisset a Thessalo Cinea] *cui* pro *Cinea* Erf. sed m. rec. emend. *cive* ut est in d4. r. v1. 2. — *e Thessalo cive* T. lα. — *a Thessalo quodam cive* d1. e. η. ψ. — *e Thessalo Cinea* b. V. — *e Thessalonia Cinea* Oxon. i. — *Cinea* fuit discipulus Demosthenis, inprimis facundus, Pyrrho carus, eiusque nomine ad populum Romanum legatus, ut est apud Iustin. l. 18, 2. *Facc.* Adde Plut. l. l. Val. Max. IV,

esse quendam, qui se sapientem profiteretur; eumque dicere, omnia, quae faceremus, ad voluptatem esse referenda.
2 Quod ex eo audientes M'. Curium et T. Coruncanium optare solitos, ut id Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur, quo facilius vinci possent, quum se vo-

---

3, 6. Cic. Tusc. I, 24, 25. admiratur, quanta memoria fuisse dicatur *is, qui a Pyrrho legatus ad Senatum est missus, Cineas.*

esse quendam Athenis] *quend. esse Athen.* E. — *Athen. esse quend.* d1. — *Athen. quend. esse* r. v1. 2. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. Mihi unus probatur ordo Dresdens. 1. nam nulla vis est in *esse*, sed narratur simpliciter historiola.

qui se sap. prof.] *qui se profit. sap.* d4. — *sese* lα. E. Optime de discrimine simplicis pron. *se* et *sese* disputavit Goerenz. in Iahn. Annal. philol. 1826. I, 2. p. 303. seq. Ponitur nimirum *sese* tum, ubi propter ordinem suum *se* vim amitteret, quae est efferenda, ut brevi dicam, ubi est oppositio e. c. si h. l. posuisset scriptor *sese*, diceretur: qui *sese* sapientem profiteretur, non *alios*. Qua vi h. l. non est opus. — Verba autem *qui — prof.* absunt a cod. Oxon. *v.*

omnia, quae faceremus, ad voluptatem esse referenda] *et quae faceremus, eum dicere, omnia ad volupt. esse ref.* d1. bonus ordo. *omnia ea, quae* d3. — *facimus* n.

ad voluptatem esse referenda] intelligitur Epicurus, quo de idem dicit Cic. Fin. II, 3: *qui se unus, quod sciam, sapientem profiteri sit ausus — septem autem illi, non suo, sed populorum suffragio omnium nominati sunt.* Formulam *ad voluptatem omnia referre* recte explicat Hottinger. ad Ecl. Cic. p. 169. nec erat, cur vituperaret Beierus ad Lael. 9, 7. p. 52. Ochsnerum, quasi is male esset verba interpretatus sic: *consulere voluptatem tanquam arbitrum.* Hoc *si* esset concederem. At Ochsnerus, quum Hottingerus dixisset verba significare: *voluptatis in omnibus rationem habere, voluptate omnia metiri; in consilii capiendi deliberatione de omnibus rebus quaerere maxume, quantum voluptatis allaturae sint,* (sunt verba Beieri, qui laudat Offic. III, 33, 118. seq.) et quum dixisset formulae *referre aliquid ad aliquem* quae propria esset potestas, recurrit ad rem, allatis similibus exemplis, inter quae nostrum citat loc.

M'. Curium et Ti. Coruncanium] *et* om. u. — De M'. Coruncanio v. c. 16, 55. de hoc et de *T. Coruncanio* c. 6, 15. Ox. e. et editt. ap. Graev. M. pro M'. hoc est *Manium*, quod praeter optimos codd. tuentur Fasti Capit. a. u. 478. et Corradus in Quaestur. p. 350. Edit. Venet. 1487. plane *Manium Curium et Titum Corruncanium.* Alii *Coruncanum.* *Gernh.*

ut id Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur] *ut id Samnitibus persuaderetur ips.* la. — *persuaderent* T. *v.* — Samnites Livio teste Epit. XII. socii erant Tarentinorum et Pyrrhi. V. Val. Max. IV, 3, 6. *Gernh.*

quo facil. v.] *ut facil.* Man. 1. — *quod facil.* MS. ap. Verburg.

quum se voluptatibus dedidissent] *sese* E. — *dedissent* E. lα. d1. (*ded. vol.*) Oxx. omnes editt. vett. (Med. *vol. se ded.*) exc. α1. f. h1. S. La. M. L. — Quod Graevius ait, in editt. legi pro *dedissent*, et h. l. restitui, ut Heusingeri *dediderunt* Off. 1, 21, 3. et *dedidi* ibid. II, 1, 5. comp. Tusc. I, 30. equidem inveni in una ed. Ascens. 1520. in marg. Atque hanc lectionem probat Drakenb. in Dict. ad h. l.

luptatibus dedidissent. Vixerat M'. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum consulem se pro republica quarto consulatu devoverat. Norat eundem Fabricius, 4 norat Coruncanius: qui quum ex sua vita, tum ex eius, quem dico, [P.] Decii facto iudicabant, esse profecto aliquid natura pulchrum atque praeclarum, quod sua sponte peteretur, quodque, spreta et contempta voluptate,

---

quum *se dedere* sit se et omnia sua permittere arbitrio victoris. cfr. quae Bremi notavit ad Corn. Nep. Lysand. 1, 2. [adde Daehne ad Themist. 1. p. 126. ed. Teubner.] et Oudendorp. ad Caes. B. Gall. III, 22. *Gernh.* Adde Bentlei. ad Hor. Od. III, 5, 33. Beier. ad Cic. Off. I, 13, 41. T. I. p. 102. et ad §. 71. pr. Ochsner. p. 227.

P. Decio] *P. Pontio* lα. — Patris exemplum secutus est, ut scribit Valer. Max. V, 6. et Cicero ipse I. de Divin. c. 24. et alibi. *Facc.* Quum quartum consul esset cum Q. Fabio, a. u. 458. e Fast. Capit. cfr. Liv. X, 28. *qua confertissimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum: inferensque se ipse infestis telis est interfectus.* Vid. not. ad cap. 20, 11.

qui quinquennio ante eum consulem se pro rep.] *qui se* E. lα. Med. d5. η. o. v. ψ. — *ante eum consul, qui se* d3. — *quinquennium* c. sed v. c. 6, 16. et 19. 9, 30. et 32.

norat eum] *enim* d4. — *Norat* autem P. Decium C. Fabricius, qui a. u. 471. Consul fuit cum Q. Aemilio Papo, ut Ti. Coruncanius cum P. Valerio Laevino a. u. 473. *Gernh.*

quum ex sua vita, tum ex eius, quem dico] Manut. in septem Codd. reperit *tum ex s. v.* [adde d1. 5. r. v1. 2. α1. a1. V. m.], quod ferri posset, si par esset fons uterque huius iudicii, ex tota ipsius vita et ex uno Decii facto petendi. *Gernh.* — *ex* om. E. d3. o. ψ. cr. Med.

P. Decii] *P.* om. R. E. d5. Med. S. m.

facto] om. d4. repetendum scilicet scriba putavit *vita.* Male!

iudicabant] *iudicabat* Med.

esse profecto aliq. natura pulchrum] *esse al. prof.* d1. r. v1. 2. α1. — *prof. esse al.* d3. — *de natura* d3. — *a nat.* Med. sed *a natura* nonnisi pendet ex verbo et est *von der Natur; natura* absolute ponitur *von Natur.* — *decorum* pro *praeclarum* habent d5. Med. cr.

sua sponte] i. e. sua natura impellente, propter se; ita *sua sponte* cum passivo paulo rarius reperitur. Verr. I, 42. Fin. II, 26, 83. *si nulla caritas erit, quae faciat amicitiam ipsam sua sponte, vi sua, ex se et propter se expetendam.* Intelligitur autem honestum, quod de Offic. ait I, 4, 14. etiamsi a nullo laudetur, natura esse laudabile. *Gernh.* — *peteret* cod. C. ex compendio *peteret'*.

spreta et contempta] *spreta et* om. ψ. Haud dubie quod scribae idem significare duo haec verba videbantur. Videmus ex hoc loco destructum Doederlinii [in libro praestantissimo, latein. Synonym. und Etymol. Tom. II. p. 181. 6.] propugnaculum Lambinum in not. ad Muret. Epist. Vol. I. p. 399. ed. Ruhnk. qui dicit: *Spernimus* reiicienda, fugienda, ut voluptatem; *Contemnimus* magna, metuenda, ut pericula, mortem; *Despicimus* infra nos posita, ut vulgi opiniones [eadem dicit Lindemann. ad vit. Duumviror. Hemsterhus. et Ruhnk. p. 135.]. Quid enim facias nostro exemplo, ubi omnes

44 optimus quisque sequeretur. Quorsus igitur tam multa de voluptate? quia non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magnopere desiderat. At caret epulis exstructisque men-

---

codd. tuentur *contempta voluptate*. Concedemus ergo *contemnere* etiam de iis rebus dictum a Romanis, quae reiiciun'ur, fugiuntur. Quid quod ipse Cicero I. de Off. 30, 106. dicit: *Ex quo intelligitur, corporis voluptatem non satis esse dignam hominis praestantia eamque contemni et reiici oportere. Contemnere* et *spernere* iungit Terent. Andr. I, 5, 13.

Quot modis contemptus, spretus?

quem locum laudavit Popma de Different. verbor. ed. Hekel. Lips. 1694. p. 136. Quibus ex locis cognoscimus, gradationem esse in his verbis et *contemnere* plus esse quam *despicere*; sed non ea differentia, qua dixit Lambin. Noli nostro loco quid mutare. Miror hos locos a Doederlinio praetermissos.

optimus] *optatius* d3.

§. 44. *Quorsum igitur haec tam multa*] *quorsus* c. La. Lamb. in marg. 1584. P. — *igitur* om. d3. u. — *ergo* o. — *haec tam multa* u. al. cr. m. M. L. w. Vid. ad cap. 12, 42.

modo] om. d4.

nulla] *ulla* e. η. Eyb.

laus. sen. est] *laus est sen.* d4. — *est* om. cr.

magnopere] *magno opere* bas. Orell. Sed sequor Lindemann. in Specim. IV. de Adverb. Lat. p. 19., qui *magnopere* dicit esse adverbium asseverandi, *magno* autem *opere* esse *magna industria*, non adverbium, sed phrasin, quae interdum adverbii vicem subeat, nihil tamen de nativa sua vi immutet. Unde *magnopere* pro eo, quod dicatur *valde*, contra *magno opere* nunquam pro *valde* accipi posse. — De re cfr. Phavorinum ap. Stobaeum CXII: *ἡδονῆς ὁ μὲν ἑκὼν εἰργόμενος σοφός. ὁ δὲ μὴ δεόμενος μακάριος. τὸ δὲ γῆρας πρὸς ἀμφότερον ἐπιτήδειον· καὶ γὰρ φρονιμοτέρους ἀνθρώπους ἀπεργάζεται καὶ τῶν ἡδέων ἀμελεστέρους.* et Iuncus ap. eund. l. l. *Τὸ μέντοι ἐπιθυμιῶν ἐστερῆσθαι τοὺς γέροντας, μηδὲν ὑπ' αὐτῶν ἔτι παρενοχλουμένους, μέγιστον δὴ τοῦτο καὶ πρεπωδέστατον ἡγοῦμαι δεδόσθαι τοῖς ἀνθρώποις δῶρον ὑπὸ τῶν θεῶν, καὶ κατά τινα τῆς αὐτῶν ἐκείνων φύσεως ὁμοιῶσθαι. Οἱ μὲν γὰρ οὐ σῖτον ἔδουσιν, οὐ πίνουσιν αἴθοπα οἶνον. Gernh.*

At caret epulis] *at* om. E. Oxx. omnes. lα. d5. r. v1. 2. α1. a1. V. La. L. w. Lall. — *et caret* d4. Med. Eyb. — Graev. Ern. Wetz. Schütz. ut saepe aliis eiusmodi locis, post vocem *poculis* interrogationis signum ponunt. Sunt haec ex adversarii mente posita et cum Ascensio scribendum *At caret*, quod dedi, suadente totius loci nexu, inprimis partic. *ergo*. Vocula *at* absorberi potuit a praecedente *desiderat*. Simillima sunt quae leguntur c. 10, 33. 11, 35. 14, 47. *At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus! Credo: sed ne desideratio quidem.* et §. 48. Theodorus vertit *Ἀπορεῖ, φησίν, εὐωχιῶν* etc. *Gernh.*

exstructis — mensis] Vocab. *exstructus* mensis et epulis magno sumptu paratis esse proprium, Drakenb. docuit ad Sil. Ital. XI, 273. Tusc. V, 21, 62. *mensae conquisitissimis epulis exstruebantur. Gernh.* Cfr. Ochsner. p. 306.

sis et frequentibus poculis. — Caret ergo [etiam] vinolentia et cruditate et insomniis. Sed si aliquid dandum [est] voluptati, quoniam eius blanditiis non facile obsistimus — divine enim Plato escam malorum appellat voluptatem, quod ea videlicet homines capiantur, ut

---

Caret ergo vinolentia et cruditate et insomniis] *igitur* d4. e. — *ergo* om. la. i. η. Man. 1. c. La. L. P. — *caret ergo etiam* R. T. bas. d1. O5x. Man. 4. Guil. ex suis libr. V. Lall. 3. 1. 2. Orell. — *etiam ergo* Man. 2. — *caret ergo* [*etiam*] Nobbius. Vulgatam habet etiam E. S. m. — *caret etiam* M. w. — *et* ante *cruditate* om. d1. 5. e. r. v1. 2. B. Eyb. 8. m. — *crudelitate* d3. h1. — *violentia* d1. 8. Eyb. — *et* ante *insomniis* om. d3. — *insomniá* L. — *insomnio* η. Man. 3. — Si alterum *et* reiicitur, equidem nolim servari alterum. Tum gravior evaderet dicendi ratio haec: *caret ergo vinolentia, cruditate, insomniis*. Duplex tamen *et* tribus rebus remissius colligendis bene inservit. — Altera vero particula si abest, verbis iis, quibus respondetur, demit aliquid gravitatis; multoque aptius Cato adversarii poculis frequentibus vinolentiam opponit, quam cum poculis per *etiam* coniungit. *Gernh.* De *insomniis* haec idem V. D. monet: Lambinus, qui in vett. libr. repererat *caret somnis*, invitis libris omnibus scripsit *insomniá*, quam interpretatur ἀϋπνίαν (qua voce Gaza h. l. utitur). Vigilia vero non quadrat, quae senibus est pecu-liaris. Recte igitur Suffridus Petrus restituit *insomniis*, quae arctiorem somnum, potosque perterrent. Ita Virg. Aen. IV, 9. *quae me suspensam insomnia terrent. Gernh.*

Sed si aliquid dandum est vol.] *si* in Erf. punct. notat. ut in la. — *sed suadendum est vol.* d3. — *est* om. T. et Gernh. ad Lael. 16, 59. p. 125. b., ubi nostrum locum citat, quamquam in nostris contextis nihil mutavit. — Conditionem ponit, ne, ut c. seq. §. 46. ait, bellum indixisse videatur voluptati. Offic. I, 30. *sin sit quispiam, qui aliquid tribuat voluptati. Aliquid* cum emphasi dictum post *si* non mutatur ut pro Sext. c. 62. *si est aliqui sensus in morte praeclarorum virorum. Gernh.*

quoniam eius blanditiis non facile obsistimus] *quoniam non facile eius bland. obsist.* d4. — *facile* om d3.

divine] *divinus* unus vel alter Man. ψ. a. v3. Lugd. 1556. v2. a1. a1. 2. 3. m. L. — *divino* v1. — *divinitus* Wech. — Theodor. recte vertit δαιμονίως, et ipse Cic. in Fragm. Hortens. apud Augustin. l. IV. c. 9. contra Pelag. [Orell. Opp. Cic. Vol. IV. P. II. p. 484.] *An vero — voluptates corporis expetendae, quae vere et graviter a Platone dictae sunt illecebrae esse atque escae malorum?* Neque miratur Cic. h. l. Platonis ingenium, novamque sententiam, sed aptissime adhibitum vocabulum in Timaeo l. l. [miro errore Gernh. oblitus plane est laudare Timaei locum. Est autem ap. Platon. Tim. p. 543. A.] ἡδονὴ μέγιστον κακῶν δέλεαρ. *Gernh.*

escam malorum voluptatem appellat] *escam appellat malor. voluptatem* Med. — *voluptatem* om. d5. — *appellavit* ψ. — *appellat vol.* R. E. bas. *la.* d1. 3. Med. La. M. L. P. w. O.

ea videlicet homines capiantur] *ea* om. T. — *cap. hom.* d4. — *capiuntur* d3.

ut hamo pisces] *ut pisces hamo* bas. la. d4. — *hamo* supr. v. in Erf. d5. b. — om. in R. n. u. v. La. P. w. — Wetzelius haec verba

hamo pisces — quamquam immoderatis epulis caret
7 senectus, modicis tamen conviviis potest delectari. C.

---

auctore Valckenario in Diatrib. de Eurip. Fragm. p. 195. ut indigna Cicerone, quippe quibus ad intelligendum neque nos indigeamus, neque censeri possint egere Scipio et Laelius, uncis inclusit, Schütz. eiecit, quum etiam in Fragm. Hortens. abessent. Sed quamquam haec neque illo Timaei loco, neque ap. Plut. Cat. M. c. 2. (vide quae ad c. 12. pr. notavimus) leguntur, tamen sermoni Catonis familiari concedi possunt. Scripsisset Cicero, opinor, *divine enim Plato voluptatem escam malorum appellat*, nisi sequeretur pronomen *ea*, quod ad *vol.* pertinet. Hunc locum auctor suppostitiorum versuum ad Plautum Merc. V, 3, 2. transtulit: *Voluptas est malorum esca, quod ea non minus homines, quam hamo capiantur pisces.* Si genuina sunt, careri nequit voce *hamo*. *Gernh.* Optime Gernhardus. Non enim vertit de Platone Cicero, sed suam fecit comparationem, et comparatio manca esset, si verba *ut hamo pisces* abessent. Cfr. de Platonis sententia Plutarch. de sera num. vindict. cap. 52. p. 554. E. ed. Wyttenbach. Opp. Mor. Vol. II. P. I. p. 368. Tom. XII. ed. Oxon. ap. Clarendon. 1821.

quamquam immoderatis epulis caret sen.] haec om. d1. nescio quo errore. — *moderatis* Med. *im* absorptum est. — *caret ep. sen.* B. Eyb. — *caret sen. ep.* d3. — *careat* lα. d4. 5. O6x. editt. vett. cum S. m. except. v2. Eyb. La. Indicativus est in R. bas. B. Eyb. M. P. G. N. et Cet. — Postquam Cato lubentissime concesserat, senectutem epulis carere, coniunctivus videbatur scribarum lubidini deberi, de qua v. ad Offic. I, 17, 56. *Gernh.*

modicis tamen conviviis potest delectari] *modicis conviviis tamen* r. v1. 2. α1. a1. 2. f. cr. S. m. — *mod. t. conv. et potationibus* d4. 5. Man. 3. — *delect. pot.* d4. 5. Med. La. L. w. Lall. — *del. solet* d3. Man. 1. — *moderatis* Man. 1. — *solet del.* a. v3. h2. Lugd. Facc. g. — Quidam tollunt vocem *conviviis*, nec sine causa. *Facciol.* Qui tollat praeter Goezium scio neminem [ipse tamen ita M.]. Ut *immoderatis* opposuit *modicis*, sic a ciborum cogitatione, quae una est in voce *epulis*, per honestiorem vocem *conviviis* traduxit ad sermonem conviviorum proprium. *Gernh.*

C. *Duilium*] *Duillium* r. — *Duillum* α1. L. — *Duellium* E. bas. lα. e. v. — *Duellum* η. — *Duelium* d3. vet. lib. F. Ursin. — Postea *Bellius* dictus est, ut scribit Cic. in Orat. c. 45. *Facc.* In tanta scripturae diversitate cum Andr. Schotto ad Aurel. Vict. de Virr. Ill. c. 38. auctoritate Fastorum Capit. et Petri Ciaccon. Tolet. in notis ad rostratam C. Duilii columnam scribendum putamus *Duilium*. Cfr. quae Drakenb. notavit ad Liv. Epit. XVII. *C. Duilius Consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriae duxit triumphum: ob quam causam ei perpetuus honos habitus est, ut revertenti a coena, tibicine canente, funale praeferretur.* Flor. II, 2. Val. Max. III, 6, 4. tibicini addit fidicinem. *Gernh.* Adde de scriptura Garaton. ad Plancian. p. 264. Lips. Oudendorp. ad Frontin. p. 71. Maius ad Cic. de Rep. I, 1. pr. scribendum censet *Duellium*, quod Graeci scripserint *Δουέλιος* vel *Δουέλλιος*, ut scripsit Leonardus Aretinus Ep. 7. Idem scripsit Quinctil. I, 4, 7.

Duilium, M. F., qui Poenos primus classe devicerat, redeuntem a coena senem saepe videbam puer; delectabatur crebro funali et tibicine, quae sibi nullo privatus exemplo sumpserat: tantum licentiae dabat gloria! Sed 45
quid ego alios? ad meipsum [iam] revertor. Primum 8

---

classe primus] *prim. class.* T. la. d1. 4. r. v1. 2. a1. a1. 2. f. k1. 6. V. m. M. w.

senem saepe] *senem* om. *v.* — *saep. sen.* d3. 4.

delectabatur] *qui del.* e.

crebro funali] *et funali* pro *crebro f.* d3. Med. — *fumali* d4. — *frinali* v1. — *cereo* Man. 2. a2. M. w. g. — *credo* male codd. Man. 2. c. Palat. 3. Celberd. interque lin. Metell. prob. Guil. — *Crebro* esse in MSS. Caes. notavit V. quidam D. ad marg. edit. Wechel., quae servatur Lipsiae in biblioth. Paulin. (agnoscere mihi visus sum Gruteri manum, quam ex edit. Nonii cognovi, cuius exemplari, quod est in bibl. Lips. Paulin. ipse Gruterus nomen suum subscripsit). Sed qui sint illi codd. Caes. ignorare fateor. — *Cereo* maluit Manut. et Lips. Cent. IV. Miscell. ep. 3. Cui lectioni, etiam Corrado Qu. p. 353. probatae, favere videtur praeter Liv. l. 1. et Florum Val. Max. l. l. *C. autem Duilius, qui primus navalem triumphum ex Poenis retulit, quotiescunque epulaturus erat, ad funalem cereum, praeeunte tibicine et fidicine, et coena domum reverti solitus est, insignem bellicae rei successum nocturna celebratione testando.* — Gaza vertit ἥδετο γὰρ θαμινὰ λαμπάσι τε καὶ αὐλῷ. Adverbium *crebro* otiosum est propter praecedens *saepe*. Car. Lang. interpretatur, non una face, sed pluribus deduci voluisse, et Dausqueius crebro lato et relato. Errant omnes, inquit Gronov. in Obss. III, 6. p. 361. *Crebrum funale*, quasi lucernam πολύμυξον, accipe ab Ovid. lib. 12. Metam. v. 247.

et primus ab aede
Lampadibus densum rapuit funale coruscis.

Nam *crebrum* idem quod densum: ut *crebra vestis* opponitur *rallae*. Adde N. D. II, 55, 138. *Utraeque autem* (venae et arteriae) *crebrae multaeque toto corpore intextae vim quandam incredibilem artificiosi operis divinique testantur. Funalia* praeeunte Isidoro de Origg. XX, 10. interpretatur Donat. ad Ter. Andr. I, 1, 88. candelabra, quibus delibuti funes et cerei fomites infiguntur. Ceterum, ut Casaubonus ait ad Sueton. Iul. Caes. c. 37., vetus mos Romae fuit, bene meritis de rep. viris honoris sui causa permittere, ut cum aliqua inusitata pompa, quoties foris coenassent, domum redirent. Comp. Dion. Cass. Hist. Rom. XLIII. p. 224. ed. Leuncl. *Gernh.*

quae sibi nullo exemplo privatus sumserat] *quae sibi nullus privatus exemplo* (sequitur in cod. lacuna). *tantum* d3. — *q. sibi nullo privat. exemplo sumpser.* d5. Med.

§. 45. *alios*] *dicam* add. d4.

iam revertar] *iam* om. d5. u. Man. 5. La. Lamb. in marg. 1584. w. 2. prob. Gernh. nihil tamen in contextu mutavit. — *revertor* e. Man. 1. La. M. w. probo in orationis vigore.

Primum] huic respondet cap. 14, 46. in. particula *quoque*. Vide de hoc Anacoluthi genere Beier. ad Cic. Offic. I, 14, 44.

habui semper sodales. Sodalitates autem me quaestore constitutae sunt, sacris Idaeis Magnae Matris acceptis.
b. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice, sed erat quidam fervor aetatis: qua progrediente omnia fiunt in
9 dies mitiora. Neque enim ipsorum delectationem con-

---

sodales] sodalis est is, quocum suevimus, et fere ad leviora refertur, ut sunt convivia. *Facciol.* Postea, ut Drakenb. monet in Dict. ad h. l., hoc verbum usurpatur de iis, qui collegium aliquod s. societatem inierant Dei alicuius causa eo animo, ut ei certis diebus sacra facerent, sodales dicti, quoniam diebus, quibus sacra faciebant, simul comedere solebant. Tales olim sodales Titienses et sub Imperatoribus Augustales, Flaviales et alii. *Gernh.*

Sodalitates] Simulacro Cybeles, Magnae Deorum Matris, Romam advecto, Cethego et Tuditano Coss. M. Catone Quaestore, collegium seu sodalitium constitutum est: sodales autem statis diebus, quibus sacra Deae fierent, simul epulabantur. *Facc.* *Sodalitates* Manutius cum Langio dicit *τὰ συσσίτια*, ut Theod. Gaz. Sed Graevius mavult sodales dici *θιασώτας*, qui certis tantum diebus, cum sacra (*θίασος*) fierent, una vescebantur, cum *σύσσιτοι* semper. *Gernh.*

me quaestore] Corn. Nep. Cat. c. 1. Quaestor obtigit P. Cornelio Scip. Afric. consuli a. u. 549., quo consules fuerunt M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus. cfr. Brut. c. 15, 6. Eodem anno Liv. XXIX, 14. tradit Matrem magnam in aedem Victoriae in Palatio pridie Idus Aprilis a P. Cornelio Nasica esse delatam. Idem libro XXXVI, 36. proximo superiore anno P. Corn. Scipione, P. Licinio Crasso Css. idem factum esse tradit. *Gernh.*

sacris Idaeis Magnae Matris acceptis] *sacris imaginibus de*[i] *magnae acc.* d3. — *magnae Cybelis matris* d4. — *sacris deae* e. — Mater Idaea inprimis Pessinunte in Phrygia colebatur, ubi sunt montes Ida, Berecyntus et Dindymus, unde nomina matris deum ducuntur. v. Herodian. I, 1. Vid. Beroaldi Annotatt. in Grut. Fac. T. I. p. 195.

Epulabar] *epulabatur* d5.

igitur] *ergo* o. *v.*

omnino modice] *mod. omnino* cr.

sed erat quidam fervor aetatis] *sed erat tunc quidam* ly. — *sed er. tum quidem* Man. 1. — *sed erat tamen quidam* cr. V. Facc. g. — *quidem* Man. 13. α1. — *erat* om. Man. 2. — *quidam* om. T. Man. 1.

qua progred.] *quo* relat. ad *fervor* lα. Male!

omnia fiunt in dies mitiora] *fient* (R?) lα. n. η. o. *v.* Grut. Lall. 8. 1. — *indies fiunt* T. — *fiunt etiam ind.* r. v1. 2. α1. f. cr. h1. V. m. L. P. — *indies sunt* d3. — *sunt ind.* η. — Vulgata est etiam in E. T. bas. Editt. Orell. ante Gruter. 2. G. N. O4x. a. b. c. Facc. g. 2. Theod. — Non intelligitur, cur Cato dicat futura esse, quae ipse iam est expertus, quae naturae humanae sunt communia, cum praesertim nunc de se ipso exponat. *Gernh.* *Mitia* proprie fiunt poma, cum sunt matura. v. Nicol. Heins. ad Ovid. Fast. II, 256. Hoc loco non durities dicitur mitigari, quae oppositio solennis est, ut pr. Muren. c. 29, 60., sed fervor motuum animi. *Gernh.*

neque enim ipsorum conviviorum delectationem] *nec enim* d5. — *neque ipsorum enim c. d.* d1. 4. — *delectationes* m. L. — *ipsorum*

viviorum corporis voluptatibus magis, quam coetu amicorum et sermonibus metiebar. Bene enim maiores [nostri] accubitionem epularem amicorum, quia vitae coniunctionem haberet, convivium nominarunt; melius quam Graeci, qui hoc idem tum compotationem, tum

---

delectationes conviviorum d4. Vide de hac praestanti verbor. colloc. ad cap. 3, 2.

voluptatibus corporis] *voluptatibusque* d4. — *corp. vol.* lα. d1. r. v1. 2. α1. S. V. m. L.

quam coetu amicorum et sermonibus metiebar] *coetu* om. u. — *et sermon.* om. *v.* — Genitivus ad utrumque substantivum regens pertinet. Solet enim duobus substantivis regentibus rectum potiori, praemisso, addi, ut observat Goerenz. ad Acad. I, 3, 9: *plurimumque poetis nostris, omninoque Latinis et literis luminis et verbis attulisti.*

enim] *ergo* d4.

maiores nostri] *nostri* om. E. T. bas. lα. d1. 4. a. c. e. n. η. o. v. r. v2. 3. α1. a1. f. S. V. m. M. La. P. w. Nonius s. v. *Convivium* p. 70. et s. v. *accubitio* p. 221. Vid. de omisso pron. ad cap. 17, 8.

accubitionem epularem amicorum, quia vitae coniunctionem haberet, convivium nominarunt] *quod amicorum et vitae coniunct.* Med. cr. — *quia amicor. et vitae coniunct.* d5. — *epularum* d1. 3. 5. Med. cr. h1. — om. e. — *quod* habet Oxon. e. — *quasi vit.* Non. p. 220. — *nominaverunt* T. d1. 5. e. i. n. u. — *vocaverunt* lα. sic est in seq. pro *vocant* in d1. e. — *accubationem* d1. 3. 4. 5. Non. s. v. *Conviv.* r. v1. 2. Med. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. La. M. w. — *accubitionem* habet Non s. v. *Accubitio* p. 221. praeter meos R. T. bas. L. P. Seqq. Verum hoc censet Beier. ad Offic. I, 35, 128., cuius corruptelam dicit *accubatio*. Idem sentit Heindf. ad N. D. I, 34, 94. ex. et Voigtlaender. in Addend. ad Forcellin. Thes. L. Lat. s. v. *Accubatio* p. 30. col. 2. Est sane levior et mollior forma *accubitio* indeque apud Ciceronem unice probanda, sed non corruptelam dicam cum Beiero alteram formam *accubatio*, utrumque enim est a Participio, cuius nativa forma duplex et *cubatus* et *cubitus*, unde *accubatio* et *accubitio* recte est formatum. Vide de tota familia verbi *accubitio* doctissime disputantem Struvium über die latein. Declin. u. Konjugat. §. 25. p. 226. s. v. *Cubo.* Cfr. §. 23. p. 182. seqq.

convivium] a convivendo, ut Quinctil. I, 6. extr. Comp. Ep. ad Div. IX, 24. *Nec id* (ut cum viris bonis, iucundis, amantibus tui vivas) *ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitae atque victus, remissionemque animorum: quae maxime sermone efficitur familiari, qui est in conviviis dulcissimus: ut sapientius nostri, quam Graeci; illi συμπόσια, aut σύνδειπνα, id est compotationes, aut concoenationes: nos convivia; quod tum maxime simul vivitur.* Quum *vivere* sit etiam genio indulgere, Henr. Stephanus in I. Gruteri face crit. Tom. V. suppl. p. 15—17. docet, hanc significatinem valere in voce convivii. Adde Schott. Quaest. Tull. 16. p. 353. Facciolatus interpunctionem post *nominarunt* tollit. Recte vero Gaza vertit καὶ ἄμεινον.

tum compot.] *cum compot.* η. d3. — *tunc et concoen.* d3. — *tum etiam concoen.* d5.

concoenationem vocant; ut, quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur.

46 XIV. Ego vero propter sermonis delectationem tem-
1 pestivis quoque conviviis delector, nec cum aequalibus solum, qui pauci admodum restant, sed cum vestra

---

in eo] *convivii* add. n.

minimum est] *minimi precii est* d4. — *est* om. e. — Nomina sumenda sunt ab eo, quod potissimum est: ipsi autem sumunt a *potando* et coenando, quod est minimum.

maxime] *maximum* d1.

videantur] *videbantur* d4. — *videatur* V.

Cap. XIV.

§. 46. *Ego vero*] *vero* om. a. De argumento capitis vid. Plut. Cat. M. c. 25.

quoque] om. d4. e. a. Man. 4. editt. vett. cum S. m. exc. Med. or. V. La. w. Lall. — Recte male abesse dicit Gernh. Refertur enim coniunctio ad adverbium *primum* c. 13, 45. Laudat h. l. Non. s. v. *Aequales* p. 262.

tempestivis conviviis] *tempestive quoque conviviis delector propter sermonis delectationem.* Charis. l. II. p. 196. P. — Quae tempestive ineuntur. Et quia fere tempestiva convivia sunt hilariora, paullo plus etiam producuntur. Proinde h. l. et saepe alibi utrumque significatur. *Facc.* V. pr. Arch. c. 6, 13. Manutius ad h. l. errat, quod *tempestiva* convivia in bonam partem, *intempestiva* pro immoderatis accipit, pr. Muren. c. 6, 15. *Nemo fere saltat sobrius, nisi forte insanit, et neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto: tempestivi convivii, amoeni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio*, mavult legi *intempestivi convivii.* Verum enim neque hoc loco, neque ad Attic. IX, 11. quidquam mutandum est. Nimirum *tempestivum* cum proprie sit, quod suo tempore fit, dixerunt etiam quod praeter exspectationem vel consuetudinem h. e. antiquam assolet, temporis momentum servavit. Adversus Manutium recte etiam, ut monet Drakenb. in Dictat. ad h. l., Latini appellationem conviviorum intempestivorum hoc sensu (quae perducerentur in noctem) plane ignorabant. Intempestiva iidem dixerunt *convivia tempestiva*, sed ea dicebantur, quae incipiebant ante horam diei nonam, s. ut nos numeramus, tertiam pomeridianam, quae hora solennis coenae erat, et pertrahebantur in multam noctem, adeoque tempestiva convivia semper ponuntur in vitio, nunquam laudantur. Ubi ergo occurrunt *intempestiva convivia*, errore librariorum irrepserunt, et semper mutanda in *tempestiva.* v. Lipsius in Exc. ad Tacit. Annal. XIV. [ed. Oberlin. T. II. p. 818.]. Salmas. ad Vopisc. c. 6. et VV. DD. ad Cic. pr. Muren. 6. Fatetur hoc loco Cato, se quoque delectari conviviis tempestivis [*quoque* pertinet ad *tempestivis conviviis*, non ad Catonem], quia illa vulgo probro vertuntur, non tamen se iis delectari propter voluptatem corporis, propter quam plerique celebrant, sed propter sermonis delectationem amicorumque confabulationes. *Gernh.* Vid. Turneb. Adv. VI, 16. et Aldus Manut. disquisit. per epist. I, 5. in Grut. Thes. T. IV. p. 201.

pauci admodum restant] *pauci iam admod.* E. T. bas. lα. d5. i. n. φ. Man. 13. La. M. P. w. — *pauci iam rest. adm.* i. — Omisit *iam*

**etiam aetate atque vobiscum: habeoque senectuti magnam
gratiam, quae mihi sermonis aviditatem auxit, potionis
et cibi sustulit. Quod si quem etiam ista delectant — ne** 2
**omnino bellum indixisse videar voluptati, cuius est
[etiam] fortasse quidam naturalis motus — non intelligo, ne in istis quidem ipsis voluptatibus carere sensu
senectutem. Me vero et magisteria delectant a maiori-** 3

Nonius duobus locis l. c. et s. v. *restare* p. 407. Agebat autem Cato tum annum octogesimum quartum, v. c. 10, 32.

sen. magn. gr.] *magn. grat. sen.* d4.

mihi] Oxon. i. om.

auxit] Plat. Rep. I. in. (vid. ad cap. 3. in.) *ὡς εὖ ἴσθι, ὅτι ἔμοιγε, ὅσον αἱ ἄλλαι αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται, τοσοῦτον αὔξονται αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι τε καὶ ἡδοναί.*

potionis et cibi] scil. *aviditatem.* Vid. ad cap. 9, 1. — *potationis* d4. *η*. Vid. ad c. 11, 36.

sustulit] *abstulit* Med. cr.

etiam] om. E. *v.*

delectant] *delectent* E.

ne omnino bellum] dandum enim aliquid est voluptati. v. cap. 13, 44. De Orat. II, 37, 15. *Miror, cur philosophiae, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris.* — *induxisse* b. c.

cuius est [etiam] fortasse quidam naturalis motus] *etiam* om. E. T. bas. l*α*. d1. 3. 4. 5. Pith. Graev. 1. e. n. u. *η*. *v*. b. c. Theod. Facciol. g. 1. Inclusit G. et N., uncis liberavit Orell. — *modus* R. E. u. *η*. *o*. Man. 12. editt. vett. cum S. m. 3. 1. N. exc. La. — *mos* a. — *moũs* Man. 2. — Vulgata est etiam in T. bas. M. P. 2. Gernh. qui recte haec monuit: *Modus* cerneretur in finibus voluptati a natura positis, quod discrepat a totius loci ratione. Non vult enim videri voluptati omnino bellum indixisse, cum natura hominem quodammodo ad voluptatem invitaverit, eumque voluptate modo ne nimium moveri voluerit. *Motus* autem (vid. de Offic. I, 36, 132.) animorum duplices sunt; alteri cogitationis, alteri appetitus.; et de Fin. II, 3, 8. *Omnes enim iucundum modum, quo sensus hilaretur, Graece ἡδονήν, Latine voluptatem vocant.* ibid. c. 23, 75. *Est enim* (voluptas) *iucundus motus in sensu.* — Nuperrime Schützius veram lectionem restituit, loco adhibito fragm. Hortensii (e Nonio s. v. Conficere) ed. Ernest. p. 1096. [vid. ad cap. 13, 6.] *quod turpe damnum, quod dedecus, quod non evocetur atque eliciatur voluptate? cuius motus ut quisque est maximus, ita est inimicissimus philosophiae. Gernh.*

non intelligo] *ne int.* T. — *non* om. d1. 3. 4. e.

ne in istis quidem voluptatibus ipsis] *istis ipsis* d3. Med. — *ipsis vol.* E. bas. d5. L. P. — *in* om. T. a. — *ne* om. d4.

carere sensu senectutem] *ipsam carere protinus senect.* E. in quo verbo *protinus* superscr. est *sensu.* — *ips. car. sen.* cr.

Me vero et magisteria delectant a maioribus instituta] *me vero et magist. a maior. inst. del.* d5. — *et* om. r. v1.

magisteria] in conviviis sorte legebatur, qui leges bibendi praescriberet et pocula imperaret, Graecis *συμποσίαρχος*, *ἄρχων τῆς πόσεως*. v. Wolf. ad Plat. Symp. c. 31. Latinis, ut Varroni, *modim-*

bus instituta; et is sermo, qui more maiorum a summo adhibetur in poculo; et pocula, sicut in symposio Xenophontis est, minuta atque rorantia; et

---

perator (i. e. qui imperat modum, qui omnem convivii rationem imperat) Plaut. Pers. V, 1, 18. *dictator;* Hor. II, 7, 25. *magister*, eiusque dignitas *magisterium*, *regnum*. v. Iani ad Hor. I, 4, 27. Pluribus de re disp. Christ. Dissertat. *de magisteriis veterum in poc.* *Gernh.*

et is sermo] *et in his sermo* a. v2.

a summo adhibetur in poculis] *magistro* addunt R. E. T. bas. la. d3. 4. 5. O6x. editt. vett. cum S. m. M. P. exc. L. Lall. — *magisterio* u. Metelli MS. ap. Guil. — *summo adhib. magistro* d1. — *a summo* est ab eo, qui summus accumbit. A summo ad imum ducebantur invitationes, certo sermone conceptae, ut convivii magister dictabat. *Facc.* Inepte igitur Codd. praeter unum antiquissimum Turnebi Adv. XIII, 6. omnes addunt *magistro*. — Errorem vidit et sustulit Lambinus. Item Lipsius Antiq. lib. III. qui comparat *a summo bibere*, quod Graeci dicunt ἐν κύκλῳ πίνειν. Et morem, inquit, hunc Romanis solemnem in omni convivio fuisse, cum hilarius se invitare vellent, facile ostenditur vel ex Plaut Pers. V, 1, 19. et Asin. V, 2, 41. *Da, puere, ab summo: age tu interibi ab infimo da suavium. Gernh.* Vid. Rossini Antiqq. Rom. V, 29. et 30.

in poculis] *poculo* R. E. T. bas. la. Omnes Dresdd. et Oxx. editt. vett. cum S. M. L. P. Nescio quo errore Gernh. dicat esse *in poculis* in septem Oxx., quum in Varr. Lectt. cum Olivet. habeat *in poculis*, oblique laudet omnes codd. qui habeant *in poculo*. *In poculis* est in a. c. Man. 4. Pith. et libro Daniel. Lall. Male dicit Gernhardus dictum esse singularem, quum sequatur pluralis *pocula*, laudans Cic. Phil. II, 25, 63. *Si inter coenam, in ipsis tuis immunibus poculis, hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret?* Sed quum tantus sit optimorum codd. consensus, non dubito recipere singularem *in poculo* sensu collectivo, ut nos *beim Becher* h. e. inter potandum. Qui sequitur pluralis legitimus est, et quem locum laudat ex Philipp. eodem modo recte habet, ubi proprie dicitur: *die Becher*, vasa ad potandum adhibita.

sicut in Symposio Xenophontis] *est* addunt E. T. bas. la. d1. n. u. v. b. c. cod. Graev. Orell. qui dicit: haud displicet; ita enim semper Tullius. — *est* absorptum a scriptura *Xenophontist*. — *dicitur* pro *est* Oxon. e. — *sicut Xenophon in Symposio* d4.

minuta atque rorantia] *comminuta* ψ. Locus est ap. Xenoph. in Sympos. c. 2. extr. *Οὕτω δὲ καὶ ἡμεῖς ἢν μὲν ἀθρόον τὸ ποτὸν ἐγχεώμεθα, ταχὺ ἡμῖν καὶ τὰ σώματα καὶ αἱ γνῶμαι σφαλοῦνται, καὶ οὐδὲ ἀναπνεῖν, μὴ ὅτι λέγειν τι δυνησόμεθα· ἢν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν, (ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν Γοργιείοις ῥήμασιν εἴπω), οὕτως οὐ βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου μεθύειν, ἀλλ' ἀναπειθόμενοι, πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον ἀφιξόμεθα.* ad q. loc. vide Bremium in Additamentis ad Orellii Animadverss. ad Xen. Sympos. 1814. p. 55. et seq. πυκνὰ defendentem (adde Bornemann. ad h. l.). Cicero, praetermissa, ut senem decebat, voce πυκνά, quam Platonici ratio flagitabat, cum poetica brevitate dixit *rorantia pocula*. (Schol. Cod. A. tanquam rore adspersa). Hinc Macrob. Sat. VII, 9.

refrigeratio aestate, et vicissim aut sol aut ignis hibernus. Quae quidem etiam in Sabinis persequi soleo, conviviumque vicinorum quotidie compleo; quod ad multam noctem quam maxime possumus vario sermone producimus. — At 47
non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Credo: 4
sed ne desideratio quidem. Nihil autem molestum, quod p. 87, a.

Exercebo Difarium nostrum, si tamen minutis illis suis et rorantibus responsionibus satisfaciet consulenti. Poetis translata roris modice madefacientis significatio haud infrequens est, ut Virg. Aen. VIII, 645. Comp. Sil. Ital. XI, 303.

Bacchique ex more liquorem
Irrorat mensis turba, ardescitque Lyaeo. Gernh.

refrigeratio] *refrigerantia* d3. o.

aestate] *in aest.* 1α. Dresdd. omnes. b. c. e. ψ. Man. 8. Med.

et vicissim aut sol aut ignis hibernus] *et vicissim in hieme* d3. 4 5. Med. a1. 2. cr. m. — *hieme* f. h1. L. — *et vic. aut hybernus aut ignis* d4. — *ut sol* E. d3. Eadem descriptio redit cap. 16, 11.

Quae quidem in Sabinis etiam persequi soleo] *quem* Erf. de quo errore vid. ad cap. 3. *et in Sab. etiam* d1. — *quae quidem etiam in Sab.* R. E. bas. 1α. (om. *in*) d3. 4. (*etiam et in*) 5. b. S. M. L. P. O. — *etiam* om. α2. Med. cr. sed omitti non potest, quum sit oppositio: non solum domi meae Romae: sed etiam in villa, ubi rustico. Habebat enim villam in Sabino agro vid. c. 7, 8. Plut. Cat. M. 1.

conviviumque vicinorum compleo] *complector* Manut. dicit esse in vet. libro, a VV. DD. laudato. Est ita in Erfurt. — *impleo* c. Laudat h. l. Non. s. v. *producere* p. 402. Genitivus pendet ex verbo *compleo*, quod raro ap. Cic. ex analogia adiectivi *plenus* cum Genitivo iungitur. Vid. Zumpt. Gr. L. §. 463. not. 3. Rudd. II. p. 188. not. 23. Vechner. Hellenol. I, 24, 1. Est hic Graecismus, de quo vid. Herm. ad Vig. p. 881. et Opusc. I. p. 190. Explicat Ernest. locum ita: vicinos invito tot, ut triclinium plenum fiat. Plut. l. l. c. 25. *ἦν δὲ καὶ τὸ δεῖπνον ἐν ἀγρῷ δαψιλέστερον· ἐκάλει γὰρ ἑκάστοτε τῶν ἀγρογειτόνων καὶ περιχώρων τοὺς συνήθεις, καὶ συνδιῆγεν ἱλαρῶς.*

ad multam noctem] *ad* om. d5. — ut Liv. V, 26. *Camillus — castris multa nocte motis, prima luce aliquanto superioribus locis se ostendit.* III, 60. *multa iam dies erat.* — ad Attic. XIII, 9. *multus sermo ad multum diem.* Gernh. Cfr. Ochsner. p. 233. — *conducimus* d3.

§. 47. *tanta quasi titillatio*] *quasi tanta* d4. — Vide de verbo *titillatio* Doederlein. lat. Syn. T. III. p. 1. Beier. ad Offic. II, 18, 63. T. II. p. 123. et Athenaeum Deipnos. XII. p. 564. — *at non voluptatum tanta, quanta iuvenibus, titillatio in senibus* ed. vet. — *at non est vol. tanta in iuven. quanta* Oxx. e. o.

Credo] om. v.

sed ne desid. quid.] *nec — quidem* d1. 3. 5. e. η. ψ. v2. Med. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. m. La. M. w. Vid. ad cap. 9. in.

Nihil autem molestum] *est* addunt R. bas. d4. O7x. b. 8. — *autem est* E. d3. 5. c. α2. Med. cr. V. — *est autem* T. 1α. — *nihil est mol.* 1β. omittit *autem*, quia sententiam tantum extulit auctor. excerpt. sententiarum. — *nil autem mol.* d1.

non desideres. Bene Sophocles, quum ex eo quidam, iam affecto aetate quaereret, utereturne rebus venereis: *Di meliora*! [inquit]. *Libenter vero istinc, sicut a do-*

---

desideres] *desideras* E.

Sophocles] *respondit* addunt Dresdd. omnes. e. Med.

quidam] *quidem* d1.

iam affecto aetate] *affecta aet.* Man. 1. S. L. — *effecto aet.* Man. 3. — *effeto aet.* Man. 2. e. ψ. v3. Med. cr. — *efeto aet.* Man. 1. — *effecta aet.* Man. 1. — *confecto aet.* Man. 1. a1. V. m. — *confecta aet.* a. v1. 2. α1. marg. Crat. f. h1. — *effeta* Ox. i. — *iam quidem confecto aet.* Man. 1. — *aetate iam affecto* Man. 1. Vulgatam habent etiam R. T. bas. Recte. Vid. Ochsner. p. 214. Adde Cic. de Or. III, 18, 68. *qui illum a se adolescente Athenis, iam affectum senectute, multos dies auditum esse dicebat.*

rebus venereis] *necne* add. u.

Dii meliora, inquit!] *dii dent mel.* lα. cod. Mos. — *dii, inquit, mel.* bas. d3. — *inquit, dii meliora ferant* d4. — *inquit, dii mel. dent* e. — *dii, inquit, mel.* d5. Med. — *dic mel. inq.* Graev. lib. Man. 8. r. v1. 2. — *dic vero mel., inquit* Man. 1. Insititium censet Beier. ad Off. I, 40, 144.; probo, quum tam incerta sit verbi sedes. *Dic meliora* placet Manutio, quod ita in suis sit codd. et ap. Platon. et Plut. *εὐφήμει, εὐφήμησον*, et Lang. si interpretatum, inquit, Graeca dicamus Ciceronem, scribendum erit *dii meliora.* Verior et elegantior videtur vulgata Graevio, assentitur Gernh. De formula *Di meliora* scil. *duint* vel *dent* vel *ferant* vid. Ochsner. p. 214. Gernh. laudat Ter. Phorm. V, 9, 16. Cic. Phil. VIII, 3, 9. Liv. XXXIX, 10. Tibull. III, 4, 1. Adde Non. s. v. *moneris* p. 533. ubi laudat ex Pacuv. Chrys. *Dii monerint meliora.* Plures scriptores eandem habent historiam. — Noster habere videtur a Platon. Rep. I. in. (vid. ad in. cap. 3.) *πῶς ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίνεσθαι; εὐφήμει, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε, ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών.* — *Ἀποδρὰς* pro *ἀποφυγὼν* ex Ciceronis verbis Hemsterhus. ad Lucian. Charon. (T. III. p. 448. ed. Lehm.) corrigere voluit. Alios locos laudavit Schneider. Specim. edit. nov. Platonis de Rep. sec. edit. Steph. T. II. p. 329. B. C., quod est ad calcem Iahn. Annal. philol. et paed. de ann 1828. IX, 1. spec. p. 8. Est quidem ap. Plutarch. Cat. Mai. c. 24. *Εὐφήμησον, εἶπεν, ὦ παῖ*, sed alia, non Sophoclis historia narratur.

Libenter vero istinc] *libenter vero ab istis* d4. — *libenter ego vero* R. lα. — *ego vero istinc* om. *libenter* d5. — *lib. vero ego* e.

tanquam] *sicut* R. E. T. bas. lα. d1. 3. 5. Oxon. omnes. a. b. Cod. Graev. cr. La. M. P. w. Or. Gernhardus praefert *tanquam*, quod ad mentem et cogitationem referatur, ut voluptas ipsa dominus appelletur, metaphorae vi per *tanquam* ut paullo post §. 49. lenita, quum *sicut* fugiendi domini consuetudinem, quae servorum est, comparet. Sed bene defenditur *sicut* ab optimis libris, quum hoc eodem modo usurpetur ad mitigandam metaphoram, ut *tanquam*. Vid. exempla ap. Horat. Tursell. ed. Schwarz. s. v. *sicut* p. 964. 17. — Cupiditatum dominationem describit Xenoph. Oecon. I, 19—22. dicitque eas *χαλεποὺς δεσπότας*, quibus qui serviat, hunc Memor. I, 5, 5. ait decere *ἱκετεύειν τοὺς θεούς, δεσποτῶν ἀγαθῶν τυχεῖν.* Comp. Iuncus ap. Stob. CXVI. de senectute: *Καὶ γὰρ τὸ πεπαῦσθαι τῆς κατὰ*

mino agresti ac furioso profugi. Cupidis enim talium 6
rerum odiosum fortasse et molestum [est] carere; satiatis
[vero] et expletis iucundius [est] carere quam frui. Quam-
quam non caret is, qui non desiderat: ego non desiderare 7

τὰ ἀφροδίσια ὁρμῆς τε καὶ ὀρέξεως, ὦ Ζεῦ, μέγα ὄφελος φαίην ἄν, καὶ μανίας καὶ λύπης ἀπόῤῥευσιν· ὁπότε τῆς μὲν ψυχῆς τὸ ἀλόγιστον δὴ καὶ ἐπιθυμητικὸν ἀπολαύοι, διὰ τῆς ὄψεως, τῆς κατὰ τὸ κάλλος ἡδονῆς. Eurip. Fragm. Aeol. XIX. ap. Plutarch. in libro Non posse suaviter vivi sec. Ep. ed. Xyl. p. 1094.:

Ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν Κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
Ἤ τ' Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται. *Gernh.*

Cupidis enim talium rerum] *talium rerum* d1. — *enim* om. d4. sed refertur ad narrationem modo laudatam, ex qua patet, illos ipsos, qui talia interrogaverant Sophoclem, fuisse voluptatis amantissimos et miratos, cur ille non curaret Venerem. Addit igitur causam, cur isti ita interrogaverint.

odiosum et molestum est fortasse carere] *od. fortasse et mol. est car.* R. E. bas. *la.* Dresdd. omnes. Med. cr. S. V. La. M. P. w. O. — — *est* om. u.

satiatis vero et expletis iucundius est carere, quam frui] *sat.* — *car* om. *φ.* — *autem* d3. — *est* om. d1. — *quam frui* om. V. Recte Müllerus haec: Verba, *quam frui* in librariorum additamentis posuit Goerenz. ad Cic. Acad. I, 3, 12. p. 21., quod a duobus suis optimis absint, et scribae eiusmodi clausulas assuere quam maxime ament. Atque Seebod. ea in suo (Guelferbyt.) non viderat. Mihi tamen certissimum est, ea, quum fere necessaria sint, a Ciceronis manu esse addita.

Quamquam non caret is, qui non desiderat] *careat* Med. — Cic. Tuscul. I, 36, 88. *Carere igitur hoc significat, egere eo, quod habere velis: inest enim velle in carendo.* Phavorin. ap. Stob. CXIII. *ἡδονῆς γὰρ ὁ ἑκὼν εἰργόμενος, σοφός· ὁ δὲ μὴ δεόμενος, μακάριος.* et Iuncus l. l. *οἱ δὲ τοῦ περιττοῦ καὶ ἐνοχλοῦντος ἀπεχόμενοι, κατ' οὐδὲν τῆς χρήσεως αὐτοῦ δέονται.* Supra igitur *carere* est non habere, hoc autem loco *non caret* significat non molestum ei est non habere, ut ipse se Cato reprehendat, qui usus sit verbo *carere*, quippe in quo molestiae sensus insit; eiusque loco ponit *desiderare* [vermissen]. *Gernh.* Improbat Ciceronis etymologiam Doederlein. lat. Syn. T. III. p. 114.

ergo non desiderare dico esse iucundius] *ergo* om. d3. — *ergo haec non* d4., sic in quibusdam MSS esse testatur Lambin. Man. 4. e. u. tres Goerenzii MSS. l. l. ipso prob. L. P. — *ergo hoc non* E. bas. d1. 5. sic esse in MSS. testatur Lamb. Man. 9. S. 3. 1. 2. N. — *ego hoc non* Graev. e suo cod. Pith. Exc. — *hoc ego dico esse iuc.* La. — *hoc ego* w. Lall. M. — *est iuc.* e. — *esse* om. Man. 2. — *iucundius quam frui* v. editt. vett. cum S. m. Grut. 1. 2. N. exc. Med. Crat. La. *α2.* — Sed e superioribus facile intelliguntur verba *quam frui*, et ut post *carere* necessaria sunt, sic h. l. otiosa recte omittuntur. *Gernh.* Idem senserat Goerenz. ad Acad. II, 12, 37. p. 73. a. Assentiuntur Müllerus et Orell. Absunt etiam a Regiis Lall. — Orellius dedit: *ego non desiderare dico esse iucundius.* In Analect. Vol. IV. P. II. p. 598. dicit: Nulla omnino est conclusio. Est potius oppositio; unde *ego* unice hic verum, non *ergo*. Saepissime autem

8 dico esse iucundius. Quod si istis ipsis voluptatibus bona aetas fruitur libentius, primum parvulis fruitur rebus, ut diximus: deinde iis, quibus senectus, si non abunde
9 potitur, non omnino caret. Ut Turpione Ambivio magis delectatur, qui in prima cavea spectat, delectatur tamen etiam, qui in ultima: sic adolescentia voluptates propter

---

ergo et *ego* confundi docet idem exemplis ad Offic. II, 18, 63. [vid. Beier. T. II. p. 123.] p. 388. not. 1.

istis ipsis] *ipsis istis* E. lα. — *istis* om. T. — *ipsis* om. bas. η. ψ. a. b. c. — *ipsis quoque* d4.

bona aetas] mala aetas, ut F. Ursinus monet, senectus dicitur ab Afranio [ap. Non. s. v. *senium* p. 32.]

Mala aetas nulla delinimenta invenit.

Cic. Ep. ad Div. X, 3. *Consul es designatus optima aetate, summa eloquentia.* Gernh.

primum] *primo* d3.

parvulis] *parvis* d1. e. Man. 2. — *parcis* n. — Sed Lambinus ait, legendum esse *pravis* (recepit L.) cum superiora declarare, tum illud, *quod sit in adolescentia vitiosissimum* cap. 12. Hanc coniecturam Schützius recepit. De iis voluptatibus, quibus senectus non omnino careat, extremo cap. 13. dixit *quod in eo genere minimum est*, et extr. §. 43. *spreta et contempta voluptate.* comp. Off. I, 20, 67. *nam et ea, quae eximia plerisque, et praeclara videntur, parva ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere fortis animi magnique ducendum est.* et ibid. c. 22, 76. *Parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi.* Acad. IV, 26, 83. *Sed ut minuam controversiam, videte, quaeso, quam in parvulis sitis.* Sic h. l. *parvulae res* sunt, quae contemnendae potius sunt, quam expetendae. Gernh.

deinde iis] *dehinc* E. — *his* lα. d1. 3. 4. Med.

si non abunde potitur] *etiamsi* E. T. lα. d1. 4. e. η. o. v. ψ. b. Med. cr. V. — *etsi* bas. d3. 5. c. — *si etiam* a. r. v1. 2. α1. a1. 2. f. h1.

non omnino caret] sequuntur in Dresd. 3. haec: *ut cui divinius;* cetera desunt usque adverb. *sic adol.*

Turpione Ambivio] actore scenico, qui cum Roscio coniungitur in dialogo de Orat. c. 20. [§. 3. vid. Dronke. p. 151.]. *Facc.* Per eundem Drakenb. in Dict. ad h. l. monet actas plerasque Terentii fabulas esse apparere ex Didascaliis, ubi dicitur *L. Ambivius Turpio.* Gernh.

magis delectatur qui] *mag. del. etiam qui* d1. cetera desunt ad v. *sic adol.*

in prima cavea] pars prima caveae, vel proxima histrionibus intelligitur, ubi sedebant Senatores et Equites, cum media et extrema esset populo assignata. Gernh. — *spectant* e. — *exspectat* η.

delectatur tamen etiam] *delectantur* e. Med. — *delectabitur* Man. 1. — *delectatur et tamen etiam* Man. 1. — om. in Man. 4. u. c. Citat h. l. Nonius s. v. *ultimum* p. 444. a verbis *delect. ult.* et om. *delectatur.*

ultima] *cavea* add. e.

sic adolescentia] *sic* om. Med. — *in adol.* Erf. solito huius cod. vitio.

prope intuens] Dignissima est nota Wunderi ad h. l. in Varr. Lectt. cod. Erf. p. CXIV. seq. quae tota exscribatur. Dicit autem haec:

intuens magis fortasse laetatur, sed delectatur etiam senectus procul eas spectans, tantum, quantum sat est. At illa quanti [sunt], animum, tamquam emeritis sti- 49

---

monuit Gernhardus: Non s. h. v. [p. 396.] *propter intuens.* Manutius recte defendit *prope*, in omnibus libris illud quidem servatum, quod adverbialiter positum non eget Accusativo, ut propter Adverbii naturam respuens. In qua re dupliciter erravit Gernhardus. Primum unius Nonii auctoritas in hoc quidem loco maior apud eum debebat esse quam omnium codicum. Deinde falsum est, quod dixit, *propter* adverbii vice fungi non posse, quamquam secum consentientes habet librarios, qui saepe pro adverbio *propter* scripserunt *prope*. Sunt tamen loci, in quibus *propter* omnium nitatur codicum consensu, adverbialiter positum. Cfr. Ter. Eun. II, 3, 76. *Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.* Id. Adelph. IV, 3, 23. [IV, 2, 37. ed. Bentl.] *Est ad hanc manum sacellum; ibi angiportum propter est.* In his autem duobus locis metrum etiam evertitur, si *prope* scripseris. Ipse autem Cicero eodem modo usurpavit *propter* in Verr. IV, 48, 107. [vid. tamen Orell.]. *Etenim propter est spelunca quaedam.* de N. D. II, 47, 120. *Quin etiam a caulibus brassicisque, si propter sati sint, ut a pestiferis et nocentibus refugere dicuntur* [vid. tamen Orell. *prope*] de Inv. II, 4, 14. *noctu — accessit, et alterius eorum, qui sine nummis erat, gladium propter appositum e vagina eduxit.* pr. leg. Man. 5, 13. *Vident — unum virum esse — et eum propter esse;* ibid. c. 6, 16. *Cum duo reges cum maximis copiis propter adsint.* De his postremis locis, ex oratione de imperio Cn. Pompeii petitis; vide quae supra dixi [in Varr. Lectt.] p. LXIV. — Nunc — opinor, nemo ambiget, et in oratione Pompeiana, et in hoc de senectute libro Ciceronem *propter* scripsisse, quum hic non tantum Nonius eam scripturam tueatur, verum etiam codex Erfurtensis ipse habeat. Haec egregie Wunder. Sed miror, eum ignorasse, ante se sic emendasse locum Sylvium, quem secuti sunt Lambinus et Suffridus Petrus (qui vitio, credo, habet *voluptate*). Nunc sic edidit Orellius. Hos igitur secutus sum. Nam haud facile evincas *propter* esse interpretationem adverbii *prope*. Alios aliorum scriptorum locos vid. ap. Tursellin. ed. Schw. p. 784. *.

magis fortasse] *fortasse magis* b. — *fortasse* om. a. r. v1. 2. 3. α1.

laetatur] *delectatur* lα. e. i. ψ. L.

procul eas spectans] *procul aspectans* E. Man. 1. — *ea* T. Man. 2. — *eam* lα. Man. 2. supra vers. — *procul tantum spectat, quod sat est* d3. — *eas* om. d1. e. Man. 2. cr. — *satis* d4. e. — *fas est* v. — *sat* om. o.

§. 49. *at illa quanti sunt*] *quanti pretii* e. — *quanto* i. — *quanti sunt, quae delectantur animum* d4. — *sunt* om. lα.

animum] *delectant* add. supr. v. E. — in contextis T. d3. i. η. ψ. Med.

emeritis stipendiis] *meritis* d5. — Ut milites emeriti, vel emeritorum stipendiorum (v. Liv. XXXIX, 19. *ut P. Aebutio emerita stipendia essent* et Iustin. XIV, 3, 8. ibique Vorst.) non sunt amplius obnoxii militiae officiis, sic servitute libidinis liberantur senes. Iuncus ap. Stob. CXVI. *Καὶ δὴ σκοπήσατε, ὦ παρόντες, ὅτι αἵδε αἱ μυρίαι Σειρῆνες αἱ τὸν πλεῖστον ἀπάγουσαι λεὼν ὥσπερ αἰχμάλω-*

pendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium, secum esse secumque, ut dicitur, vivere! Si vero habet aliquod tamquam pabulum studii atque doctrinae, nihil [est] otiosa senectute iucun-
11 dius. Mori [paene] videbamus in studio dimetiundi coeli

τον, οὐ θαῤῥοῦσι προσελθεῖν γέροντι. Ἀλλὰ δὴ σὺν τῷ σώματι λήγοντι καὶ μαραινομένῳ τά τε αἴτια τῶν ἁμαρτημάτων ὑπεξεισιν, ἥ τε ψυχὴ αὐτοῦ μελετᾷ ἤδη, ὥσπερ καθ' ἑαυτὴν γιγνομένη, τὰ μὲν ἀνθρώπεια κακὰ φεύγειν, συνεῖναι δὲ σωφροσύνῃ. Gernh.

ambitionis, contentionis — cupiditatum omnium] *contentionum* E. T. la. d1. 5. e. i. ψ. b. c. Man. 19. Med. cr. α2. g. — *cont. amb.* d3. — *cupiditatum etiam omn.* d5. Med. — *cupid. et omn.* d3. — Equidem singularem retinuerim eo sensu, quo pr. Mur. c. 4. dicitur *honoris contentio. Contentiones* forent tempora, quibus contenderunt de honore cum aliis. Serviunt autem viri ambitiosi honoris studio, quo ad contendendum impelluntur unde inimicitiae *Gernh.* Pluralis iis debetur, qui respondere vellent verbum voci *inimicitiarum.*

secum esse, secumque, ut dicitur, vivere] *securum esse, secumque* etc. d5. Med. Haec bene explicat Henr. Steph. in Grut. Thes. T. V. suppl. p. 26: quum animus secum vivit, inquit, quum illi propemodum sevocato a societate et contagione corporis (Cic. de Divin. 1, 30.) vacare licet iis, quibus gaudet cogitationibus. Comparat Gernh. Pers. Sat. IV, 52: *Tecum habita; noris quam sit tibi curta supellex!*

Si vero habet aliquod] *aliquid* E. la. d1. 4. 5. e. i. n. o. v. ψ. a. c. Med. — *si vero habet senectus* crat. — *si vero senectus habet* Dresdd. omnes.

atque] *et* la. d3. Med. V.

. *nihil est otiosa senectute iuc.*] *est* om. T. cod. Graev. quod in apodosi non abesse debere dicit Gernh., cuius sententiae nulla tamen ratio, quae certis nitatur fundamentis. Multum vigoris habet oratio omisso verbo *est.*

pabulum] Acad. IV, 41, 127. *Est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturae.* Vid. Ochsner. p. 112. 191. — *officiosa* pro *otiosa* habent η. ψ. — *Otiosa sen.* est proprie a rep. gerenda abstinens atque ipsa praedicatur *otiari* ap. Cic. Offic. III, 14, 58. praesertim ea, quae *studiis oti* h. e. rerum cognitione doctrinaque delectatur. *Beier.* ad Lael. 23, 3. p. 134.

Mori paene videbamus in studio dimetiundi coeli atque terrae] *mori videbamus in studio dimet. paene coeli* T. la. d1. 4. (*et terrae*) O7x. (o habet *et terrae*) editt. vett. cum S. m. P. 3. exc. Med. — *mori videbamus in studio dimetiendi mori paene caeli* has. — *mori videbamus in studio dimetiendi coeli paene* d5. — *videbamus mori in periculo dimetiendi pene coeli* d3. — *Videbamus in studio dimetiendi paene mori coeli* Graev. cod. — *Videamus in studio dimetiendi paene coeli* (om. *mori*) R. — *videamus mori* (sed *mori* in ras.) *in studio* (haec in ras.) *dimet. pene coeli* E. — *videbamus in stud. dimetiundi coeli atque terrae mori paene C. Gallum* Med. α2. et Theod. Gaz., qui vertit *μόνον οὐκ ἐναποπνέοντα σπουδῇ τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἀναμερήσεων Γαΐον ἑωρῶμεν.* — *paene* om. η. —

atque terrae C. Gallum, familiarem patris tui, Scipio! Quoties illum lux, noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, quum mane coepisset! Quam delectabat eum, defectiones solis et lunae multo nobis ante praedicere! Quid in levioribus studiis, sed tamen acutis? 50
12

Graevius, pertinet, inquit, ad mori, quod omnes norunt. Quam absurde autem, et contra rationem et usum latine loquentium ponatur inter *dimetiendi* et *coeli*, nemo non videt. Ciceronem credo scripsisse: *Mori paene videbamus in studio dimetiendi coeli et terrae C. Gallum.* Sed mihi, ut quid vere sentiam, dicam, *paene* antiquissimum videtur supplementum eius, qui rem vellet lenire, unde eius verbi sedes vaga. *Mori videbamus C. Gallum in stud. dim. coel. atque terrae* est: *C. Gallus usque ad ultimum vitae tempus in astronomiae studio versatus est*, ut recte dicere potuerit Cato: *mori videbamus C. Gallum.*

C. Gallum] *C.* om. E. T. lα. d4. O7x. c. Codd. Man. editt. vett. r. αl. v3. al. 2. f. h1. S. m. La. M. L. P. w. — *Gallum* om. d3. Man. 1. Gaza. C. Sulpicium Gallum, qui plurimum valuit in Astrologia, ut est in l. I. de Offic. cap. 6. Stipendia fecit in exercitu Aemilii Paulli, bello Macedonico. *Facc.* Is ille est, de quo Liv. XLIV, 37. *Castris permunitis, C. Sulpicius Gallus, tribunus militum secundae legionis, qui praetor superiore anno fuerat, consulis permissu ad concionem militibus vocatis pronuntiavit, nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora secunda usque ad quartam horam noctis lunam defecturam esse.* Eodem teste Consul fuit Gallus a. u. 588. *Gernh.* Adde Beier. ad Offic. I, 6, 19. T. I. p. 42.

patris tui, Scipio] *Scipio, patris tui* T. lα. De Scipionis patre Aemilio Paullo Maced. v. c. 6. pr.

quoties] *quotiens* lα. (ut rursus paullo post) d1. 3. Sed vid. Hess. ad Tacit. Germ. 15. Walch. ad Agricol. 30. p. 328.

lux] in Erf. supr. v. — in d3. est Schol. *noctualis.* — *oppr. lux* d4. — *lux oppr.* e. — *oppresserit* d5. r.

noctu aliquid] om. η.

describere] de rebus astronomicis sermo est: pertinet itaque *describere* ad res coelestes earumque figuras, zeichnen. *Ern.* Virg. Aen. VI, 850. *Coelique meatus describent radio. Gernh.* Vid. Fischer ad Plat. Phaed. c. 18. p. 306. n. 18.

quoties] *quotiens* lα. d1.

nox oppressit] *nox oppr. eum* c. — *oppressit* om. e.

mane coepisset] *cum coep. mane* d1. r. v1. 2. 3. αl. al. 2. f. h1. S. m. L. — *incepisset* η.

quam delectabat eum, defect. etc.] *delectabatur, quum — praediceret* O7x. a. editt. vett. cum S. m. exc. Med. V. La. L. w. Lall. — *quam delectabat eum, quum — praediceret* v1.

defectiones solis et lunae multo nobis ante praedicere] *solis et lunae ante nobis defectiones praed.* d3. — *sol. et lun. def.* d3. — *defectus solis* d4. — *sol. et lun. multo nob. ante def.* Med. — *multo ante nobis* E. d4. 5. Med. — *praedicare* o. v. ψ.

§. 50. *Quid in levioribus studiis*] *quam in* d3. — intelligit ea, quae ad vitae necessitatem et utilitatem minus conferunt, quam Mathematica, sed tamen subtilia sunt, acutique ingenii, quae *acuta* dicit, ut de N. D. I, 22, 60. *Gernh.*

quam gaudebat bello suo Punico Naevius! quam Truculento Plautus! quam Pseudolo! Vidi etiam senem Livium: qui, quum sex annis ante, quam ego natus sum, fabulam docuisset, Centone Tuditanoque consulibus, usque ad adolescentiam meam processit aetate. Quid de P. [Licinii] Crassi et pontificii et civilis iuris studio loquar? aut de huius [P.] Scipionis, qui his paucis die-

b.

14

---

quam gaudebat bello suo Punico Naevius] *et gaudebat bell. P. N.* Med. — *suo secundo P.* ψ. — *Ennius* η. Male. — *Naevius* bellum Punicum primum, in quo teste Gellio N. A. XVII, 21. militaverat, versibus descripsit. Mortuus est (v. Brut. c. 15.) M. Corn. Cethego et P. Tuditano Coss. a. u. 549. Plautus viginti annis post illos consules mortuus est, Catone Censore. *Gernh.*

Truculento Plautus] quae inscribitur Plauti fabula, lacera ad nos pervenit. Plauto tribuitur de Offic. I, 29, 104. *iocandi genus elegans, urbanum, ingeniosum, facetum.*

etiam] om. e.

Livium] Andronicum, de quo Tusc. I, 1. Val. Max. II, 4, 4. *Paulatim deinde ludicra ars ad Satirarum modos perrepsit, a quibus primus omnium poëta Livius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit. Isque sui operis actor cum saepius a populo revocatus vocem obtudisset, adhibito pueri et tibicinis concentu, gesticulationem tacitus peregit.* Euseb. in Chron. refert, Livium dictum esse a M. Livio Salinatore, a quo fuerat manumissus. *Gernh.*

qui quum sex annis ante, quam ego natus sum] *qui cum senex esset annis* d4. — *sex annos* i. n. v. Grut. Lall. 3. 1. — *septem annis* bas. lα. d1. 3. 5. a. Guelf. prob. Müller. α3. cr. f. S. m. M. Vid. Osann. Analect. Crit. p. 40. 47. 50. — *septem annos* e. r. v1. 2. a1. h1. — *septimo anno* cod. Balduin. Vid. de *annis* et *annos* ad c. 6, 16. — *ego* om. d3. 5. Med. cr. — *ante* om. Man. 1.

fabulam docuisset] *doc. fab.* d3. — *elicuisset* α1. — *edidisset* f.

Centone Tuditanoque coss.] *Centhone* P. 3. — *Cethego* o. ψ. r. v1. 2. α1. cr. (*et Tud.*) V. m. Med. Vid. de re Osann. l. c.

usque ad adol. meam proc. aetate] *ad* om. b. V. — *in aet.* a. — *sua* addit Oxon. e. — *aetatis* r. v1. 2. α1.

P. Licinii Crassi] *Lucii* d1. e. — *Licinii* om. T. bas. O6x. d3. 4. 5. Med. Recte. vid. c. 9, 4.

et pontif.] *et* om. d3. 4. Med. — *ac* Ox. e.

P. Scipionis] *P.* om. R. E. d3. Med. cr. — *aut de his studiis P. Scip.* d4. — erat ille P. Scipio Nasica, cognomine *Corculi.* Consul fuit a. u. 591. cum C. Figulo. Pontifex Max. a. u. 603. vid. Orat. III, 33. et Wetzel. Exc. 8, 3. Drakenb. ad h. l. in Dict. intelligit Corculi filium P. Cornelium Scipionem Nasicam Serapionem, nepotem P. C. Scipionis Nasicae, qui vir optimus a senatu iudicatus est, pronepotem C. Cornelii Scipionis, qui cum fratre suo P. Corn. Scipione in Hispania periit. At hic Pontifex Max. T. Gracchum interemit a. u. 620. consulque fuit a. u. 605. cum Dec. Bruto. Non potuit igitur a. u. 603., in quem hic dialogus incidit, senex appellari. *Gernh.*

his paucis diebus] *in his p. d.* Oxon. v. — *his dieb. p.* E. — *his proximis dieb.* ψ.

bus pontifex maximus factus est! Atqui eos omnes, quos
commemoravi, his studiis flagrantes vidimus senes. M. 15
vero Cethegum, quem recte *Suadae medullam* dixit
Ennius, quanto studio exerceri in dicendo videbamus
etiam senem! Quae [sunt] igitur epularum aut ludorum
aut scortorum voluptates cum his voluptatibus compa-
randae? Atque haec quidem doctrinae studia: quae qui- 16
dem prudentibus et bene institutis pariter cum aetate

---

pontifex max.] *magnus* lα. d4.

Atqui] Sic R. E. — *atque* bas. d3. 4. η. o. v. ψ. b. c. Med. cr. La. M. P. Recte, si est in h. l. assumptio cum asseveratione pro *et sane*. Cum ante dixisset *Mori paene videbamus* et *Vidi etiam senem;* sequi debebat *Atque eos omnes* etc. Exempla utriusque particulae a librariis confusae sunt apud Ciceronem frequentia. Sed tamen cum obiectione quadam aptius per *Atqui* referuntur illa ad adversarium, cuius refutatio expletur verbis: *Quae sunt igitur. Gernh.*

quos commem.] *quos iam comm.* d4.

flagr. sen. vid.] *flagr. vid. sen.* d4.

Cethegum] in Brut. c. 15. Nonnulli Codd. male *Centonem*. De M. Cornelio Cethego Cos. a. u. 549. v. c. 4. pr. Brut. l. l., ubi ex nono Annalium Ennii haec leguntur:

Additur orator Corneliu' suaviloquenti
Ore Cethegus Marcu', Tuditano collega,
Marci filius, is dictus, ollis popularibus olim,
Qui tum vivebant homines atque aevum agitabant,
Flos delibatus populi, Suadaeque medulla.

Πειθὼ (haec addit Cic.), *cuius effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius; eius autem Cethegum medullam fuisse vult, ut, quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitavisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit.* Theod. Gaza *Suadae medullam* vertit μελίγηριν, quamobrem reprehenditur a Politiano p. 91. in Grut. Fac. crit. T. I. p. 121. *Gernh.*

Suadae medullam] *medula* d3. — *medelam* e. — *suadam medullam* d5. a. r. v1. 2. 3. Med. a1.

studio exerceri in dicendo] *studio in dic. vid.* d5. — *in discendo* η. v. ψ. b. comp. c. 9, 28. — *exerceri in iudicio* d4. — *in dic.* om. d3. Med. — *videamus* Med.

quae sunt igitur] *igitur* om. c. — *ergo* o. Vid. Ochsner. p. 113.

aut ludorum] om. Rom.

voluptatibus] om. Oxon. e.

atque haec quidem studia doctrinae: quae quidem prudent.] *atque haec quidem studia doctrinae prudent.* etc. omissis *quae quidem* La. M. L. P. w. — *atqui haec quidem* E. d3. — *doctr. stud.* T. lα. Recte. Vid. Fin. V, 19, 53. — *stud. sunt doctr.* d1. e. a. r. v1. 2. α1. V. Facc. g. — *stud. doctr. sunt* d4. — *studia docti sunt* ψ.

quae quidem] *quidem* om. n. Eyb. Facc. g. Sed repetitum *quidem* defenderunt exemplis Ochsner. p. 113. Goerenz. ad Fin. V, 27, 80. p. 631. b.

crescunt; ut honestum illud Solonis sit, quod ait versiculo quodam, ut ante dixi, senescere se multa in dies addiscentem: qua voluptate animi nulla certe potest esse maior.

51 XV. Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus
1 ego incredibiliter delector: quae nec ulla impediuntur senectute et mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere.
2 Habent enim rationem cum terra, quae numquam recusat

---

ut honestum illud Solonis sit] *ut etiam illud hon. quod in quodam versiculo ait* d4. — *Soloni* E. — *est* r. v1. 2. α1. S. m.
ut ante dixi] vid. c. 8, 26.
senescere se] *se* om. Med. — *senem* d3.
addiscentem] *discentem* T. m.
certe] om. ψ.
potest esse maior] *maior esse potest* B. Eyb.

Cap. XV.

§. 51. *Venio nunc ad voluptates agricolarum*] Sermonis familiaritati hoc tribuendum est, quod Cicero explicatius (usque ad cap. 17, 60.) quam de reliquis voluptatum generibus disserit de agricultura, qua ipse maxime delectatur, qua de Off. I, 42. extr. dicit esse omnium rerum, ex quibus aliquid acquiratur, nihil melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius, ut Xenoph. Oecon. c. 5. Columella Praefat. eam facit sapientiae consanguineam. *Gernh.* Ceterum de laudibus, dignitate utilitateque agriculturae ad omnes inde redundante omnino videndus est Obbarius ad Horat. Epistol. I, 10. Beier. ad Offic. I, 42, 151. Eodem autem modo, quo hic, ad aliam rem transit in Brut 4, 16.
ego] om. Eyb. —
incredibiliter] *maxime* Eyb.
nec ulla] *non* η. — om. *v.* — *ulla* om. Med. — de *nec* — *et* vid. Ochsner. p. 128.
proxime] *proximo* Charis. II. p. 191. P. — *maxime* Med.
Habent enim rationem cum terra] *rationem proximam* ψ. — *cum* om. d3. — *enim* om. O2x. et b. — Guilielm. rescribi voluit ex Hittorpiano *Habent etiam rat.*, ut utilitatis causa accedat ad voluptatem et honestatem agriculturae. Gruterus vulgatam defendit, refertque ad illud, quod dixit: *mihi vol. agr. ad sap. vit. pr. vid. acc.* At recte Schützius vidit, his verbis confirmari primam causam, *quae nec ulla impediuntur senectute*; alterius causa, *et mihi ad sap. vit. prox. vid. acc.*, rationem reddi per sequentia: *Quamquam me quidem non fructus modo, sed etiam ipsius terrae vis ac natura delectat. Rationem habent* voluptates agric. cum terra, e qua colenda petuntur, quacum iunctae sunt, ut ad Attic. II, 5. *nunc vero, quoniam quae putavi esse praeclara, expertus sum quam essent inania, cum omnibus Musis rationem habere cogito. Gernh.*
recusat imperium] *recuset* n. — Graevius contra Paulli Manutii coniecturam *recusat impendium*, vulgatam tuetur. Dicuntur enim, inquit, imperare terrae, qui eam exercent, et in illa serunt ac plantant, quae volunt, et fructum ex illis capiunt. Virg. Ge. I, 99.
Exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.

imperium, nec umquam sine usura reddit, quod accepit, sed alias minore, plerumque maiore cum fenore. Quamquam me quidem non fructus modo, sed etiam 3 ipsius terrae vis ac natura delectat. Quae, quum gremio mollito et subacto sparsum semen excepit,

---

(adde ibid. II, 369. *tum denique dura exerce imperia.*) [ubi vid. Iahn.] Tacit. Germ. c. 26. *sola terrae seges imperatur.* [vid. Hess.]. Senec. de tranquill. 14. *Ut fertilibus agris non est imperandum.* Columell. III, 3, 6. et al. l. *Gernh.* Vide Gronov. Obss. in Eccles. p. 139. „Ut Manutius sic Hotomann. et idem sensisse videtur Cuiacius Obss. IX, 36.“ Vir D. in marg. ed. Wechel.

sine usura reddit] *reddit sin. us.* T. lα.

quod accepit] *quae η.* — *accipit* T. d3. 4. ψ.

minore] *minori* E.

plerumque] *alias* d5.

Quamquam me quidem non fructus modo] *q. m. q. non modo fr.* lα. supra v. *quidem.* — *q. non modo fr. quidem me* d1. r. v1. α1. h1. S. V. — *q. me non fructus quid. modo* d3. — *q. non fr. quidem me* v2. f. — *q. non me quid. non fr. modo* Med. — *quamq. non me, quid. fr. modo* cr.

ipsius terrae vis ac nat.] *ipsius vis terrae atque nat.* d3. — *ips. vis terrae ac n.* d5. — *vis atque nat.* d4. Med. — de circumlocutione *vis ac natura* pro *vis naturalis* vid. Beier. ad Offic. I, 6, 18.

delectat] Plutarch. ait Cat. M. c. 21. *τὴν μὲν γεωργίαν μᾶλλον ἡγεῖτο διαγωγὴν ἢ πρόσοδον.* ibid. c. 25. *τότε δὲ διαγωγὴν καὶ θεωρίαν αὐτῷ τὰ γιγνόμενα κατ᾽ ἀγρὸν παρεῖχε.*

quum gremio mollito ac subacto] *in gremio* d1. — *in gr. suo* e. η. Laudat h. l. Nonius s. v. *subigere* p. 430. — *ac mox sub. v.* — *et sub.* Non. u. — *gremio* a matre translato hoc voc. poëtarum more ut aliis tropicis vocibus in hac quidem de agricultura disputatione usus est, quippe qua animus senis inprimis commotus videretur. Virg. Ge. II, 325.

Tum pater omnipotens foecundis imbribus aether
Coniugis in gremium late descendit, et omnes
Magnus alit magno commistus corpore foetus.

Gernh.

semen sparsum excepit] *spars. sem.* R. E. T. bas. lα. Dresdd. omnes. Med. cr. La. M. L. P. O. — *excipit* d4. e. — *accipit* lα. Man. 5. — *recipit* i. ψ. Man. 1. — *excepit* d3. Man. 5. c. Facc. g. Nicol. Heins. ad Ovid. Fast. I, 648. in optimo suo cod. reperit *subacto sementem excepit.* — *acceperit* Man. 1. — *spars.* — *occ.* om. Pith.

primum] *primo* d3.

occoecatum] *occetatum* E. (est *occoecatum*) lα. infr. lin. *occecatum* sed in contextis est *occatum.* — *occatum* bas. d1. lα. d3. 5. 06x. editt. vett. cum m. exc. V. La. L. — *occata* d4. — *occaecatum.* Hinc per syncopam *occare* et *occatio.* Occaecatur autem semen, cum, glebis comminutis, pulvere tegitur. *Facc.* Columella II, 2. *Opertae rursus occaecari debebunt.* Idem XI, 2. *Pulverationem faciunt, quam vocant rustici occationem, cum omnis gleba in vineis refringitur et resolvitur in pulverem.* Ciceroni assentiuntur Sextus Pompeius et Nonius Marcellus [p. 70.]; Varro de R. R. I, 21. et Verrius vocem ducunt ab *occaedendo.* v. Victor. Varr. Lectt. II, 23. et XXXIV, 12..

primum id occoecatum cohibet: — ex quo occatio, quae hoc efficit, nominata est: — deinde tepefactum vapore et compressu suo diffindit et elicit herbescentem ex eo viriditatem: quae nixa fibris stirpium sensim adolescit cul-
p. 88. **moque erecta geniculato vaginis iam quasi pubescens in-**
a.

---

qui *occaecatum* reposuit, suffragantibus Langii, Gruteri, Manut. Graev. libris cum a. b. et c. Sex Oxx. et editt. vett. *occatum;* Theod. Gaz. vertit βωλοκοπηθέν. *Gernh.*

primum id occaecatum cohibet] Non. s. v. *occatio* p. 70. legit: *cohibet prim. id occ.* — *prohibet* d5.

occatio] *occaecatio* v2. — *haec* pro *hoc* d1.

deinde tepefactum vapore et compressu suo diffindit] *compressum sulco* ly. e. η. o. ed. vet. — *complexu* r. v1. 2. α1. α1. 2. f. h1. V. m. M. L. (quamquam in notis laudat vulgatum *compressu.*) w.

diffindit] *et diffundit* Med. — *diffundit* E. T. bas. lα. d3. 4. 5. η. o. v. ψ. r. v1. 2. Med. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. La. M. L. P. w. ed. vet. 1. N. — *diffindit* est etiam in R. Celberd. cod. in spat. quod est inter duos versus, in contextu est *diffundit. Diffindit* coniecit etiam Stewech. ad Veiet. de re mil. III, 16. p. 200. ed. Scriver. ex offic. Plantin. 1607. qui haec: quid absurdius est, quam dici semen et granum compressu terrae diffundi? et cum diffusum iam est, inde elici herbescentem viriditatem. — Praeterea notandum, vocem *compressus* ex optimis codd. Ciceroni restitutam esse apud hunc ἅπαξ εἰρημένον, qui utitur voce *compressio* Brut. c. 7.

et elicit herbescentem ex eo vir.] *et ex eo* Rom. — *et el. ex eo* c. — *eiicit* voluit Lambinus, cui assentitur Goez., qui recepit *diffindit et eiicit.* Quorum alterum seminis naturae convenit, alterius notio vehementiam quandam habet, ac repentinam seiunctionem, ab herbae virescentis initiis alienam. *Gernh.*

nixa] *enixa* T. e. n. ψ. — *nisa* e.

fibris stirpium] *extremis radicibus.* Tusc. III, 6, 13. *nos autem audeamus non solum ramos amputare miseriarum, sed etiam omnes radicum fibras evellere.*

culmoque erecta] *calamoque* L. haud dubie ex Non. qui h. l. citat s. v. *spicae* p. 252 Recte glossam dicit Manut. — Ad Virg. Ge. I, 321. Servius, *culmus est*, inquit, *ipse calamus, stipulae vero folia, quae ambiunt culmum. Gernh.* — *recta* R. bas. d1. e. — *erecto* r. v1. 2. α1. a1.

geniculato] *genicula* sunt nodi in caulibus et culmis, quibus distinguuntur. Plin. XVIII, 7. *Genicula sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo octona.* In eod. cap. *Milium et panicum in culmum geniculatum, et concavum, sesamum vero in ferulaceum* sc. *fastigatur.* Sic *geniculatum incrementum* ap. eund. XVI, 25. *Sic fit ut prima cacumina* (geminantium arborum) *impelli secutis appareat, geniculato incremento.* Hos nodos vocant etiam *articulos.* Columell. II. c. 12. *Cum seges in articulum ierit,* h. e. in nodum surgere coeperit. *Graev.*

vaginis] Varro R. R. I, 48. *Qua sublatent* (spicae) *herba, ea vocatur vagina, ut qua latet conditum gladium. Gernh.*

includitur] *induitur* ψ.

cluditur; e quibus quum emersit, fundit frugem spici ordine structam, et contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. Quid ego vitium 52
ortus, satus, incrementa commemorem? Satiari de- 4
lectatione non possum, ut meae senectutis requietem

---

e quibus quum emersit] *ex quibus* c. Non. — *emerserit* sed bas. *la.* d1. 3. 5. Man. 16. editt. vett. cum S. m. 2. exc. La. L. w. — om. Non. — *emiserit* d4. Vulgatam defendit Gernh. quod paullo ante fuerit *quum — semen excepit.* Est ita in R. T. M. P.

frugem] *fruges* Non. s. v. *spicae.* Med.

spici] *spicae* bas. d1. 4. 5. *η. o. v. ψ.* Man. 17. Non. s. v. editt. vett. cum S. m. exc. La. L. — Festus in *spica* tradit etiam *spicus* masculine dictum, afferens antiquum hunc versum

Quasi messor per messim unumquemque spicum colligit.

Servius ad Ge. I, 111. Dicimus autem et *hic spicus* et *hoc spicum.* Cicero in Arato: [vid. N. D. II, 42, 110.]

Spicum illustre ferens insigni corpore virgo.

Sed scire debemus, in usu esse a masculino utrumque numerum, a neutro verbo raro tantum singularem numerum inveniri; nam pluralis nusquam lectus est. Idem l. l. v. 314. spicos de maturis frugibus abusive dicimus: nam proprie est spicus, quum per culmi folliculum i. e. extremum tumorem aristae adhuc tenues in modum spiculi eminent. *Gernh.* Adde Moser. ad Cic. N. D. l. c.

structam] *structa* d1. — *structus* Non. — *structo* R. duo MSS. Guil. — *exstructam* Pith. Exc. — *ordine constructo* c. — *Spici ordo* gluma est, quam structam fruge ait Cicero compleri. *Graev.*

minorum avium] *av. min.* E. *la.* d3. 4. 5. O4x. Man. 11. c. Pith. Graev. prim. editt. vett. O. — *avium maiorum* d1. — *inimicarum avium* dicit se invenisse in MSS. latebros. biblioth. Turneb. Advers. XIII, 6.

morsus] *morsum* n. u. o. *ψ.* Man. 10. r. v2. 3. h1. — *munitum morsus vall. ar.* d3.

mun. vall.] *vallo mun.* d4.

§. 52. *satus, ortus*] *ortus, satus* R. E. T. bas. *la.* Dresdd. omnes. c. Non. s. v. *satio* p. 253. Crat. O. Ex naturae legibus omnino cum Gernhardo vox *satus* praeponenda; primum enim seritur aliquid, satum oritur. Sed quum optimi codd. inversum tueantur ordinem, nolim hoc scribis tribui. Nam amat Cicero hanc figuram, quae dicitur *hysteron proteron* a Grammaticis. Vid. Exempla ap. Ramshorn. §. 206. B. 3. p. 701. Nostro simillimus est locus de Divin. I, 42, 93. *multa inusitata partim e coelo, alia ex terra oriebantur, quaedam etiam ex hominum pecudumve conceptu et satu.* ad quem locum Orell. Vol. IV. P. II. p. 158. not. 8: praeposterus — iste ordo in v. gignendi educandique frequens est: ut de N. D. II, 43. *exclusi fotique.* Sic nihil mutandum esse in Brut. §. 49. in verbis *partus atque fontes* vidit Scheving., qui comparat Brut. 17. *imitari ossa et sanguinem.* Sed ne ita quidem Bruti locus est emendatus.

incrementa] *que* add. *α*1. — om. *incr.* c.

requietem] Sic Erf. a pr. m. 2da habet *requiem*, ut est in bas. d1. 3. 4. o. n. *η. v. ψ.* Man. 13. editt. vett. cum m. exc. V. La. L. — *quietem* T. *la.* d5. Man. 6. *Requietem* Lang. ex Prisc. l. VI. restituit et Graev. ex pervet. suo et Pith. Exc. Drakenb. in Dictat. ad

oblectamentumque noscatis. Omitto [enim] vim ipsam omnium, quae generantur ex terra; quae ex fici tantulo grano aut ex acino vinaceo aut ex ceterarum frugum ac

---

h. l. monet, forma *requietem* aeque ac *requiem* Ciceronem delectatum esse. Est vero haec altera forma ap. Cic. de Or. I, 52, 224. sine ulla, quod sciam, varietate. Nihil notavit Orell. Difficillimum iudicium est de vera huius vocis declinatione, quum saepe legatur *requietem*, saepe etiam *requiem*. Ego optimos codd. sequendos puto et Prisciani auctoritatem, qui hunc locum laudat VI, 11, 58. ed. Krehl. p. 704. P., quare h. l. retineo *requietem*, quam formam ex Cic. Ep. ad Fam. V, 14, 3. laudat Charis. p. 52. et p. 85. [vid. Orelli. Vol. IV. P. II. p. 467. not. 4. ad Fragm. Cic.]. Est eadem ap. Cic. Fin. V, 14, 54. bis. Vide de utraque declinat. Prisc. l. c. et VII. p. 781. Valer. Prob. p. 1460. P. — Ceterum est h. l. brevitas quaedam elliptica particulae *ut*, quae non potest referri ad: *satiari delectatione non possum*, *ut* (*damit ihr nur*) *pernoscatis* etc. Sed concise dictum est pro: *dico hoc* vel *affero ut;* sic cap. 17, 2. *atque ut intelligatis*, *nihil ei tam regale videri*, *quam studium agri colendi; Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo* h. e. atque ut intelligatis, nihil ei etc. *hoc affero* sequitur oratio directa. Cfr. or. pr. Arch. 1, 4. *ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur*, *quod alia quaedam in hoc facultas sit ingenii*, *neque haec dicendi rationi aut disciplina*, (*hoc dico* haec supplenda) *ne nos quidem huic uni studio penitus umquam dediti fuimus*. Vid. Sanct. Min. T. II. lib. IV. cap. 5. p. 220. ed. Bauer. Lips. 1801. cum not. Bauer. Ochsner. p. 339. Adde Cic. Brut. 31, 117. Ovid. Met. XI, 430.

oblectamentaque pernoscatis] *oblectamentumque noscatis* Priscian. l. c. R. E. bas. d1. 4. 5. O6x. editt. vett. cum S. m. M. P. 1. 2. O. exc. La. L. Lall. — *oblectamentaque noscatis* lα. i. ψ. α1. N. — *oblectamenta noscatis* pervet. cod. Graev. — *oblectamentaque cognoscatis* cod. C. — *oblectamentumque pernoscatis* L. Lall. — *delectamentumque cognoscatis* d3. — Gernhardus secutus est Graevium, qui quod erat in suo pervet. cod. *oblectamenta noscatis* et e Pith. Exc. in quo est *oblectamenta pernoscatis*, reposuit nullo cod. suffragante *oblectamentaque pernoscatis*. Illud autem verbum *pernoscere* est ex interpretatione in uno tantum cod. Verbum ipsum rarum apud Cic. Laudat Gernh. Fat. 5. Orat. I, 17. Secutus est Graevium Goez.

Omitto enim vim ipsam omnium] *vim in omnium ipsarum rerum* d4. — *vim omn. rerum* e. — *vim ips. omnium eorum* ψ. — pro *enim* habet *autem* d3. omittit *enim* Oxon. e. Mihi *enim* ortum ex *vim* videtur, quamquam potest defendi ita ut dicamus, referri particulam ad sententiam *Satiari non possum*, *quare praecidam: omitto enim*.

generantur e terra] *ex terra* d1. 4. quod probo, secutus Beier. ad Lael. 21, 8. p. 120. Adde eundem ad Offic. I, 7, 22. T. I. p. 51.

quae ex fici tantulo grano — procreat] *quae efficit*, *ut ex tantillo* [forma comicis usitata; altera Ciceroniana] *fici grano — procreet* d3. — *ex tantillo fici gr.* cod. C. — *fici ex* Med. α2. cr. — *tantillo* d4. i. c. cr. La. L. P.

ex acino vinaceo] *ex* om. d1. — *vinatio* E. — *vinacio* Man. 3. — *accino vinatico* d1. — *vinatico* Man. 2. — *vineaceo* Man. 2. — *vinaceno* vet. lib. Lang. — *acini vinaceo* R. r. v1. 2. a1. S. Non. s. v. *acina* h. l. laudat p. 220. — Casaubonus ad Suet. Aug. c. 76. *acinum*

stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreet. Malleoli, plantae, sarmenta, viviradices, propagines nonne ea efficiunt, ut quemvis cum admiratione de-

---

negat notare Latinis veteribus *nucleum*, qui Graecis dicatur τὸ γίγαρτον: acinum esse ipsam baccam, sive granum uvae, cuius partes sint folliculus, succus, caro, nucleus: nucleum autem non acinum appellari in uvis. Columellam et eum secutum Palladium nucleos etiam *vinacia* vocare nove, cum vinacia potius sint στέμφυλα. Contra Drakenb. in Dictat. ad h. l. monet, *acinum* etiam granum, nucleum baccae notare, constare ex collatione locorum Plin. H. N. VII, 7. ubi tradat, Anacreontem poëtam acino uvae possae strangulatum periisse., et Val. Max. IX, 2, 8. unius grani pertinaciore in aridis faucibus humore. *Gernh.* Gruterus, si vera est suspicio mea, [vid. ad cap. 13, 44. ex.] in exemplari suo edit. Wechel. haec notavit: Iob. Ludolphus leg. *acini*. Vid. Epp. MSS. p. 330. Turneb. Adv. XIII, 6. *acinum vinaceum* ea dici forma censet, qua gallum gallinaceum dicebant. Nam distinctionis, inquit, gratia *vinaceus* ei velut appenditur: ne ambiguitate verbi Gallum et acinum ebuli, aut sambuci aut mali punici intelligamus. Sed *vinaceus* est substantivum, non adiectivum. *Vinacei illuti* sunt ap. Caton. R. R. c. 147. *vinaceos lavare* c. 25. De grano *acinus* intelligit etiam Voigtlaend. in Forcellin. Thes. L. Lat. s. v. *Acinus* p. 38. col. 2. Cfr. quae de vocabulo *vinaceus* disputantur in Indic. Scriptt. Rer. Rust. edit. Bipont.

ex ceterarum] *ex* om. lα. d3. c.

ac] *aut stirp.* R. E. T. bas. lα. d1. 4. 5. O7x. a. b. c. editt. vett. cum S. m. exc. a2. V. La. L. — *ut stirp.* d3. *Aut* est correctio eorum, qui oppositum putarent alteri *aut.*

procreat] *procreet* R. (E.) bas. d1. 3. 4. b. r. v1. 2. α1. a1. 2. f. h1. — *procreent* d5. c. Unde patet cod. Erf. scripturam non esse in vitio, quod suspicatus videtur Orell. Pluralis eodem modo ortus, quo cap. 3, 1. *quas* pro *quae;* referebant enim scribae verbum ad relat. *quae*, sed referendum est ad *vim.* Subiunctivus non contemnendus, cuius vis haec est: *vis — quae talis est*, s. *tanta*, *ut — procreet.* Quam Subiunctivi vim exemplis non opus est probare, quum satis haec res nunc constet.

tantos truncos ramosque] *truncos tantos ac ramos* d4. — *truncos tantos*, *ramosque* d5. — *que* om. d3.

Malleoli] Columella III, 6. *Malleolus novellus est*, *palmes innatus prioris anni flagello*, *cognominatusque a similitudine rei*, *quod in ea parte*, *quae deciditur ex vetere sarmento*, *prominens utrinque malleoli speciem praebet.* *Gernh.*

viviradices] *vites radices* R. E. T. bas. lα. Dresdd. omnes. O7x. Man. 20. b. c. cod. Graev. editt. vett. cum m. exc. a2. La. L. w. — *vites*, *traduces* cr. α2. V. — *radices vites* Man. 1. — Recte Gernh. posuit *viviradices* est enim altera lectio corruptela. *Viviradices* Columella interpretatur plantas, quae iam radices habent.

nonne ea efficiunt] *non* T. lα. i. o. v. — *minime* d3. — *ea* om. d3. 4. — *ita* d5. a. Med. V. — *efficiuntur* d5. — Theod. Gaz. videtur legisse: *nonne ea ita afficiunt* — *nonne et eff.* α1. — *nonne ita afficiunt* Crat. Error ex eo est ortus, quod *ea* male retulerunt ad *ut*, sed referendum est sensu collectivo ad antecedentia. Saepe autem ita pronomen quasi per pleonasmum subiicitur Subiectis plu-

6 lectent? Vitis quidem, quae natura caduca est et, nisi
fulta sit, fertur ad terram, eadem, ut se erigat, cla-
viculis suis quasi manibus, quidquid est nacta, com-
plectitur: quam serpentem multiplici lapsu et erratico
ferro amputans coërcet ars agricolarum, ne silvescat
53 sarmentis et in omnes partes nimia fundatur. Itaque
7 ineunte vere in iis, quae relicta sunt, exsistit tan-
quam ad articulos sarmentorum ea quae dicitur gemma;
a qua oriens uva se[se] ostendit: quae et succo terrae
et calore solis augescens primo est peracerba gustatu,

---

ribus, cuius rei exempla sunt in omnibus libris grammaticis. Vid. Kritz. ad Sall. Cat. 37, 4. Bene etiam Gernh.: Exquisitior est usus verbi *efficere*, quod cum sequenti verbo ad idem subiectum refertur, ut Lael. c. 16, 59. *Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potius eniti et efficere, ut amici iacentem animum excitet.*

cum admiratione delectent] *cum* om. e. a. Man. 2. r. v1. 2. 3. *α*1. a1. h2. S. m. Erroris convincere vult Gernhardus Gronov., quod dixerit, omissum voc. *cum* in Hervag. Sed immemor fuit V. D. plures posse esse Hervagii editiones. Gernhardi ed. Herv. de ann. 1540. habet *cum;* sed in mea ed. Herv. ab ann. 1534. omittitur praepositio. Et hac, credo, usus est Gronov.

Vitis quidem] *quidem* om. r. v1. 2. h1. V. P.

et nisi fulta sit] *et quae* etc. e. — *et* om. 1*α*. d3. 4. Graev. cod. La. M. P. w. — *sit* om. bas. d4. b. — *est* pro *sit* habent E. T. d3. 5. *o. v. ψ*. Graev. cod. Palat. 1. Pith. La. w.

ad terram fertur] *fertur ad terr.* R. E. bas. d3. 4. 5. b. Med. *La.* M. L. P. w. — *profertur ad terr.* T.

complectitur] *amplectitur v.* Cfr. locum simillimum ap. Cic. N. D. II, 47, 120. *Vites sic claviculis adminicula, tamquam manibus apprehendunt atque ita se erigunt, ut animantes.*

serpentem multiplici lapsu et erratico] *multiplici sermone et lapsu erratico* d3. — *mult. serpentem lapsu* d4. 5. (*et* om.) Med. (*et* om.) cr.

nimia] *minima* E. — *nimium* d4. e. — pro *et in* habet d5. *ne* per anaphoram.

fundatur] *diffundatur* d5. o. *ψ*.

§ 53. *in iis, quae*] *in his quae* d1. 3. — *his in articulis* Med. — *in his in art.* cr. — *in articulis* est mala interpretatio.

tanquam ad articulos] *in articulis α*2. cr. — *ad* om. MS. ap. Graev. et Oxon. u. Erasmus in not. explicat: *iuxta* et *exsistit* eleganter dicit positum pro *emergit.*

sarmentorum] om. d4. - *sarmentum α*1. —

ea, quae gemma dicitur] *ea* om. d1. et habet *quae dicitur gemma.* Similis locus est Legg. I, 9, 27. *is qui appellatur vultus.*

sese ostendit] *se ost.* R. bas. d1. e. V. La. M. P. w. — *ostendit se* Graev. cod. — *se extendit* d3. Vid. ad cap. 13, 1.

quae et succo] *et quae succ.* d3. 5. e. — *succo* om. *α*1. — *quae ex η. ψ.*

gustatu] *gustu* T. Man. 1. r. v1. 2. 3. *α*1. h1. 2. — *gustata* d3. Man. 1.

deinde maturata dulcescit vestitaque pampinis nec modico tepore caret et nimios solis defendit ardores. Qua quid 8
potest esse tum fructu laetius, tum aspectu pulchrius? Cuius quidem non utilitas me solum, ut ante dixi, sed etiam cultura et natura ipsa delectat: amminiculorum ordines, capitum iugatio, religatio [et] propagatio [vitium], sarmentorum[que] ea, quam dixi, aliorum amputatio, alio-

---

Sed unam veram esse formam *gustatu* apud Cic. recte observavit Doederlein. lat. Syn. T. III. p. 127. — *gustui* al. 2. — *gustanti* Man. 1. — *acerba* n. — *peracua* v. — *primum* e.

deinde maturata] *dein* R. La. L. P. — *matura* cod. Herv.

tepore] *tempore* Erf. a pr. m. d1. n. η. v. ψ. De *nec* — *et* vid. ad init. huius cap.

defendit] Theod. Gaza legit *defugit*, vertit enim διαφεύγει, quod uni Betuleio placet. Vulgatam habent omnes libri scripti et edd. Lambinus vim [*arcet* recte interpretatur Facc.] docuit ex Hor. Sat. I, 3, 14. et Nicol. Heins. ad Ovid. Epist. Her. V, 18. de Off. I, 7, 8. *qui non defendit iniuriam* [vid. Beier. ad h. l. T. I. p. 54.]. *Gernh.* Adde Matthiae ad or. pr. Rosc. Amer. I, 1.

qua quid potest esse tum fr. laet., tum asp. pulchr.] *qua quidem potest* d1. — *esse* in d3. supr. lin. — *cum asp.* d1. 4. — *quid pulch.* d4. — *tum fr.* R. bas. d4. 5. η. o. editt. vett. cum m. g. 2. O. Recte, opinor, nam non est gradatio, sed i. q. *et* — *et.* Vulgatam habent etiam La. w.

Cuius quidem non util. me solum] *cuius util. non me sol.* Med. cr. — *cuius quidem util. me non ut ante dixi, sed* etc. d4.

sed etiam cultura] *sed et cult.* Med. La. M. L. P. w. — *cultura et* om. η. — *etiam* om. o.

ipsa nat.] *nat. ipsa* R. E. bas. d4. 5. Med. cr. M. P. w.

iugatio] *coniugatio* bas. Dresdd. omnes. a. e. o. ψ. Man. 13. editt. vett. cum m. exc. La. L. w. Lall. — *convinctio* marg. Crat. — Alteram lectionem miratur Graevius tolerasse Gruterum, cum non modo in MS. suo pervet., sed et in Lang. et Aldi Man. edit. (adde b. c.) legatur recte capitum *iugatio.* Hinc *iugata vinea*, *iugatae vites*, in iugum erectae. Iugum enim, Graevius monere pergit, in vineis dicebantur perticae humi defixae, quibus aliae imponebantur superius transversae, ad instar iugi militaris, de quo vid. Varron. I. R. R. cap. 8. et Columell. IV. cap. 17. et 19. *Gernh.*

religatio] *et religatio* d3. 4. 5. Med. Ald. 1. cr. m. L. — *reclinatio* ψ. — Columell. IV, 13. *alligationem* vocat.

et propagatio] *et* om. r. v2. α1. V. — *prop.* om. cod. A. De *propagatione* vid. Colum. IV, 15.

vitium] om. La. L. P. — *vitiumque* r. v1. 2. α1. f. h1. Mihi glossa antiquissima videtur *vitium*, nimirum quod quaedam interiecerat vitium culturae.

sarmentorumque] vocem *sarmentorum* retulit Suffrid. Petrus ad *propagationem* — *que* om. R. E. bas. lα. d1. 4. 5. i. η. o. b. r. v1. 2. Med. α1. a1. 2. f. h1. S. m. La. M. L. P. w. — *et sarm.* d3.

ea, quam dixi] *et ea* P. — *quam ante dixi* c. — *quae dixi* E. o.

9 rum immissio. Quid ego irrigationes, quid fossiones
agri repastinationesque proferam, quibus fit multo terra
54 fecundior? Quid de utilitate loquar stercorandi? — dixi
10 in eo libro, quem *de rebus rusticis* scripsi. — de qua
b. doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, quum de cul-
11 tura agri scriberet: at Homerus, qui multis, ut [mihi]

---

immissio] *et alior. imm.* d3. Med. α2. cr. V. m. — *et aliorsum* d4. — scil. in sulcum, ut radices agat et deinde resectum novam vitem efficiat. *Ern.* Columell. de Arbor. c. 7.

ego] *ergo* E. d4. v2. α1. — *igitur* d1. e.

foss. agri] *agri foss.* d1. a. r. v1. 2. α1. a1. 2. f. h1. S. V. m. M.

repastinationes] quomodo terra rescindi debeat pastinando et repastinando, praesertim ad vineta conserenda vid. Columell. III, 11. seq.

proferam] *referam* n.

quibus fit multo terra fec.] *quibus sit* r. — *foec. terra* T. — *terra multo foec.* bas. lα. d5. Med. cr. V.

§. 54. *Quid de utilitate loquar stercorandi?*] *quid de util. sterc.* om. *loquor* d4. — Praeterea notandum, unum Gernhardum *loquor* habere; nam quod in Dresd. 1. est *loquor*, merum vitium est scribendi; et typographi errorem puto Gernhardi praesens *loquor* quum plane nihil notaverit. Ineptum est autem, quod nihildum dixerat de stercoratione.

in eo libro] *eo* om. d3. — *quem dixi de reb. r.* d3. — pro *scripsi* habet Oxon. ψ. *composui.* — Est liber, qui nunc exstat, cuius Plutarch. mentionem facit Cat. M. c. 25. *καὶ συντέτακταί γε βιβλίον γεωργικόν, ἐν ᾧ καὶ περὶ πλακούντων σκευασίας, καὶ τηρήσεως ὀπώρας γέγραφεν, ἐν παντὶ φιλοτιμούμενος περιττὸς εἶναι καὶ ἴδιος.*

ne verbum quidem] *nec v. quid.* lα. e. η. — *quidem* om. d3. — Si intelligit Hesiodi *Ἔργα καὶ Ἡμέρας*, mirum est, solam stercorationem a Catone desiderari, cum omnia fere ab his libris absint, quae in libris de Re Rust., qui Catoni tribuuntur, pertractata sunt. Probabile est igitur id, quod Dan. Heinsius in Introduct. in Opera et Dies Hesiodi cap. IV. monuit: Ciceronem h. l. non hunc librum Hesiodi intellexisse, sed alios de agricultura, in quibus non plantatio desideraretur, ut in *Ἔργ. καὶ Ἡμέρ.*, sed una stercorandi ars praetermissa esset. Quorum librorum argumentum, Manilii testimonio, erat plantatio et propagatio vineae, arborum insitio, tum quae loca his vel illis commoda sint vel incommoda. *Gernh.*

scriberet] *scripsisset* Pith. Exc. Male! Namque in scribendo rem praetermisit. *Gernh.*

at Homerus, qui multis, ut mihi videtur, ante seculis fuit] *at* om. d4. — *multis ante sec. ut mihi vid. fuit* d4. — *ut videtur mihi* d5. — *ut* om. R. — Huic Ciceronis sententiae non magis confidendum est, quam Velleii Pat. I, 7., qui circiter annis 120. antiquiorem tradit, Varronis, et Accii apud Gell. N. A. III, 4. et XVI, 21., Sexti Empirici contra Mathem. et Tzetzae in proleg. ad Lycophr. Cassand. aliorumque, quos Harlesius ad Fabric. Biblioth. Graec. I. p. 567. recensuit. Novam quaestionem de Hesiodi aetate aperuit Fr. Thiersch. *Ueber die Gedichte des Hesiodus, ihren Ursprung und Zusammenhang mit dem Homer.* München 1813. comp. Ephemerid. litt. Lips. 1814. nr. 20. *Gernh.*

videtur, ante saeculis fuit, Laërtem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum et eum stercorantem facit. Nec vero segetibus solum et pratis 12
et vineis et arbustis res rusticae laetae sunt, sed hortis etiam et pomariis: tum pecudum pastu, apium examinibus, florum omnium varietate. Nec consitiones modo 13

Laërtem] *Laertam* E. — *Lertam* Pith. Graev. cod.

capiebat e fil.] *carpebat* T. — *ex* d1.

et eum stercorantem] *eum* om. d4. c. — Odyss. ώ. v. 225. ubi Ulisses, necatis procis, patrem Laertem deprehendit:

> *τὸν οἶον πατέρ' εὗρεν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ*
> *λιστρεύοντα φυτόν.*

et v. 241.

> *ἤτοι ὁ μὲν κάτ' ἔχων κεφαλήν, φυτὸν ἀμφελάχαινε.*

Non stercorantem, inquit Car. Lang. *ἀλλὰ λιστρεύοντα καὶ ἀμφιλαχαίνοντα τὸ φυτόν*, h. e. *purgantem et ablaqueantem arbores* inducit Laertem Odyss. ώ. memoriae lapsu; nisi et seni et Catoni, ut illo saeculo, rerum graecanicarum ignorationem aliquam concedamus, vel certe aliter in Homero lectum fuerit, quam nostra nunc habent exemplaria. — Leviter Ciceronem Homeri locum inspexisse Wetzelio non videtur verisimile, cum tam accurate apud Homerum esse id dicat, cuius Hesiodum mentionem fecisse neget: graece doctissimum autem Catonem ostendi c. 1. et 8. Probabile igitur esse, Laertem ideo arbores circumfodisse visum esse Ciceroni, ut stercus immittere posset. Ipsam stercorationem potuisse demonstrari Odyss. ϱ'. 297. ubi canis Argus dicitur iacuisse

> *ἐν πολλῇ κόπρῳ, ἣ οἱ προπάροιθε θυράων,*
> *ἡμιόνων τε, βοῶν τε, ἅλις κέχυτ'. ὄφρ' ἂν ἄγοιεν*
> *δμῶες Ὀδυσσῆος τέμενος μέγα κοπρήσοντες.*

Gernh. Cfr. Victor. Varr. Lectt. XXVIII, 4. Brodaeus Misc. VI, 13.

Nec vero] *neque vero* B. Eyb.

et vineis et arbustis] *et arb. et vin.* lα. — *vinetis* Eyb.

laetae] *laetatae* cod. Graev.

sed etiam hortis et pomariis] *sed hortis etiam* E. T. (*et* om.) lα. Med. B. Eyb. cr. La. M. P. w. (*atque* ut Man.). — *sed pom. etiam et hort.* d1. r. v1. 2. α1. a1. 2. f. h1. S. m. — *sed hort. et pom.* d3. 5. c.

tum pecudum pastu] *pecudum partae* d4. — *cum pec.* d3.

apium examin.] *et* praep. E. bas. d3. r. v1. 2. Med. α1. a1. h1. — *tum* praep. d5. B. Eyb. S. V. m. L. — *apum* Eyb. Med. cr. M. P. — *Apium* praebent Graev. optim. liber. Pith. et ed. Lang. quatuor Oxx. et cod. B. et Ern. Idem tuetur Drakenb. ad Sil. It. VIII, 637. et in Dict. ad h. l. Vid. Voss. de Anal. II, 14. et quae notavi ad Offic. I, 4, 187. *Gernh.*

flor.] *et* praep. d5. B. Eyb. Med. cr. f. — *tum* praep. a1. h1. S. V. m. L.

consitiones] Citat h. l. Non. s. v. *constituere* p. 287. qui miro modo laudat: *constitutiones* ut paullo post *institutiones.* — *nec solum consit.* d1. 5. Med. — *nec sol. concisiones* d3. — *sationes* d4. in marg. *consationes delect.* —

delectant, sed etiam insitiones: quibus nihil invenit agricultura sollertius.

55 XVI. Possum persequi multa oblectamenta rerum
1 rusticarum; sed ea ipsa, quae dixi, [fuisse] sentio longiora. Ignoscetis autem, nam et studio rerum rusticarum

---

insitiones] *sed etiam incisiones* d3. — Ovid. Met. XIV, 630.
fissa modo cortice virgam
Inserit et succos alieno praestat alumno.
Gernh.
Cfr. Virg. Ge. II, 78.
invenit] *invenio* ψ. b.
agricultura] *agricola* Mah. 1. r. v1. 2. α2. a2. f. h1. [h2. *agricoltura* ut α2.] m. L. (in not. prob. *agricultura*) — *cultura agri* Man. 2.

CAP. XVI.

§. 55. *Possum persequi*] *possem* d4. At vid. Kritz. ad Sall. Cat. 51, 4. Matthiae Exempl. eloquent. Lat. Altenburg. 1821. p. 195. Cfr. Cic. de Divin. II, 24, 52. *Quid ego haruspicum responsa commemorem?* (*possum equidem innumerabilia*). Non tamen esse soloecum, nec ratione carere Coniunctivum, alia ostendunt exempla. Vid. Corn. Nep. Epamin. 4, 6. *Plurima quidem proferre possemus; sed modus adhibendus est.* Cic. Tusc. I, 34, 84. *Hegesiae liber est Ἀποκαρτερῶν, quod a vita quidam per inediam discedens revocatur ab amicis; quibus respondens, vitae humanae enumerat incommoda.* Possem idem facere; *etsi minus, quam ille, qui omnino vivere expedire nemini putat.* Videmus posse Coniunctivum usurpari, et eo esse utendum, ubi necessitas est, apparet. Interdum adeo falso poneremus Indicativum. Nam si quis cum dubitatione de aliqua re loquitur, non potest uti Indicativo v. c. *possem proferre plurima* est: *possem fortasse, sed nolo pro certo id affirmare, in medio positum relinquo.* Sed *possum innumerabilia commemorare* est: *certo scio me posse laudare exempla, sed nolo.*

multa] *permulta* E. T. bas. lα. d4. O6v. b. c. Med. α1. cr. V. La. L. P. — *obmulta* d3. Videntur interpretationes.

sentio fuisse longiora] *fuisse sent. long.* R. lα. M. 3. Lall. 1. 2. O. — *sentio esse long.* c. α2. Med. — *sensi fuisse long.* d3. ψ. — *sensi esse long.* bas. — *fuisse* om. d3. Palat. 1. — *sentio fuisse long.* habent Erf. T. d1. 4. 5. a. editt. vett. cum S. m. P. Facc. g.

Ignoscetis autem] *ignoscetis autem Lelli et Scipio* d3. Man. 4. Med. α2. cr. — *ignoscatis* Man. 1. — *ignoscite* Man. 1. — *ignosces* Man. 1.

nam et studio rerum rusticarum provectus sum] *et* om. Med. cr. — *nam a stud.* d3. i. c. — *nam a summo stud.* lα. — *rustic. rer.* E. T. lα. d1. Med. cr. — *profectus* c. — Ern. ut Drakenb. in Dictat. interpretatur longior factus sum in hoc argumento. Contra Wetzelius explicat: provectus sum (*aetate*), ut 4, 10. ubi *aetate* addditum est. Intelligit V. D. a iuventute ad senectutem rerum rusticarum studio sum ductus, ut prima causa, cur sibi velit ignosci, sit, quod a pueritia hoc studium coluerit. Vis vero est in voc. *studio* rer. rust. Verbum *provectus sum* inservit nexui. Nam studium rerum rust. me traxit, effecit, ut longior essem. ut Fin. III, 22, 74. *Sed iam sentio, me esse longius provectum* (Goerenz. nescio an errore typographico,

provectus sum, et senectus est natura loquacior: ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Ergo in hac vita 2
M'. Curius quum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, consumpsit extremum tempus [aetatis]: cuius quidem ego villam contemplans — abest enim non

---

edidit *profectum*), *quam proposita ratio postularet. Verum admirabilis compositio disciplinae, incredibilisque rerum traxit ordo.* Or. pr. Dom. c. 12. *vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam.* *Gernh.* Plures Ciceronis locos vid. ap. Nizol. in Lex. Cic. s. v. *Proveho.*

natura loquacior] *loquacior nat.* Med. — *loquentior* i.

ne ab omn. eam vit. vid. vind.] *ne ab om. vit. videar eam vind.* d1. — *vit. vind. vid.* d5.

Ergo] inservit continuandae orationi intermissae, quum sententia longior interiecta sit. Nam quum haec omnia a cap. 15, 51. init. usque ad verb. cap. 16, 55. quasi per parenthesin dixisset, quod ipse clam longius tractus esset rerum rusticarum iucunditate, ita ut prorsus consilii sui oblivio eum cepisset, sentit tandem se nimis longum fuisse in deliciis suis exponendis; et quum consilium esset docere maximas esse agricolarum voluptates, in eoque studio summos viros versatos, redit per particulam *ergo* ad institutam disputationem, quasi dixisset: non ego solum incredibiliter delector voluptatibus agricolarum, sed summi etiam viri, qui rempublicam administrarunt. Nam in hac vita rustica M'. Curius etc. Hunc particulae usum non opus est exemplis illustrare, quum in omnibus libris grammaticis nunc his de rebus agatur. Est autem genus Anacoluthi. — *in hanc vitam* tres MSS. Guil.

M'. Curius] om. M'. o. — M. d3. e. — Auctor libri de VV. Ill. c. 33. *Marcus Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphavit, quos usque ad mare superum perpacavit.* a. u. 463. v. Flor. I, 15. Liv. Epit. XI. *Curius Dentatus consul, Samnitibus caesis, et Sabinis, qui rebellarunt, victis et in deditionem acceptis, bis in eodem magistratu triumphavit.* Pyrrhum a Curio ex Italia pulsum esse narrat Plut. Cat. M. c. 2. et Valer. Max. IV, 3, 5. *Gernh.*

de Sabinis] om. d1. a1. r. v1. 2. α1. — *et Sab.* η. — *et de Sab.* d1. r. v1. 2. α1. a1.

triumphasset] *triumphavisset* T. i.

aetatis] om. recte MS. Verb. Saepissime enim ad tales temporum notationes adscriptum est *aetatis* a librariis.

cuius quidem villam ego contemplans] *cuius quidem ego vill. c.* R. T. bas. lα. d4. 5. Med. cr. O. — *cuius ego vill. cont.* E. La. M. L. P. w. — *vitam* e. — *contemplatus* d4. v.

abest enim non longe a me] *est enim non a me longe* T. lα. — *a me* E. om. — Vulgatam habent Dresdd. omnes. Man. 17. Oxx. omnes. editt. vett. exc. Weehel. et Lall. Man. 4. et cod. A. qui ex emendatione habent *a mea.* Gernhardus haec notavit: interpretantur *a villa mea*, ex familiaris sermonis consuetudine, ut Ter. Phorm. V, 1, 5. et 3, 12. *sed meum virum abs te exire video.* Eun. III, 5, 64. *eamus ad me* aliisque locis [Heaut. III, 1, 90. *a me nescio quis exiit.* Virg. Aen. II, 311.], quos laud. Wetz. Sed nuspiam deprehendi *domus, villa abest a me.* Restitui igitur quod Manutius notae suae praeposuit, *non longe abest a mea.* Godofred. Müller. notavit ad cod.

longe a me — ammirari satis non possum vel hominis
3 ipsius continentiam vel temporum disciplinam. Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites quum attulissent, repudiati [ab eo] sunt: non enim aurum habere praeclarum sibi videri dixit, sed iis, qui habe-

---

Ciz. A.: haud dubie τὸ *a* absorptum est a verbo seq. *admirari.* *Gernh.* Cui recte Orell.: Sed dictum est ut in Miloniana §. 51. [cap. 19.] *devertit Clodius ad se in Albanum.* [vid. Garaton. ad h. l.] In Fragm. libri de Fato ap. Macrob. Sat. 2, 12. *quum esset apud se ad Lavernium Scipio.* [vid. Cic. Opp. Vol. IV. P. II. p. 235.].

hominis ipsius] *ipsius* om. d3. Med. α2. cr. La. M. L. w. Theod. Gaz. — *ipsius hom.* d1. a. r. v1. 2. 3. α1. a1. 2. f. h1. — *hom. illius* d5. — inclusit *ipsius* Gernh. Uncis recte liberavit Orell. *ipsius* enim opponitur *temporis*. *Hominis ipsius continentia* est innata homini continentia, quae non gignitur tempore. — *hom. disciplinam* d3.

continentiam] quam Drakenb. in Dictat. ad h. l. monet opponi non libidinibus, sed avaritiae et concupiscentiae, ut Iustin. XVIII, 2, 8.

temporum disciplinam] h. e. Graevius inquit, temporum illorum rationem, consuetudinem, et quasi legem, quae ab omnibus servabatur. Sic et Iustin. loquitur XXXVI, 2. *quod ex causa factum paullatim in disciplinam vertit.* Tempora quidem intelliguntur ea, quibus, ut Plin. H. N. XVIII, 3. de Curio dicit, ipsorum manibus imperatorum colebantur agri, (ut fas est credere) gaudente terra vomere et triumphali aratore. Theod. Gaz. vertit οὔτε τὸ ἀπὸ τῶν χρόνων πολυμαθές, quasi temporum in agro colendo observationem intellexerit. *Gernh.*

Curio] *enim* add. Med. cr.

ad focum sedenti, magnum auri pondus Samnites quum attulissent, repudiati sunt] *cum ad foc. s. m. a. p. Samnites attulissent* d4. e. — *magnum pond. aur.* d1. 3. — *magnum* om. lα. sed ita locutus est Virg. Aen. III, 49.

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threïcio regi. et multi alii.

cum Samn. attul. T. lα. — *cum att. Samn.* d3. c. α2. Med. Crat. — *repudiati ab eo sunt* a. editt. vett. cum S. m. M. P. 3. 1. 2. exc. a. Lugd. Theod. Gaz. cr. f. La. Eyb. Lall. Rutgers. Varr. Lectt. V, 10. p. 488. ed. Elzev. legit *ab eo*, sed recte abest ab R. T. bas. B. V. Optime defendit Dativum Gernh. ita: Dativus, inquit, egregie inservit verbo *attulissent* et passivo *repudiati sunt*, ut Offic. III, 9, 39. *honesta enim bonis viris, non occulta quaeruntur.* ad q. l. conferri iubet Heus. Eodem modo explicat Beier. ad Offic. l. c. T. II. p. 247. ubi dicit: cum posuisset *repudiati sunt*, glossatores addendum censebant perspicuitatis causa *ab eo*, quod omitti potest, quum satis appareat ex subiecto *Curio* ad quem referatur. Cum vi praeponitur Dativus. Quare ne hoc quidem loco Dativum Graecum intelligo, quem omnino non esse Ciceronis firmis exemplis stabilitum, certo affirmare audeo. Vid. ad cap. 11, 14.

non enim aurum habere praeclarum sibi videri dixit] *non enim aur. haberi praecl. videri sibi dixit* d4. — *non enim aurum sibi praeclare dixit* d3. — *habere pr. dixit sibi vid.* Eyb. — *tam praeclar.* Oxon o.

sed iis, qui haberent aurum imperare] *sed eis* R. bas. d3. 4. 5. L. —

rent [aurum], imperare. Poteratne tantus animus [non] 4
efficere iucundam senectutem? Sed venio ad agricolas; ne 56
a me ipso recedam. In agris erant tunc senatores, id est 5

---

aurum habentibus B. Eyb. — *habebant* T. lα. — *Aurum* mihi ex glossa videtur, quum omissa hoc voce longe pulchrior sit oratio, et in Graecis non legatur. Habet enim eandem narrationem Plutarch. Cat. M. c. 2. *ἐνταῦθα πρὸς ἐσχάρᾳ καθήμενον αὐτὸν ἕψοντα γογγυλίδας εὑρόντες οἱ Σαυνιτῶν πρέσβεις, ἐδίδοσαν πολὺ χρυσίον. ὁ δ' ἀπεπέμψατο, φήσας, οὐδὲν χρυσίου δεῖν, ᾧ δεῖπνον ἀρκεῖ τοιοῦτον. αὐτῷ μέντοι τοῦ χρυσίον ἔχειν κάλλιον εἶναι τὸ νικᾷν τοὺς ἔχοντας.* Cfr. Cic. Rep. III, 3, 6. Vol. IV. P. I. p. 461. ib. cap. 28, 31. et 32. Or. Vol. l. c. p. 470. ex Non. s. v. *Largitas* p. 132. Merc. et s. v. *Apud* p. 522. ed. Iun. p. 96. et p. 547. Flor. I, 18, 22. Val. Max. IV, 3, 5. Plin. l. supra laud. et XIX, 6, 26. Columell. I, 3. Plut. Apophthegm. p. 342. ed. Gesn. Athen. X, 13. ed. Schweigh. Idem dictum Fabricio tribuit Senec. de provid. c. 3. Adde Beier. ad Offic. II, 21, 7. T. II. p. 145. Victor. Varr. Lect. X, 5.

non iucundam efficere sen.] *non effic. iuc. sen.* E. T. bas. lα. b. c. α2. Med. cr. V. La. M. L. P. w. O. — *effic. non iuc. sen.* R. Dresdd. omnes. B. Eyb. — *non eff. nisi iuc. s.* Oxon. e. — *non iuc. habere* cod. A. r. v1. 2. α1. f. h1. — *non hab. iuc.* v3. h2. Mihi *non* maxime suspectum. Potest enim *poteratne* esse pro *nonne poterat* i. e. *sane poterat*. Vid. ad c. 10, 1.

§. 56. *ne a me ipso recedam*] *ipse* L. P. — *ipso* om. c. — *ut a me ipso rec.* perverso sensu d3. — *ut a me ipso non rec.* Man. 1.

In agris erant tum senatores] hoc totum usque ad *senes* om. Oxon. i. — *in agro* n. — *tunc* d3. 4. e. η. a1. 2. La. M. L. P. w. Quod unum probo.

id est senes] *et iidem senes* E. bas. d1. 3. Obx. Pith. La. L. P. w. 3. Lall. 1. 2. — *et idem senes* lα. — *idem senes* T. Lang. cod. — *iidem senes* cod. A. — *tamen iidem senes* cod. C. — *i. senes* Venet. 3. — *id est* praeter meos habent R. o. ψ. b. α2. Lugd. 1556. 8. m. M. Grut. — De Aldinis Codd. nihil constat. Hoc autem VV. DD. ad Flor. IV, 2, 15. et Drakenb. ad Liv. IX, 19, 7. X, 8, 10. et al. l. docuerunt, *iidem*, *idem* et *id est* propter compendium scribendi *idē* saepe esse confusa a librariis. *Id est* ap. Cic. frequens est pro *intelligo*, ut altera vox alteram interpretetur, et, quid cogitandum potissimum sit, significet, cum pronomen *idem*, quum copula iunctum ad aliquam notionem alteram adiungit ab illa diversam pro *ac simul*, ut N. D. II, 1, 1. *Nae ego, inquit, incautus, qui cum Academico, et eodem rhetore, congredi conatus sim.* Comp. Fin. III, 5, 88. *Iam membrorum, id est, partium corporis, alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus.* Vult enim partes corporis intelligi, quae una voce dicuntur membra. Ita nostro loco cum senectute et consilio graves reip. administratores *senatores* appellantur, nunc potissimum vult senectutem cogitari. Quapropter paulo post ait non *et ceteri senatores*, sed *et ceteri senes*. Alteram partem notionis exhibet Philipp. IV, 6, 14. *senatum, id est, orbis terrae consilium, delere gestit.* Accedit quod alii libri *et* ante *iidem* omittunt. Quod Graevius obiicit, non omnes senatores fuisse senes, nihil valere docent exempla: ut Acad. II, 18, 10. *ut diceret* (Carneades) *opinaturum, id est, peccaturum esse sapientem.* Brut. c. 46, 172. *Sed domum redeamus, id est, ad nostros revertamur.* Ceterum

senes: siquidem aranti L. Quinctio Cincinnato nuntiatum est, eum dictatorem [esse] factum: cuius dictatoris iussu
p. 89. a. **magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Maelium regnum**
6 **appetentem occupatum interemit. A villa in senatum ar-**

---

prisca aetas reip. intelligitur, de qua Flor. I, 1, 15. Consilium reip. penes senes erat, qui ex auctoritate *Patres*, ob aetatem *Senatus* vocabantur. *Gernh.* Assentitur tacite Gernhardo Beierus ad Lael. 26, 1. p. 156., qui simul docet exemplis, explicationem saepe a Cicerone addi. De re vid. ad cap. 6. extr.

aranti L. Quinctio Cincinnato nunciatum est] *in agro aranti nunc est* a. editt. vett. cum S. m. exc. Med. cr. V. La. L. w. Lall. Seqq. — *in agris laboranti* η. — *Cincinnato in agro n.* d1. — *aranti* om. d1. — *est* om. la. — *Quintio* E. d1. Unice veram censet Niebuhr. in Museo Rhen. I, 3. p. 227. 1827. scripturam per *c* factam *Quinctius*.

eum dictatorem esse factum] *eum* om. d3. — *esse* om. d3. 4. 5. e. — *dictum* pro *factum* lα. v. La. M. L. P. w. — *Dici* de dictatore et de magistro equitum innumeris locis apud Livium occurrit, et proprie adhibetur, ut ipso illo loco, qui huc pertinet, Liv. IV, 13 de Tito Quinctio Capitolino, qui se ait *dictatorem L. Quinctium* (Cincinnatum) *dicturum.* a. u. 316. *Gernh.* Sed tamen correctionem puto, quod librariis idem verbum toties repetitum non placeret. — *iussu*] *iusso* a. — *magister equitum* om. e. v2. α1.

C. Servilius Ahala] *C. Ahala Serv.* Med.

regnum appetentem occupatum interemit] *et occupantem* d5. α2. r. v1. a1. 2. cr. h1. m. — *et occupare volentem* ex interpretatione verbi *occupantem* a. v2. 3. 4. α1. f. S. V. — *regni appetentem et occupantem* d3. — *rerum appetentem* α1. — *vi occupatum* d4. η. ed. Colon. — *et occupatum* bas. d1. e. — Lectio *appetentem occupatum* est in omnibus libris Balduini, Guilielmi, Palat. 4. Graev. Pith. b. c. — Verbum *occupare* Lang. interpretatur *praecipere*, *praevenire* III. de Rep. [Manut. in notis a Lactantio servatum dicit locum Cic. ex III. de Rep. At ego neque apud Lactant. locum inveni, neque in Orellii edit. Cic. de Rep. Nec est apud Non. qui de verbo *occupare* hac significatione est conferendus p. 384. Adde Ochsner. p. 134.] *Quid si vita eius in periculum veniet, ut eum aliquando necesse sit aut occupare aut mori?* Adde pr. Muren. c. 5. *maledicto quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit.* *Gernh.* Dictator primum dictus est L. Quinctius Cincinnatus a. u. 296. v. Liv. III, 26. Servilius Ahala Maelium interemit in secunda Cincinnati dictatura a. u. 315. v. Liv. IV, 13. et 14. Cicero temporum diversitatem neglexit. *Gernh.* Cfr. Ochsner. p. 167. et 134.

arcessebantur] *arcessebatur* R. E. bas. — *accersebatur* d3. — *accersiebantur* lα. — *accersebantur* v1. m. M. — *accessebantur* α1. — *arcessebant* d5. σ. ex sequentibus male translatum. Sic mox libri variant in *arcessebant* Codd. E. T. η. v. ψ. v1. m. M. — *accersebat* d4. Multi multa scripserunt de huius verbi ὀρθογραφίᾳ. Integram disputationem instituit Lagomarsini in not. gramm. ad Pogiani Epp. 1823. V. II. P. III. p. 436. Obbar. in Seebod. bibl. crit. nov. 1828. nr. 15. p. 144. defendit *arcessere*; contra *accersere* Kritz. ad Sall. Cat. 40, 6. p. 190. Lindemann. ad Auct. ad Herenn. I, 15, 42. p. 50. solum probat *arcessere*. Ego certiorem formam praefero, quae est *arcessere*, ab etymologia firmatam. Nam altera *accersere* scribis vi-

cessebantur et Curius et ceteri senes: ex quo, qui eos arcessebant, *viatores* nominati sunt. Num igitur horum senectus miserabilis [fuit], qui se agri cultione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio, 7

---

detur deberi, qui, quum nescirent *ar* idem esse quod *ad* v. c. *arvehere*, ne litera plane periret, alio eam loco posuerunt. Cfr. Drakenb. ad Liv. II, 19, 10. Doederlein. lat. Synon. T. III. p. 282.

et Curius] *et* om. d3. 5. e. Med. *α*1. cr. N. At diversis temporibus arcessebantur. — *Curius* om. *v*.

viatores] Vid. praefat. Colum. §. 19. Plin. H. N. XVIII, 3. Burm. ad Petron. Sat. c. 97. monente, apud scriptt. vett. Consulibus, Dictatorib. praeter lictores *viatores* apparebant; minores magistratus tantum viatores habebant; nec vocandi solum et nuntiandi, sed etiam vinciendi vim habuisse apparet e Liv. II, 56. Viatores non fuisse servos docet Tacit. Ann. XVI, 12. et Gell. XII, 3. *Gernh.*

Num] *non α*1.

horum] laudat haec et seqq. Non. s. v. *cultio* p. 515. — *eorum* i. o. a. editt. vett. exc. v3. a1. 2. cr. f. V. — *horum* habent etiam Non. l. c. R. bas. 3. g.

miserabilis fuit] *fuit mis.* d4. — *erat* u. et MS. Verb. — *fuit* om. Non. et hoc aptissime. — *mirabilis η. v. ψ.* — Intelliguntur ii, quos ante commemoravit, in quo adhibetur pronomen *hic*. Si omnes senes agrum colentes intellexisset, non diceret *oblectabant*. *Gernh.*

agri cultione] *agricultura* Man. 2. — *agricolatione* Man. 2. cr. f. h1. V. D. in marg. edit. Wechel. haec notavit: *agricultione*, *agricolatione* qua voce frequenter utitur Columella. Palladius etiam *agricolare* dixit. Haec Pincierus [mortuus est Marpurg. anno 1624. Scripsit Parerga philol. Otium Marpurg. Aenigmata etc.] libr. II. Parerg. otii Marp. c. 6. — Sed nihil mutandum; habent sic novem Aldi, plerique Oxon. A. B. C. ed. Ven. 1487. Pith. C. Lang. Graev. aliique. cfr. Verr. III, 98, 226. *Gernh.* Non. etiam vulg. tuetur.

oblectabant] Sic Man. 11. — *oblectabantur* Non. l. c. E. d4. — (*agricult. mea*) *delectabant* d5. — *delectant* n. — *delectabantur η. ψ.* — *delectatione delectabant* Man. 1.

haud scio an nulla beatior esse possit] *ulla* R. E. T. bas. l*α*. omnes Dresdd. et Oxx. Man. 19. Palat. 2. 3. 4. Graev. 1. Pith. editt. vett. cum B. Eyb. S. m. M. P. 8. O. — *nulla* cod. Mos. cod. C. Man. 1. 2. G. — *an ulla vita* 06x. d5. Man. 1. B. Eyb. V. L. — *an nulla vita* Man. 1. — *haud scio hac an ulla beat. esse p.* a1. 2. cr. m. — *haud scio quod nulla vita possit esse beatior hac* Man. 1. — *haud scio an ulla possit esse beat. vita* Man. 7. M. w. — *haud scio an ulla beatior sit et possit esse vita* — *haud scio an ulla beatior vita esse possit* d4. — *haud scio an ulla aetas poss. ess. b.* bas. Man. 1. — *h. sc. an res ulla beat. esse poss.* Man. 1. — *haud scio an illa beat. p. ess.* Man. 1. — *haud sc. an ull. poss. ess. beat. hac* d5. — *beatior possit esse* R. E. bas. l*α*. Man. 8. V. L. O. — *possit esse beatior* d1. 5. Man. 10. B. Eyb. La. P. w. — *beatior esse possit.* Sic praeter meos, quos omisi, cod. C. S. m. 3. 1. 2. — *potest* Med. Ordo legitimus est quem recepit Orell. *possit esse.* Vid. Heindf. ad Cic. N. D. II, 6, 16. et in Indic. s. v. *potest.* Beier. ad Offic. II, 7, 24. T. II. p. 48. Quae apponuntur substantiva *vita*, *aetas*, *res* merae sunt interpretationes eorum, qui aliquid comparationi deesse putabant. Nihil autem

an ulla beatior possit esse: neque solum officio, quod hominum generi universo cultura agrorum est sa-

---

alind est intelligendum, nisi *senectutis* vox Nominativo casu. Rectissime Beier. loco mox laudando §. 28: „Ante *an nulla* [sic enim censet scribendum, ut mox videbimus] potest suppleri np. non *vita*, quam interpretationem reddidit Gaza, sed *senectus — eorum, qui se agri cultione oblectabant* h. e. *mea quidem sententia eaque, uti mihi videtur, recta et vera, nulla senectus beatior esse potest.*" Nam *vita* et *aetas* malae sunt explicationes. Nam disputationis consilium est ostendere, nihil esse senectuti iucundius, quam agriculturam; de senectutis iucunditatibus loquitur, non de omni vita. Restat, ut videamus quid sit statuendum de formulis *haud scio an ullus* et *haud scio an nullus.* Nolo in his longus esse, quum satis copiose et diligentissime hunc locum tractaverit Vir Immortalis Carol. Beierus in Excurs. II. ad Cic. Lael. cap. 6, 1., quamquam vehementer mihi ipsi irascor, quod non totus ad eius possum accedere sententiam. Nuperrime denuo copiosissime disputavit Hand. in nova edit. Horat. Tursell. s. v. *An.* Praecidam brevi. Tribus ille locis de nostro loco disputavit. §. 17. p. 214. §. 25. p. 227. §. 28. Defendit formulam *haud scio an nullus*, quod locutio sit elliptica [ortum quippe censet *an* ex *αὖ* i. e. vicissim, rursus, contra: et *ne* interrogativa] veluti nostro loco ita explenda: *mea quidem sententia haud scio ullane possit esse beatior senectus, an nulla.* Hanc formulam contractam dicit in *haud scio an nulla*, quod Cicero, quo locupletiorem neminem Latinitatis auctorem laudare possimus, quum alterius membri negationem indicare velit, post *an* negandi voculas superaddere soleat. [vid. §. 27.]. Formulae originem optime explanavit, sed consuetudinem ab origine paullum deflexisse mihi prorsus persuasum est. Nam in huius usu formulae vix nativam vim particulae *an* secutos puto veteres, sed intellexisse formulam ita, ut sunt verba simpliciter interpretanda. Formula *haud scio an ullus* proprie significat: *ich weiss nicht eben, ob irgend einer*, qua quum utimur, significamus nos vehementer de rei, quam dicimus, veritate dubitare et propensiores nos esse ad rem negandam, quam ad credendam, ut sensus sit: *dubito an quisquam* h. e. *vix quisquam*, *vix ullus* h. e. *nullus*, puto. V. c. *haud scio an ulla beatior possit esse senectus* h. e. *dubito an senectus beatior inveniri possit, vix invenias* h. e. *nullam invenies, puto, senectutem beatiorem.* Scribae autem, qui perspicuitati consulerent, male pro *ullus* scripserunt *nullus*, ut rem negari statim intelligeretur. Ita non tantis opus est moliminibus et machinis, quas adhibuerunt VV. DD. Nebulas illas discussit Hermannus, Eques Illustrissimus, in censura edit. Gernhard. quem miror praetermissum a Beiero l. c. Ego in interpretanda formula secutus sum Hermannum, qui verissimam eamque levissimam viam videtur ingressus. Secutus est etiam Gernhardus; disputatione sua ad nostrum Catonis locum repensa in Excurs. II. ad Lael. p. 260. Beierus quoque ad Offic. T. I. p. 338. Hermanni presserat vestigia, quae repudiavit ad Lael. Orellius ubique apud Ciceron. scripsit *haud scio an ullus.*

neque solum officio] *est* add. d3. — *delector* add. ed. vet. — *neque enim sol.* la. — *neque sol. quidem* Eyb. — *neque enim officii hominum* Oxon. v. — *dico* add. ante *officio* cod. B. — *generi* om. d4. Eyb.

cultura agrorum] *cult. agrestium* Pith.

est salut.] *sal. est* cod. C. — *salubris* d3.

lutaris, sed etiam delectatione, quam dixi, et saturitate copiaque rerum omnium, quae ad victum hominum, ad cultum etiam deorum pertinent, ut, quoniam haec quidam desiderant, in gratiam iam cum voluptate redeamus.
Semper enim boni assiduique domini referta cella 8

---

sed et delectatione, quam dixi, et saturitate copiaque omnium rerum.] *et* ante *delectatione* om. R. E. d5. — *sed etiam* lα. d1. — *sed del. etiam* Oxon. e. Delendum censet *et* Goerenz. ad Legg. I, 9, 26. p. 37. a. auctoribus quatuor scriptis et Eyb. Omnes eiusmodi locos, ubi etiam *sed et* legatur pro *sed etiam*, vitiosos clamavit idem. Sed quamquam lubentissime concedo *et* non dictum a Cicerone pro *etiam*, tamen non deleo, sed scribo *etiam* ut est in Lips. α. et Dresd. 1. Nulla enim h. l. est gradatio, sine qua *non solum — sed* nunquam ponitur pro *non solum — sed etiam* [vid. ad c. 1, 2.], sed partitio rerum, quarum altera alteri est par. Necesse autem est, ut *sed* pro *sed*, *id quod pluris etiam est*, [vid. ad cap. 1, 2.] positum putemus; quod nisi concedimus, ad quid primum *et* referas? quod respondet, si retinemus, alteri *et*. Facile autem potuit *et* pro *etiam* a scribis poni, qui partitionem videbant, sed veram distinctionem nesciebant. — *qua dixi* E. η. La. P. Vid. cap. 15. pr. (bis posuit Orell. errore E. — E.) — *satietate* lα.

omnium rerum] *rer. omnium* R. E. bas. lα. Dresdd. omnes. b. r. v1. B. Eyb. Med. cr. La. M. L. P. w. O.

ad cultum etiam deorum pertinent] *etiam* om. T. (qui in hanc partem saepius peccat.) et Man. 1. — *et ad cult. etiam* lα. d1. Man. 3. — *et ad cult. deorum etiam* cod. C. — *ad cultumque* cod. Oxon. o. Man. 1. — *et cult. deor.* Man. 1. v3. h2. Lugd. 1556. — *et cultum etiam* r. v2. α1. a1. 2. f. h1. — *ad cult. et deor.* v1. S. V. m. — *quae pertinent ad vict. hom. ad cultum et deor. pertinent* d5. — *hominum* om. d3. — *decorum* pro *deorum* Man. 1. Oxon. o. — Verborum collocatio *et ad cultum deorum etiam* requirit *et*, quum post deorum positum *etiam* significet *adeo*. Cfr. Fin. I, 21, 71. *si infantes pueri, mutae etiam bestiae loquuntur*. — — Intelliguntur autem primitiae frugum Diis offerendae vel mola salsa. v. Xenoph. Oecon. c. 5, 10. de agricultura: *Τίς δὲ ἄλλη θεοῖς ἀπαρχὰς πρεπωδεστέρας παρέχει, ἢ ἑορτὰς πληρεστέρας ἀποδεικνύει.* *Gernh.*

ut quoniam haec quidam desiderant] *quidem* o. a. — *quaedam* d3. — *ut* om. d5. — *et* pro *ut* ψ. a. editt. vett. cum S. M. exc. a2. f. h1. La. L. At non intellexerunt, quomodo interpretanda esset vocula *ut*. Pertinet autem enunciatio ad idem genus dicendi ellipticum, quo de egimus ad cap. 15, 4. i. e. *affero hoc, dico hoc, ut q. — red.*

in gratiam iam cum vol. red.] *iam* om. a. α1. Comp. c. 14, 46.

Semper enim] *enim* refertur ad superiora, quibus in parenthesi addita verba: *ut iam — red.*

boni assiduique domini] *boni domini assiduique* d4. — Drakenb. in Dict. ad h. l. monet haec: Quidam vocabulum hoc deducunt ab *assidere*, quidam ab *adesse*; verum quum *assiduus* proprie idem notet ac locuples, melius est ut dicamus, *assiduum* vocari, qui *assem duit*, pecuniam det; ita Cic. Top. c. 2. extr. quoniam autem locupletes s. assidui in negotiis publicis fere aderant, atque ea diligenter agebant, hinc etiam assiduus ponitur pro eo, qui fere adest, qui aliquid diligenter curat. v. Charis. Gramm. p. 58.

vinaria, olearia, etiam penaria [est], villaque tota locuples [est]; abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte,
9 caseo, melle. Iam hortum ipsi agricolae succidiam alteram appellant. Conditiora facit haec supervacanei etiam
57 operis aucupium atque venatio. Quid de pratorum viri-
10 ditate aut arborum ordinibus aut vinearum olivetorum

---

vinaria, olearia, etiam penaria est] *mellaria* post *vinaria* addunt d1. 3. e. (hi duo *et ol.*) Man. 2. — post *olearia* idem vocab. collocatum in Man. 2. vet. libr. Ursin. Med. cr. At non est, inquit Gruter. omnium patrumfamilias educare tot apes. — *penuaria* v1. S. m. L. P. — *etiam plena est* lα. (ad marg. vulgat.). — *etiam* om. d3. Man. 1. — *etiam, et* Man. 2. — *et penaria* editt. vett. cum S. m. M. exc. Med. α1. cr. w. — *sunt* pro *est*, quod om. Med. habet d4. — *etiam penaria* quam vocem scribarum temeritas mutavit in *plenaria, panaria, pomaria* et al., est in plerisque et optimis codd., ut Verr. II, 2, 5. *Nos vero experti sumus — Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro aerario illo vetere ac referto fuisse.* De voc. *penu* v. praeter Festum et Varron. de L. L. IV, 39. Gellium N. A. IV, 1. *Gernh.* Ut nos codd. nostri et P. Seqq. *Orell.*

locuples est] *est* om. d5. *v.* b. M. w.

abundat] *enim* add. d4. e. *η*. c*t*.

haedo, agno] *agno, haedo* d3. 5. c. Med.

caseo, melle] *melle, caseo* d4.

ipsi] *ipsius ψ*. ut *appellant* sit *homines appellant*.

succidiam alteram] *alteram succid.* d3. 4. 5. Med. cr. Citat h. l. Non. s. v. *succidia* p. 199. et explicat: successionem necessariam. Tum addit: dicitur et succidia, quod est laridum. Cfr. Doederlein. lat. Synon. T. I. p. 41. Gell. IV, 6. — Ex horto in usus quotidianos herbae succiduntur, ut e carne suilla sole ac fumo durata. v. Varr. R. R. II, 4, 3. 10 et 11. *Gernh.*

appellant] *vocant* Non. l. c.

Conditiora facit haec] *tum condit.* i. n. editt. vett. cum S. m. l. 2. exc. Med. h1. — *Tum* Graevius delevit, quum non esset in suis et Pith. membranis et in ed. Lang. Abest etiam a sex Oxx. B. et C. [praeter meos in R. T. bas. M. P. 3.]. Recte; in hac vocabulorum collocatione. Necessaria foret particula in his: *tum supervacanei etiam op. auc. atque ven. haec facit conditiora. Gernh.*

supervacanei operis aucupium atque venatio] *superv. etiam oper.* R. E. T. bas. lα. Dresdd. omnes. b. c. editt. vett. (quamquam alii alio loco *etiam* servant) exc. Med. a1. f. h1. — Tuetur *etiam* h. l. Orell. — *etiam superv.* a. r. v1. 2. 3. α1. S. — *etiam* Nobb. inclusit. — om. *etiam* M. P. 3. Facc. g. — *supervacantis* cod. A. r. v1. 2. — *supervacaneis η*. o. *v*. Pal. 2. a2. La. L. w. — *supervacui ψ*. Vid. de hoc adiectivo Doederlein. lat. Synon. T. I. p. 97. — *Aucupium supervacanei operis* Graevio monente, est, cui servimus tempore quasi subsicivo, cum iusto et legitimo sumus defuncti opere seu labore, quem agricultura poscit. Nam *opus* per excellentiam notat laborem rusticum, quem agrestes impendunt terrae exercendae, ut supr. c. 7, 24. *Gernh.* — *aucup. et ven.*, *et* om. lα. d3.

§. 57. *aut arborum ordinibus*] *aut de arboribus ordinibus* d4.

aut vinearum olivetorumve] pro *ve* habent *que* E. 3. 1. 2. — *aut*

specie plura dicam? Brevi [praecidam]: agro bene culto 11
nihil potest esse nec usu uberius nec specie ornatius; ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus. Ubi enim potest illa aetas

---

oliv. T. lα. d3. 4. — *ve* om. vi. — *olivetorum vinetorumque* Crat. — *olivarumve* η. — *olivarumve* bas. — *olivarum vinearumve* d3. — *olivetorum vinearumque* d4. — *vinetorum* L. — *et vinearum* d5. — *Olivetorumve* restitui ex Oxon. omnibus (unus η. *olivorumve*) B. C. ed. Venet. 1487. Ascens. 1510. (*olivetorum vinetorumve*) Lugd. 1556. et Oliveti. [praeter meos etiam R. S. m. M. P.]. At sunt vineae et oliveta, quae Colummell. comparat V, 8. et 9. sic sibi similia, ut per *ve* debeant disiungi, ut Offic. I, 9, 28. *Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolunt: aut etiam negligentia, pigritia, inertia, aut suis studiis quibusdam occupationibusve sic impediuntur, ut eos, quos tutari debeant, desertos esse patiantur.* Gernh.

specie] *pulchra* add. cod. C.

dicam] *plura dicam* E. T. bas. lα. Dresdd. omnes. Man. 17. O7x. b. L. — Gernh. haec: „at nondum de his rebus quidquam dixit.“ Glossa videtur Orellio. Sed in tanta codd. auctoritate nolim interpretationem dicere; elegantior enim usus voculae *plura* fefellit scribas. *Plura* sic saepe dicitur pro *multa* ut nos ein mehreres. i. e. quid de agri bene culti virtutibus longus sim? Defendit *plura* contra Gernhard. Müller. in Obss. laudata sua nota ad Cic. de Or. I, 5, 18.

Brevi praecidam] *breviter* lα. sed punct. not. Man. 4. — *brevi praedicam* R. — *breviter praedicam* Man. 1. — *brevi dicam* Man. 1. — *breviter plura expediam* Man. 1. cod. A. — *brevi succidam* bas. d1. 3. 5. Man. 1. — *breviter succidam* d4 — *brevi tibi praecidam* Man. 1. — *brevi expediam* editt. vett. exc. Med. V. S. m. — *breviter expediam* v3. α2. Carolus Lang. suspicatur eiiciendum *brevi;* fecit id Lambin. Facc. g. Vulgatam habent praeter meos E. T. cod. Mos. M. 3. 1. 2. O. Mihi maxime suspectum est verbum *praecidere* cum interpretationibus suis. Nam pleonasmus vix fertur. Est enim *praecidere* ipsum *concidere sermonem, paucis verbis absolvere.* De locutione *brevi expediam* vid. Müller. ad Sext. p. 126.

nil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatius] *nihil potest nec usu esse ornatius, nec natura pulchrius.* Haec Eyb. — *ornatius specie* d4. — *ordinatius* d1. ψ. — *in usu* Ox. i. e. Med. — *nec* om. d1. 3. 4. — *nihil* R. E. bas. d3. 4. Eyb. M. L. P. O. Notat O. M. Müller. in Programm. *De vi et usu verborum quorundam Latinorum.* Coeslin. 1828. ap. C. G. Hendess. p. 10. Orellii inconstantiam in scribenda forma *nil* et *nihil.* Librariis deberi putat Müller. alteram formam *nil.* Assentior. Scribitur enim in codd. *nil'* i. e. *nihil.*

fruendum] *fovendum* Oxon. o. ed. vet.

non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat sen.] Tribus locis h. l. citat Non. s. v. *allecto* p. 104. s. v. *invito* p. 349. s. v. *apricatio* p. 508. — *non solum non* E. d4. Eyb. — *non modo se non ret.* d1. — *non* alterum om. T. e. ψ. Med. — *illectat* T. — *ablectat* ψ. — *oblectat* i. n. o. v. — *delectat* d3. et η. Iunius in marg. ad Non. l. c. notat esse in quibusdam *retrahit* pro *retardat.*

enim] om. Oxon. e.

illa aetas] *illa senectus* d3.

aut calescere vel apricatione melius vel igni, aut vi-
58 cissim umbris aquisve refrigerari salubrius? Sibi igi-
12 tur habeant arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, sibi natationes atque cursus: nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant et tesseras:

---

aut calescere vel apricatione melius, vel igni; aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubrius.] Sic Charis. II. p. 242. — *aeque cal.* E. bas. d3. 5. Man. 9. e. η. editt. vett. exc. α2. et V. qui habet cum Dresd. 1. *aut aeque.* — *aut cal. aeque aut apricatione aut igni* Med. — *aut apric. mel. aut igni* d3. — *aut apricatione aut igni* a1. cr. — pro *melius* habet *salubrius* d3. — *vel vicissim* Man. 3. a. editt. vett. cum 8. exc. a2. V. — *aestate umbris* d5. repetita scilicet ex cap. 14, 3. — *aquisque* Med. Omnes errores scribarum, semper fere in partitionibus facti.

§. 58. *Sibi igitur habeant arma*] *Sibi habeant igitur* la. d4. Man. 19. — *Sibi igitur habeant alii arma* Oxon. e. Med. α2. cr. V. h2. Lugd. — *sibi hab. ig. iuvenes arm.* L. P. — *ergo* o. ψ. — *habeant ig. sibi* R. E. La. — *hab. igitur alii sibi arma* d1. a. b. r. v1. 2. 3. α1. cr. a2. f. h1. 8. M. (error est Orell. qui Manutii duas laudat lect. et: *sibi hab. ig.* et *hab. ig. sibi.* prima lectio est vera). — *habeant igit. iuvenes sibi arma* Balduin. ex vett. exempl. — Gernhardum sequitur Orell. cum T. bas. 3. 1. 2. Comparat Gernh. Lael. c. 5, 18. *Quare sibi habeant sapientiae nomen et invidiosum et obscurum.*

sibi clavam, sibi pilam] *sibi pilam, sibi clavam.* Exempla S. Iacobi ap. Lang. et decem editt. vett. — *et pilam* E. T. la. Dresdd. omnes. e. i. o. v. a. b. editt. vett. cum S. m. L. P. exc. a1. V. — ut ad unum ludi genus referatur, quo Romani usi sunt pilam ligneam malleo ferientes magnis viribus, nec sine dexteritate. Turnebus Adv. XIII, 6. militaris genus exercitationis commemorari existimat, quo se ad palum gravi clava numeros omnes armaturae implentes exercebant, de qua re Veiet. de re milit. I. c. 11. Plaut. Rud. III, 4, 16. *Extemplo te pilam pugilatoriam faciam, et pendentem incursabo pugnis perdurissime.* E. H. Barcker. in Mus. Crit. T. V. Cantabr. 1815. p. 306. *pilum* scribi vult post Salmas. et Casaubon. [intellige ad Spartian. Hadrian. ed. Wech. p. 212.]. *Gernh.* Cfr. Rutgers. Varr. Lectt. I. p. 133. ed. Elzev. Habent vere *pilum* Cratand. et Hervag. ed. 1534. — *pila* bas. Pith. Graev. 1. — *clavum* d5.

natationes] *nationes* Pal. 1. Hittorp. ed. princeps. (Romana? haec ita habet.) Grut. v1. 2. 3. 4. Med. a2. marg. Crat. — *venationes* a. b. c. Graeviani optt. et Pith. Palat. 4. v2. 3. 4. α1. ed. vet.

et cursus] *atque* R. E. T. la. d5. b. c. i. n. u. cr. La. M. L. P. w. — Vid. Hor. Carm. I, 8, 8. III, 7, 21. *Gernh.*

nobis senibus ex lusionibus multis] *nobis autem* e. — *nobis* om. ψ. — *lusibus* ed. vet. — *exclusis a multis* d4. — om. totum Oxon. i. —

talos relinquant et tesseras] *atque* d3. Med. cr. — v. Suet. Aug. c. 71. *Inter coenam lusimus γεροντικῶς et heri et hodie. Talis enim iactatis ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat.* ad q. loc. vid. Casaub. Meurs. de ludis Graec. in v. ἀστραγαλισμὸς et in κυβεία. Tali habebant quatuor latera, in quibus consistere poterant; tesserae erant cubi sex laterum. Talis ludentes habebant quatuor talos; qui tesseris, tres tantum tesseras. *Gernh.*

id ipsum utrum lubebit, quoniam sine his beata senectus potest esse.

XVII. Multas ad res perutiles Xenophontis libri 59
sunt, quos legite, quaeso, studiose, ut facitis. Quam 1

---

id ipsum utrum lubebit] *id ipsum sit utrumlibet* d4. — *id ipsum tamen utrum lub.* a1. — *id ipsum ut lubebit* i. a2. α2. P. (*et id ips.*). — *id ipsum multum nimiumque, uti lub.* Oxon. e. — *id ips. tamen ut lub.* α3. cr. f. h2. V. m. L. Lall. Theod. Gaza ex rec. Goez. *καὶ τοῦτ' αὐτὸ μήποτε οὐκ ἢ πρὸς θυμοῦ.* sed edit. Lugd. ap. Bonhomme: *καὶ τοῦτ' αὐτὸ μήποτε εἰ οὐκ ἢ πρὸς θυμοῦ.* Sensus est: de his ludis relinquant nobis, utrum relinquere velint: nam nobis perinde est, utrum talis ludamus an tesseris, utroque si opus est, carere possumus. — Vulgata *id ipsum utrum* est praeter meos in R. (qui habet vitio *unius*) bas. S. M. 3. 1. 2. Constructio autem est Graeca pro: eorum ipsorum utrum lubebit. Neutro usus est Cicero, quia ludorum genera complectitur una notione indefinita, ut nos diceremus: und auch davon (von diesen Spielen) was ihnen gefallen mag. scil. *nobis relinquere.* Vid. Tusc. I, 2: *in Graecia musici florebant, discebantque id omnes.* Apud Grammaticos nostros pauca huius usus exempla sunt e Cicerone petita. Quare addam, quae notavi. Tusc. I, 9, 18. *Qui discedere animum censent, alii statim dissipari, alii diu permanere, alii semper.* 17, 40. *Num — dubitamus — eam naturam esse quatuor omnia gignentium corporum — ut reliquae duae partes, una ignea, altera animalis — superiores in medium locum mundi — ferantur?* V, 13, 37. *Itaque et arbores, et vites, et ea, quae sunt humiliora — alia semper virent; alia — frondescunt* etc. Offic. I, 41, 147. *poetae suum quisque opus a vulgo considerari vult.* N. D. I, 31, 87. *Quinque — stellae eundem orbem tenentes, aliae propius a terris, aliae remotius ab eisdem principiis disparibus temporibus eadem spatia conficiunt.* or. Philipp. X, 6, 13. *Equitatus, qui in Syriam ducebatur bipartito, alter — quaestorem reliquit in Thessalia — alterum in Macedonia Cn. Domitius — a legato Syriaco abduxit.* Rationem bene expedivit Ramshorn. Gr. Lat. p. 174. §. 105. not. 5. Exempla habet Rudd. Instt. T. II. p. 83. not. 6. n. 28.

his] *hiis* bas. — *eis* E.

beata esse senectus potest] *senectus esse potest* T. Ia. d4. 5. a. S. — *esse potest sen.* bas. — *potest esse sen.* d1. — *sen. esse non potest* d4. — *esse sen. non potest* Med. Mihi unus placet ordo, quem de coniectura restituere ausus sum in tanta codicum inconstantia, legitimus ille *potest esse*, ut sit *beata senectus potest esse* vid. ad huius cap. §. 7.

CAP. XVII.

§. 59. *Multas*] *vero* add. cod. A. — *libri referti sunt* v2. α1. S.

studiose] om. Oxon. v.

ut facitis] *vel sciatis* E. sed *vel* mutat. a rec. m. in *ut*: *ut sciatis.* Sic d4. — *et facitis* a. Haud inepte! pro *et sane fac.* Nihil tamen mutandum. Prorsus ineptum videtur Müllero, qui laudat Cic. de Or. I, 8. Xenophontem Africanus semper in manibus habuit. Tusc. II, 26. Totum hunc locum Corradus in Quaest. p. 353. sic mutandum putavit, ut scriberet: *quos legite, quaeso, studiose, ut sciatis* [sic est a sec. m. ut notavi, in Erf. et Dresd. 4.], *quam*

copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est
b. de tuenda re familiari, qui *Oeconomicus* inscribitur!

---

copiose ab eo agricultura laudetur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inscribitur, atque ut intelligatis, nihil ei tam regale videri, quam studium agri colendi. Illud verbum *intelligatis*, inquit, ita coniunctum videtur quasi postulari, ut *sciatis* legatur. Secutus Corradum est Goezius, nisi quod plene interpunxit ante *Atque ut intelligatis*, et verba: *qui est de tuenda re familiari*, a Grutero pro additamento interpretis habita, exclusit. Mihi vero potius abiicienda videntur verba *qui Oeconomicus inscribitur*, translata illa quidem ex Offic. II, 24, 87., ubi quum de tuenda re familiari disputaret, *Has res*, inquit, *commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur.* Nostro autem loco probabilius de argumento laudat hunc librum, quum de agricultura dixerit. Nam ab utraque parte librum Scipioni et Laelio notissimum laudari, nullus ego credam. Nec magis in Goezii editione probatur *ut sciatis — laudetur:* primum quod Xenophontis libros omnes legere iubentur Scipio et Laelius, ut sciant, quid in uno eius libri loco Oecon. c. 4, 20 — 42. scriptum sit. Tum remissioris sermonis suavitatem, hoc duplici consilio proposito: *ut sciatis — atque ut intelligatis*, tolli aegre sentio, quae est in *ut facitis*, quum intelligit non opus esse admonitione, et in loquendi brevitate ex admirationis sensu profecta. *Quam copiose —!* et *Atque ut intelligatis — — animadvertite, quae Socrates — — loquitur.* Sermonis familiaris hoc etiam est, quod post verbum *loquitur*, adiuncta praepositione, oratio obliqua ponitur. *Gernh.* Idem in addendis p. 315. monet eiicienda censuisse verba *qui — inscr.* L. Becherum in Observatt. crit. ad quosdam vett. scriptores. Lips. 1808. p. 49., quod sensum nihil iuvent, et laedat aures illud *qui est, qui est.* Cui Gernh.: At verbum *est* semel tantum legitur, neque debebat *qui* sine copula repetitum offendere. Videamus singula. Primum quidem retinenda censet Orellius verba *qui Oeconomicus inscribitur*, quae ut spuria habuerint, adductos esse interpretes per duplex illud Relativum, cuius repetitionis ex Cicerone plurimos affert locos. Legg I, 9, 27. *is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante.* III, 17, 38. *quae lex hanc sententiam continet, ut omnes leges tolleret, quae postea latae sunt, quae tegunt omni ratione suffragium;* ad quem locum duos alios laudat: [Tusc. I, 25, 61. *Quid? illa vis, quae tandem est, quae investigat occulta, quae inventio atque excogitatio dicitur.* or. pr. Coel. 19, 44. *Amores autem, et hae deliciae, quae vocantur, quae firmiore animo praeditis diutius molestae esse non solent.*] N. D. III, 27, 70. *mens voluntasque divina — iis solis consuluit, quos bona ratione donavit, quos videmus, si modi ulli sunt, esse perpaucos.* de Divin. II, 44, 92. *illi orbes, qui coelum quasi medium dividunt et adspectum nostrum definiunt, qui a Graecis ὁρίζοντες nominantur, a nobis finientes rectissime nominari possunt.* Idem V. D. eadem ratione emendat in Analect. Vol. IV. P. II. p. 588. locum Cic. in Topic. 2, 6. ubi ipse dederat: *inveniendi artem, quae τοπικὴ dicitur, quaeque ad usum potior erat, et ordine naturae certe prior, totam reliquerunt*, ex duobus codd. S. Galli ita: *inveniendi artem, quae τοπικὴ dicitur, quae et ad usum potior erat, et ordine naturae certe prior, totam reliquerunt.* Addit ibid. loc. ex Offic. II, 23, 81. *eos, quos ipse restituerat, quorum bona alii possederant, egere*

Atque, ut intelligatis, nihil ei tam regale videri, quam 2
studium agri colendi, Socrates in eo libro loquitur cum
Critobulo: Cyrum minorem, Persarum regem, praestan-
tem ingenio atque imperii gloria, quum Lysander Lace-
daemonius, vir summae virtutis, venisset ad eum Sar-
dis eique dona a sociis attulisset, et ceteris in rebus com-

---

iniquissimum arbitrabatur. Optime laudavit Orell. hos locos, ex quibus intelligimus, non esse in duplici relativo offensionem. At vereor, ne quod Gernh. voluit, magis fuerit in causa, cur suspiciosa viderentur verba *qui Oeconomicus inscribitur.* Quae si vera sunt, nulla Orellii exempla nostrum locum defendunt. Et tamen cum Orellio ad eiicienda verba non moveor, quod, si omnia, quae a Cicerone paullo copiosius et latius dicta sunt (eum enim constat locupletissimum esse Romanorum scriptorem), metuo, ne dimidia parte fiat brevior, ut nuper in uno eius libello factum videmus, quem recte redintegravit Orellius, omnino ad expellendam eloquentiae Romanae ubertatem tardissimus. Pergo ad alteram illam de brevitate disputationem, quae est in verbis *Atque ut intelligatis — loquitur* pro *atque ut intelligatis — affero haec: loquitur* etc. quo de genere loquendi vid. quae dixi ad cap. 15, 4. Adde Cic. Rep. III, 9, 16. Lectionem autem illam *ut sciatis* bonis argumentis reiecit Gernh. — In Erf. et d3. est pro *qui Oecon.* etc. *quem — scribitur* Erf. et Dresd. 1. — *est* om. Eyb.

Atque ut intelligatis] *atque etiam ut* d4. — *at ut* d5. — *intelligas* r. v1. — *ut* om. d3.

nihil ei] *ei* om. a. c. Pal. 2. α1. Refertur pron. ad *Xenophontem.*

agri colendi] *agri colandi* η.

loquitur cum Critobulo] *qui dicebat* add. d4. ex interpretatione, ut intelligeretur, unde penderet Infinitivus. Vide quae modo dixi. — *Critobolo* d3. e. n. o. De Critobulo vid. Xenoph. Memor. II, 6. et Sympos. — *quo loquitur* cod. Reg.

Cyrum minorem] Darii Nothi filius, cuius expeditionem Xenophon scripsit, ut *Cyri maioris* (de quo cap. 22.) disciplinam. Latiore sensu regis filius *rex Persarum* dicitur, ut βασιλεύς v. quae Bachius ad Xenoph. Oecon. c. 4, 16. notavit. De Cyri minoris virtutibus v. Anab. I, 9. *Gernh.*

regem Persarum] *Persarum reg.* E. d5. c. Med. cr. V. La. M. L. P. w. — *Pers. minorem regem* d3. 4. Commendatur hic ordo, quod malum homoeoteleuton vitatur. Quare recepi.

praestantem] *praestanti* bas. d5. e. Man. 5. M. w. — *praestante* Man. 1. — *praestantem ingenio virum* Crat. Vid. Drakenb. ad Liv. I, 9. p. 51. ed. Amstel.

summae virtutis] *summa virtute* Oxon. o. Nepos non virtutem eius laudat, sed felicitatem. Facit praeterea avarum, perfidum, crudelem. Cicero eundem de Off. I, 30. versutissimum et patientissimum dicit, dum quae vellet consequeretur. Vid. Plutarch. vit. Lysandr.

Sardis] sedes Satraparum Lydiae, cui a patre Cyrus praefectus erat. Vid. Plutarch. Lysand. c. 9.

dona] *bona* cod. A.

communem] *comem* d5. i. u. η. editt. vett. cum S. m. M. P. 1. 2.

munem erga Lysandrum atque humanum fuisse et ei quendam conseptum agrum diligenter consitum osten-
8 disse. Quum autem ammiraretur Lysander et proceritates arborum et directos in quincuncem ordines et hu-

---

(hic invitus). — *Communem* est in R. E. T. bas. Guelf. Paris. Lallemandi. Graev. antiquissimo. Pith. cod. A. C. cod. Nicol. Heinsii ad Ovid. Trist. IV, 4, 13. binis codd. Goerenz. ad Fin. II, 25, 80. p. 242. b. (qui nostrum probat et quomodo confundi potuerint hae voces ex palaeographica raiione ostendit). Cet. mei libri, quos omisi, quum ex iis, qui habent *comem*, intelligatur, qui *communem* tueantur. Sunt autem optimi et plurimi. — *Comem* Ernesti tacito retinuit, cui ad or. pr. Muren. c. 31. [vid. Matthiae.] parum interesse videtur, utrum legatur. — — *Communis* cum sit interprete Casaubono ad Suet. Claud. c. 21. [vid. Wolf. ad Suet. T. II. p. 241.] et Graevio ad Cic. Off. III, 5, 24. et ad Epist. ad Div. IV, 9. *eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse, quam incertis rebus fuisset.* qui nihil singulare ac praecipuum sibi tribuit prae aliis, qui non supra alios cives se extollit, qui est popularis, modestus, apparet h. l. hanc vocem esse non minus aptam, quam Lael. c. 18. quem locum Drakenb. in Dictat. ad h. l. adhibet, ubi codicum consensu legitur. Simplicem praeterea et communem et consentientem, qui rebus iisdem moveatur, eligi par est. et pr. Muren. c. 31. *Quemquamne existimas Catone, proavo tuo, commodiorem, communiorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis?* ubi vid. quae notav. Beck. cfr. Bremi. ad Corn. Nep. Milt. 8. extr. [et Fischer. qui nostro loco defendit *communem*] et Attic. c. 3. pr. *Sic se gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur.* [Adde Frotscher. ad Xenoph. Hier. 8, 10. Orelli ad or. pr. Balb. 31, 66. Vol. II. P. II. p. 71. not. 12.]. Adde, quod quae mox Cyrus loquitur de suis in agro operibus, communitatem, quae non fastidit inferiorum negotia, potius quam comitatem ostendunt. Eodem sensu Demosthenes de Coron. p. 315. et seq. ed. Reisk. *ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις, εἰ μὴ πάντες ἴστε, ὅτι κοινὸς καὶ φιλάνθρωπος, καὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν,* σιωπῶ. Contra ad Attic. VI, 1. contumaciter, arroganter, *ἀκοινωνήτως.* [Nobbius ita posuit *com[mun]em*]. *Gernh.*

atque humanum] *et hum.* d3.

conseptum agrum] *conscriptum* d3. — Xenoph. l. l. *τὸν ἐν Σάρδεσι παράδεισον*, quod vocab. Persicum illustrat ipse Xen. Oec. c. 4, 13. et Fischerus ad Cyrop. I, 3, 14. Liberius Cicero vertit, quae ap. Xenoph. sequuntur, *ἐθαύμαζεν, ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα εἴη, proceritates arborum;* alia praetermisit, alia contractius dixit, alia addidit, ut *humum — puram.* *Gernh.*

diligenter consitum] *et dil. cons.* T. l*a*. — *ac dil.* Med. cr.

admiraretur] *miraretur* d4. e. φ. Med. sed *admirari* est *bewundern; mirari, sich wundern.*

directos in quincuncem ordines] *erectos in amoenissimos ordines* φ. — *directos ordinem in quincuncem* l*a*. — Arbores quincunciali ordine dispositae undecunque spectentur, figuram referunt illius notae, quae apud Latinos quinque significat, V. Ordo hic in arboribus conserendis ab omnibus rei rusticae scriptoribus summopere laudatur. *Facc.* Quinctil. VIII, 3, 9. *Nam et in ordinem certaque intervalla redigam meas arborum. Quid illo quincunce speciosius,*

mum subactam atque puram et suavitatem odorum, qui afflarentur ex floribus: tum eum dixisse, mirari se non modo diligentiam, sed etiam sollertiam eius, a quo essent illa dimensa atque descripta; et [ei] Cyrum re-
spondisse: „*Atqui ego ista omnia sum dimensus; mei* 4
sunt ordines, mea descriptio; multae etiam istarum
arborum mea manu [sunt] satae." Tum Lysan- 5
drum, intuentem purpuram eius et nitorem corporis

---

qui in quamcunque partem spectaveris, rectus est. comp. Colum. III, 13, 4. et 15, 1. Varr. R. R. I, 7, 2. *Gernh.*

subactam] laudat h. l. Non. s. v. *subigere* p. 431. explicans *exarare.*

afflarentur e floribus] *efflarentur* d5. a. u. Man. 3. r. v1. a2. cr. m. Facc. g. — *efflarent* ψ. f. h2. S. — *afflaretur* n. Palat. 2. — *efflagarentur* Cuiac. liber. unde Guil. maluit *efflagarent.* Vulgata est praeter meos in R. T. bas. M. 1555. P. Seqq. —

e floribus] *a flor.* la. supr. v. *e flor.* d4. e. n. η. c. Man. 4. — *ex* d5. — *de* Man. 1. — *sibi* addit T. — *ex arboribus* d5. — *Afflarentur* scil. *ad nares.* Hanc lectionem probam Drakenb. in Dict. monet non intellexisse, qui eam sollicitarent. Post verba, quae composita sint ex praeposit. *ad*, saepius reperiri praeposit. *e* vel *a*, ut Liv. XXXI, 24. Accessit a Dipylo pro *accessit ad urbem a Dip.* Cic. ad Q. Fr. III, 3. *Nihil literarum a te affluxit* scil. *ad me.* *Gernh.* Retineo *ex*, quod ex intima floris parte exeunt odores.

tum dixisse] *tum eum dix.* R. E. (T.) bas. la. Dresdd. omnes. O6x. a. editt. vett. cum S. m. M. P. exc. a2. h1. 1. 2. — *tum dix. eum* c. — *tum* om. Oxon. e. Recepit *eum* recte Orell., quod nimis multa sunt interposita.

diligentiam] *elegantiam* MS. unus, notante Gernh., nescio quis.

atque descripta] *et descripta* r. v1. 2. V.

et ei Cyrum resp.] *Cyr. ei* d4. — *et* om. E. b. — *ei* om. bas. d1. 3. 5. c. e. ψ. Hoc loco recte abesse potest.

ego omnia ista sum dimensus] *ego ista sum omnia dim.* E. b. Med. V. — *ego sum ista omnia dim.* la. bas. d3. cr. S. — *ego ista omnia sum dim.* d1. 5. — *ego sum omnia illa dim.* d4. — *ego sum omnia ista dim.* La. M. P. w. — *ego sum ista dim.* a. r. v1. 2. a1. a1. 2. f. h1. 2. m. — De verbo *dimetiri* hac in re vid. Ochsner. p. 200.

mea descriptio] *mea est descr.* d1. e. —

multae etiam istarum arborum] *multae et* d1. — *illarum* d4. o.

mea manu] *manu mea* T. la. d4.

sunt satae] *consitae sunt* cod. C.

eius purpuram] *purp. eius* R. E. T. bas. la. Dresdd. omnes. Oxon. i. (*purpuream*) Med. cr. La. M. L. P. w. O.

et nitorem corporis] *et nitorem* om. d1. — *corporis* om. Man. 1. Med. a2. — *eius corp.* Pal. 3. — *et nit. corp.* om. Gaza. Billerb. inclusit. Gruterus nimis acer, quum in Graecis deessent, neque Gaz. haberet haec verba, ut spuria reiecit. Gernhardus aliquid molestiae in iis inesse interiectis sensisse se dicit inter *purpuram — ornat. Pers.* Sed nihil eiiciendum est. Primum intuitus erat Lysander Cyri vestem purpuream (h. e. κάνδυν, de qua vid. Poppo ad Xen. Cyrop.

ornatumque Persicum multo auro multisque gemmis, dixisse: *Rite vero te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti*
60 *tuae fortuna coniuncta est!* **Hac igitur fortuna frui licet**
6 **senibus: nec aetas impedit, quo minus et ceterarum rerum et in primis agri colendi studia teneamus usque ad ulti-**

Ind. s. v. *Κάνδυς* ad I, 3, 2.), sed ne omnia quamvis oculis pellustrata chartis describeret, ad totum corporis cultum et habitum elegantem transit (Recte igitur Wetzel. explicat *nitorem corporis* elegantiam in cultu, *nitor* efficiebatur Persico splendore in omnibus, quibus corpus erat indutum, conspicuo. Quod Gruterus putat expressa fortasse Graeca *τῆς ὀσμῆς αἰσθόμενος*, unde Billerbeck. coniecit *nidorem* corporis, ad hunc locum non quadrat; odores unguentorum intueri non possumus, sed olemus et hoc loco versatur summa in eo, ut ammiretur Lysander, quae viderit). Haec duo nunc comprehendit, ne omnia enumerare necesse esset, uno quasi verbo *ornatu Persico*, *que* nimirum habet significationem collectivam, quam nos per *und überhaupt*, *kurz* exprimimus, cuius significationis plura habet exempla Goerenz. ad Legg. II, 7, 15. p. 125. a. seqq.

ornatumque] *ornamentumque* d1. e.

multo auro, multisque gemmis] *multis gemmis multoque auro* d3. 4. 5. — *que* om. Med. cr. quae habent codd. Dresdd. ordinem. — *multo auro multis gemmis fulgentem* ed. vet.

Recte vero te, Cyre, beatum ferunt] *vero te* om. T. — *vero* om. la. Pal. 2. i. u. *v*. *ψ*. — *recte ergo te* bas. — *Cyre te* d1. — *te* om. d3. sed habet supr. v. — *recte vero beat. te Cyr.* d4. — *Rite*. Sic R. Man. 3. Guil. et Suffridus e multis suis, assentiente Gruter. Recepit Orell. haec addens: de more Tullii, cfr. praeter exempla in Schütz. lexico allata, de Offic. I, 5, 16. *is prudentissimus — rite haberi solet.* Timaeus cap. 9. *id ipsum, quod rite dicitur tempus.* Adde Cic. Rep. I, 32, 48. *Hanc unam rite rem publicam — appellari putant.* 36, 56. *quid habet illius carminis simile haec oratio. Tantum, inquit, ut rite ab eo dicendi principia capiamus.* II, 26, 48. *Quis enim hunc hominem rite dixerit, qui* etc. — *Recte vero te* Ceteri, etiam P. in contextu. Vocabulum vulgarius substitum est rariori.

quoniam virtuti tuae fortuna coniuncta est] Philosopho erit haec sententia dignior: *quoniam fortunae tuae virtus coniuncta est.* Ac mihi quidem sic dicendum videtur Tullio, si Graecum interpretari voluit. Sic legendum coniicio. *Passeratius.* Non opus refutatione. — *fortuna iuncta est* cod. C. — Ceterum sermonem Cyri et Lysandri hoc loco Cicero contraxit, omissis iis, quae ap. Xen. Oec. 4, 24. et 25. leguntur. Nec in reliquis Graeca verba magnopere pressit Xen. *Δικαίως μοι δοκεῖς εὐδαίμων εἶναι.*

§. 60. *Hac igitur fortuna frui licet senibus*] *haec igitur fieri licet senibus* d3. — *senibus frui licet* Eyb. — *frui fortuna* cod. B. — *uti* pro *frui* Man. 2. Med. cr. — *fortuna* om. Man. 1. u. Sed vis est in repetito nomine, quare noli reiicere.

et ceterarum rerum] *studia* add. Eyb. — *et* om. Med.

et inprimis] *et* om. la. d1. 3.

usque ad] *ad* om. MS. Verb. —

ultimum temp.] *temp. ult.* Eyb.

mum tempus senectutis. M. quidem Valerium Corvum 7
accepimus ad centesimum annum perduxisse, quum esset
acta iam aetate in agris eosque coleret. Cuius inter pri- p.90.
mum et sextum consulatum sex et quadraginta anni a.

M. quidem Valer.] *quidem* om. Med. cr. Sed vid. Beier. ad Lael. 12, 6. p. 66.

Valerium Corvum] *Valerium* om. T. lα. in quo supr. v. — *Corvinum* E. lα. Dresdd. omnes. O6x. b. c. editt. vett. cum S. m. M. exc. v2. Med. La. L. — Ego malui *Corvum*, ex emendatione Graevii, qui secutus est tabulas Capitolinas. *Corvum* etiam dicit Val. Max. VIII, 13. Posteri eius Corvini dicti sunt. *Facc.* *Corvum* confirmat optt. codd. consensus ap. Liv. VII, 26, 12. et Pigh. in Annal. ad a. 405. quo M. Valerius Corvus primum consul fuit. Sextum gessit a. u. 454. ut reliquos superiores eiusdem saeculi annis 407. 410. 418. 453. *Gernh.* Vulgata est in bas. P. 3. Seqq.

accepimus ad centesimum annum perduxisse] *ad centes. ann. accep. perduxisse* La. M. w. — *ad cent. ann. acc. vit. perd.* L. — *ad centes. ann. acc. perd. vit.* P. — *pervenisse* lα. — *vitam perduxisse* d1. 4. 5. e. o. u. φ. editt. vett. cum S. m. exc. Crat. V. qui habent *vitam produxisse* cum Man. 6. — *produxisse* pro *perduxisse*, sed absolute Dresd. 3. — *perduxisse aetatem* bas. Oxon. i. — *pervixisse* n. — Hoc loco non interest scire, ad quantam senectutem Corvus pervenerit, sed quamdiu agri colendi *studia* tenuerit. Haec igitur equidem cum Facciolato intellexerim ad perduxisse, ut *amores* repeti mente facillime possunt Lael. 10, 34. *Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis aetatis, quod summi puerorum amores saepe una cum praetexta ponerentur: sin autem ad adolescentiam perduxissent, dirimi tamen interdum contentione* etc. *Gernh.* Vulgata est in R. T. Grut. Seqq.

quum esset acta iam aetate in agris] *cum enim esset* α1. — *cum enim exacta aet. esset in agr.* fr. — *in agris esset* La. L. P. — *iam acta aet.* E. T. — *exacta* La. editt. vett. cum S. M. — *iam aet. exacta* d3. 5. Med. cr. — Non opus verbo composito Legg. II, 1. *hic fere aetatem egit in literis.* Drakenb. laudat Plautina verba repetita in Epist. ad Brut. 2. *mihi quidem aetas acta ferme est.* *Gernh.* Vid. Ochsner. p. 222. Cic. Fam. VI, 4. *adiuvat etiam aetas et acta iam vita.* Intelligitur autem *aetas* dicta κατ᾽ ἐξοχήν h. e. *adolescentia*. Vid. Ochsner. l. c. Cic. Off. II, 13, 47. Markland. ad or. de harusp. resp. 27, 59. Brukh. ad Prop. I, 6, 21.

Cuius inter primum et sextum consulatum sex et quadraginta anni interfuerunt] *sex et XXX.* E. — *septem et quadr.* lγ. f. h1. — *octo et quadr.* La. M. L. P. — *sex et* om. d3. — Secundum Livium VII, 26. et Fastos Livio adiunctos M. Val. Corvus primum consulatum obtinuit cum M. Popilio Laenate IV. a. u. 407. sextum sec. Liv. X, 11. a. u. 453. c. Q. Apuleio Pansa, inter quos annos intersunt anni 45. post primum consulatum obtinuit sextum. Ad eundem autem aetatis annum usque militare Romani cogebantur. v. Manut. ad h. l. Plin. H. N. VII, 48. cum Cicerone consentit; Plutarch. in Mario c. 28. ἀλλ᾽ ἐκείνῳ (Valerio Corvo) μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης (ὑπατείας) εἰς τὴν τελευταίαν ἔτη πέντε καὶ τεσσαράκοντα γενέσθαι λέγουσι. ubi ultimus annus detrahitur, quo sextum gessit Consul. Val. Max. VIII, 13, 1. dicit, quadraginta septem (totidem Gazae versio praebet;

8 **interfuerunt. Ita[que] quantum spatium aetatis maiores [nostri] ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit: atque eius extrema aetas hoc**

---

et Lips. γ.) annos intercessisse. E Fastis Capitolinis Corvus primum consul fuit a. u. 405. sextus consulatus pertinet ad ann. 454. ut non octo, ut Aldus persuadere conatur, sed novem et quadraginta anni interpositi sint, triumque annorum fiat discrimen, quod Aldus h. l. dirimit, cum trium, aut, ut Aldus vult, quatuor toto hoc temporis spatio annorum pro Consulibus Dictatores fuerint, quos Livius non agnoscit, nimirum a. u. 429. Dictator L. Papirius Cursor, idem a. u. 444. et 452. nullis Coss. Dictatores Q. Fabius Rullianus et M. Livius Corvus. Cum autem Cicero dicat *tantus illi cursus honorum fuit*, ut comprehendere videatur utrumque Corvi consulatum, Aldi Nepos vult pro VI. et quadraginta scribi IV. et quadraginta, qui quidem intercessisse dicuntur, consulatus anno utroque excluso. Verum, nulla vi huic loco adhibita, ex familiaris sermonis consuetudine haec ad leviorem computationem facta militaris aetatis cum honorum cursu comparatio probabitur. *Gernh.*

interfuerunt] sic in lα. sed *inter* exp. — *interfuerant* Oxx. o. φ. cr. V. Med. — *interfuissent* cod. C. — *fuerant* bas. — *fluxerunt* d4. — om. d3. Vid. ad cap. 6, 16.

Ita] *et ita* d1. e. o. — *itaque* d3. i. n. u. r. v1. α1. a1. S. V. m. 3. 2. N. Similiter ante *qui* vel *quam Ita* in *Itaque* mutatum a librariis est Offic. I, 3. extr. et III, 1. med. Vulgat. est in R. bas. M. P. —

maiores nostri] *nostri* om. R. lα. La. M. P. w. — Saepe sic Cic. cfr. de Divin. I, 42, 93. 44, 100. *Orell.* Vid. ad cap. 13, 9. Adde Offic. II, 19, 65.

senectutis initium] *initia* E. — Huc pertinere interpretes putant illud Varronis apud Censorinum de die nat.: *In tertio gradu qui erant usque ad XLV. annos iuvenes appellatos, eo quod rempublicam in re militari possent iuvare. In quarto autem ad usque LX. annum seniores esse vocitatos, quod tunc primum senescere corpus incipiat.* At Cato respicere videtur, ut egregie monet Drakenb. ad h. l., divisionem Pop. Rom. a Servio Tullio rege factam, praeter pueros, in iuniores et seniores; de qua C. Tubero historiarum primo scripsit ap. Gell. N. A. X, 28. *Servium Tullium regem P. R. — — inde ab anno septimo decimo, quod idoneos iam esse reip. arbitraretur, milites scripsisse: eosque ad annum quadragesimum sextum iuniores, supraque eum annum seniores appellasse.* „Eam rem, addit Gellius, propterea notavit, ut discrimina quae fuerint iudicio moribusque maiorum pueritiae, iuventae, senectae, ex ista censione Servii Tullii prudentissimi regis noscerentur." Ex quibus Cato recte ait inter primum et sextum consulatum Valerii tot annos interfuisse, quot sufficiebant, ut aliquis referretur inter seniores; neque in sexagesimum annum huius senectutis initium incidit, sed in sextum et quadragesimum. *Gernh.*

esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit] *esset illi, tantus cursus hon. fuit* d3. Med. — *ille* E. d1. b. c. o. v. — *illi aetati* d4. — *honor* La. — *honorum cursus* d4.

eius] *huius* E. bas. lα. d1. 4. 5. cr. V. La. M. L. P. w.

hoc beatior] *hoc* om. lα. — *haec* d3. — *in hoc* e. u. a. r. v1. 2. α1. a1. f. h1. S. V. m. La. Praepositio sic saepe a scribis illata est, ut Offic. I, 45, 4. ubi vid. Heusing.

**beatior, quam media, quod auctoritatis habebat plus, laboris [vero] minus. Apex [autem] senectutis [est] aucto- 9
ritas. Quanta fuit in L. Caecilio Metello! quanta in 61
Atilio Calatino! in quem illud elogium:**

UNUM. HUNC. PLURIMAE. CONSENTIUNT. GENTES. POPULI. PRIMARIUM. FUISSE. VIRUM.

---

quam media] *erat* d4.

plus habebat] *habebat plus* R. bas. 1α. d4. Med. cr. La. M. L. P. w. O. — *habet plus* E. — *habeat plus* d3. 5.

laboris vero minus] *vero* om. R. E. 1α. d4. 5. i. u. η. v. ψ. b. c. α2. Med. cr. V. La. M. L. P. w. O. — *laborisve minus* d1. o. Eyb. — *minusque lab.* d3. — *minusve lab.* bas.

Apex autem senectutis est auctoritas] *apex est autem* R. E. bas. d3. 5. B. Eyb. Med. α2. cr. L. O. — *apex est sen. auct.* T. 1α. β. La. M. P. — *apex sen. est auct.* n. u. η. v. ψ. cr. — *apex autem sen. est aucta auct.* Dr. 1. e. — *apex enim sen. auct.* d4. — *apex autem sen. auctoritas* Wechel. De vocabulo *apex* vid. Doederlein. lat. Syn. und Etym. T. II. p. 113., qui nescio cur reiiciat Festi, Servii, Isidori auctoritatem, qui ducunt a verbo antiquo APERE [ἄπτω]. Ipse ducit ab *apisco* Latino verbo, quasi vero non una esset omnium horum verborum familia, cuius radix est Graeca vox ἌΠΩ. Vid. de tota familia Passov. in Lex. Gr. s. v. ἄπτω. Gernh. haec notavit: *Apex* a summa parte vel virgula pilei sacerdotalis translatum vocab. denotat fastigium, vel quae summa sunt, ut ap. Sil. Ital. I, 467. *apex hastae.* et XII, 709. *montis apex.* — Simillimus locus est Ammian. Marcell. XVII, 7. *Vulcatius successit Rufinus omni ex parte perfectus, et velut apicem senectutis honoratae praetendens.*

§. 61. *in L. Caecilio Metello*] *in* om. d3. — *M. Cellio Met.* d1. e. Med. Crat. — *M. Caecilio Met.* d3. 4. 5. — L. abest a cod. C. De hoc viro vid. c. 9. extr.

L. Atilio Calatino] *Calatino* om. d3. — Wetzelius cum Ernestio in Clav. Cic. *M. Atilium Calatinum* intelligit, qui consul fuerit a. u. 495. et 499. dictator a. u. 504. Is autem in Fastis Capitolinis non *M. Atilius*, cuius nulla singularis auctoritas fuit, sed *A. Atilius Calatinus* appellatur (vid. intpp. ad Aurel. Vict. Virr. Ill. c. 39.), cuius auctoritatem in dirimenda disceptatione C. Lutatii Consulis et Q. Valerii Praetoris de triumphi honore Valer. Max. II, 8, 2. celebrat. Eundem *Aulum Atilium* effert Polyb. I, 24. cum collega C. Sulpicio (Paterculo e Fast. Capit.) a. u. 495. iterum cum Cn. Cornelio a. u. 498. v. ibid. cap. 38. Omisso praenomine commemoratur hic idem ap. Liv. Epit. XVII. et XIX. *Gernh.*

elogium] *eulogium* 1α. d1. r. α1. — *eclogium* L. — *unicum* om. La. L. w. — *unicum fuit* Man. 1. Pro quo sequitur: *uno ore plurimae* La. L. w. — *elogium unicum: uno ore* etc. P. — *elogium: unicum pl.* m.

consentiunt gent.] *gentes cons.* 1α.

populi prim.] *et populi, prim.* etc. d1. — *populi Priamum fuisse* d3. — Inscriptio fuit in sepulcro Calatini ad portam Capenam. v. Tusc. I, 7, 13. Vocabulum *unicum*, quod eadem sede constanter

Notum [est] carmen incisum in sepulcro. Iure igitur

---

tenent omnes codices et editt. vett. [exc. La. L. w.] Theodorus male refert ad *quem*, vertit enim:

εἷς ὃν ἕνα πλεῖστα ἔθνη τὸ ἐλεγεῖον ἐκεῖνο συνᾴδει,
Πρῶτος ἀνὴρ ὅδ' ἔην ἄστεος εὐρνόχλου.

Equidem vix dubito cum Graevio aliisque interpretari *elogium singulare, quod nescio an ulli contigerit.* Nam neque illi, qui ex Fin. II, 35, 116. ubi eiusdem Calatini inscriptio legitur: *Uno ore cui plurimae consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum*, verba *uno ore*, codicum auctoritate parum firmata, huc transferunt, ut C. Langius, Balduinus et Facciolatus [L. w. P.], neque Lambinus qui vult: *in quem illud ellogium* [potius *eclogium*]: *Uno ore* [imo: unicum: uno ore] *quem unicum plurimae consentiunt* etc. neque Goerenz. qui ad Fin. l. c. struit: *unicum primarium virum*, *ἀριστευόντων ἄριστον*, ut *unicum* cum vi a fronte positum sit, probabiliter statuunt. Etenim si primarii viri plures una esse Romae potuerunt et fuerunt, non idcirco plurimae gentes eos omnes primarios esse viros consenserunt; mirumque videri deberet, Ciceronem in interpretatione elogii statim addita vocem *unicum* a fronte cum vi positam praetermisisse. Alteri autem loco addit: *Idne consensisse de Calatino plurimas gentes arbitramur, primarium populi fuisse, quod praestantissimus fuisset in conficiendis voluptatibus?* Neque inscriptionis simplicitati convenit vox *unicum* tam remota a voce *primarium*, quae indicat, quid laudatum in Calatino sit; ut e plurimarum consensu apparet, quanta haec laus videri debeat. Mecum sentire laetor Schützium ad h. l. *Gernh.* Corruptior nostro loco est locus in II. libr. de Fin. laud. Noster locus verae habet scripturae vestigia, ut apparet ex Inscriptione ab Orellio nobis communicata ad Fin. l. c. Vol. IV. P. I. p. 137. not. 4. Est haec inscriptio elogium L. Scipionis, Barbati fil. apud Visconti *Monum. degli Scipioni Tav. V. p.* 14: [eandem habes ap. Struv. die lat. Deklin. u. Konjug. ad calc. libri p. 324.].

HONC OINO PLOIRUME COSENTIONT R.... DUONORO OPTUMO FUISE VIRO.

Ex qua inscriptione patet simul, Calatini elogium unicum huius generis non fuisse. Tribuitur enim idem Scipioni. Latent tamen vel sic certa emendationis signa, ad quae prope accessit Rath., propius Goerenz., qui utinam quod usus Latinus postulasset, recepisset. Optime esset locus persanatus. Agamus rem, duce Orellio, qui quum inscriptionem illam laudasset, addit haec: Ergo in Calatini quoque monumento erat vel HONC OINO, vel, quo ducunt optimi codd. Palat. pr. Spir. Erl. exhibentes *uno cum*, OINO HONC, sicque dedi, recentiore scriptura, quam in ceteris librarii potius, quam Tullius ipse, videntur secuti esse. Cur enim interpretatus esset in seqq.? Fuit igitur:

OINO HONC PLOIRUME COSENTIONT cet.

Posuit totum elogium ita Orell.:

UNUM HUNC PLURIMAE CONSENTIUNT GENTES, POPULI PRIMARIUM FUISSE VIRUM.

Summa sagacitate Rath. ad Fin. l. c. p. 505. seqq. legendum coniecit: *unum eum.* Ad quae Goerenz. *eum* friget: sic enim *hunc* malle debebis. Hoc si posuisset Goerenz. iam ante Orellium locus esset restitutus. Recepi Orellii emendationem, quum idem ad nostrum locum nimis verecunde vulgatam retinuerit. Vide praeterea Canter. Nov. Lectt. VI, 10. in Grut. Fac. T. III. p. 647.

Notum est carmen] *notum est totum carmen* R. E. T. d4. η. V. Grut.

**gravis, cuius de laudibus omnium esset fama consen-
tiens! Quem virum nuper P. Crassum, pontificem maxi- 10
mum, quem postea M. Lepidum, eodem sacerdotio
praeditum, vidimus! Quid de Paullo aut Africano lo- 11
quar? aut, ut iam ante, de Maximo? quorum non in
sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas.
Habet senectus, honorata praesertim, tantam auctorita- 12**

Lall. — *notum existimo carmen* d3. Med. — *notum est vobis carm.* d5. — *notum est eius carmen* a. α1. f. h1. S. — *not. est carm. totum* cod. C. — *not. est tot. eius carm.* r. v1. 2. 3. a1. 2. α2. cr. m. Vulgata est in bas. M. P. 3. 1. 2.

incisum in sepulcro] *in* om. La. M. L. w. *g.* — At Cic. pr. Balb. c. 23, 53. et pr. Fontei. c. 14, 31. *incis.* — *in monumentis*, *in columna*, et item alibi. *Gernh.* Miro autem modo Billerbeck. inclusit verba *notum* — *carmen*, dicens, ab optimis codd. abesse; esse autem additamentum molestissimum; deceptus scilicet Gernhardi nota. vid. Analect.

iure igitur gravis] *iure igitur grav. est* cod. C. — *gravis igitur ille* d1. e. — *igitur stabilis*, *gravis* n. — *iure ig. beatus* d5. — *ergo gr.* o. — *iure* om. α1. — *gravis laudatur* d3.

cuius de laudibus — *esset*] *de cuius* lα. — *est* η. ψ.

quem virum P. Crassum, nuper pontif. maximum] *q. vir. nuper P. Crass., pont. max.* R. E. bas. lα. d1. 4. 5. Codd. Contareni ipso prob. Med. cr. a2. V. La. M. L. P. w. O. — *nuper* om. η. r. v1. — *pont. magnum* d3. Elegantius respondet *nuper* adverbio *postea* eodem loco positum, quum in pontificatu temporis notio non opus sit afferri. De Crasso vid. c. 9, 27.

M. Lepidum] *M.* om. R.

eodem] *in eo* E. sed emend. *eodem.* — M. Aemilius Lepidus bis *Consul* fuit a. u. 566. et 578. secund. Fast. Capit. Wetzelius vero tradit a. u. 565. et 577. *Pontifex Max.* creatus est teste Liv. XL, 42. a. u. 573. *Censor* a. u. 574. v. Liv. ibid. c. 45. In eiusdem Epit. XLVIII. dicitur *princeps senatus ab sextis censoribus lectus;* tantaque eius fuit auctoritas, ut a senatu ad Ptolemaei tutelam gerendam Alexandriam mitteretur. v. Val. Max. VI, 6, 1. Mortuus autem erat ante, quam hic sermo haberetur; non ita multo post Catonis filium, de quo supr. c. 6, 15. et 23, 84. et Liv. l. l.

quid de Paulo, aut Africano loquar] *aut* om. T. lα. interp. — *quid de Paulo loquar aut Afr.* d3. Med. v. ad cap. 9, 29.

aut, ut iam ante, de Maximo] *ut* om. R. E. lα. d3. 4. e. u. ψ. r. v1. 2. Med. α1. a1. S. m. La. M. P. — *aut etiam iam ante* d4. — *aut iam ut ante dixi* d5. — *dixi* add. lα. n. c. Med. cr. Vid. ad cap. 4.

non in sent. solum — *sed etiam* etc.] *tantum* c. — *in* om. d4. v2. — *etiam* om. Med.

habet senectus] *habet*, *habet sen.* La. L. P. — *habet hon. sen. praes.* bas. d3. 4.

honorata praesertim] *praes. hon.* lα. Verba *habet sen.* — *auct.* desunt ap. Theod. In uno exemplari Colinaei 1528. Balduin. hoc sic invenit: ἔχει τὸ γῆρας μάλιστα τίμιον τηλικοῦτον ἀξίωμα. *Honoratam senectutem* explicat Facc. *honoribus functam*, tacito prob. Gernh. Sed iure vituperatur a Müllero, qui latiori sensu hanc vocem intelligit. Conferri iubet Wolf. ad Suet. Claud. 28. et Schelle ad Hor.

tem, ut ea pluris sit, quam omnes adolescentiae voluptates.

62 XVIII. Sed in omni oratione mementote eam
1 me senectutem laudare, quae fundamentis adolescen-
2 tiae constituta sit. Ex quo efficitur id, quod ego
magno quondam cum assensu omnium dixi: *miseram*
3 *esse senectutem, quae se oratione defenderet.* Non
cani, nec rugae repente auctoritatem arripere possunt;

A. P. 120. qui tribus proximi capitis locis comparatis idem sentit. In eandem reprehensionem venit Iacobo ad Lucian. Alex. 30. p. 59. ubi eodem modo *οἱ δυνατώτατοι καὶ μέγιστον ἀξίωμα ἐν τῇ πόλει ἔχοντες* sunt *honorati*. Comparat Cic. de Legg. I, 11, 32. N. D. III, 36, 87.

ut ea pluris sit] *sit* om. a. — *pretii* add. d3. 4.

Cap. XVIII.

§. 62. *In omni oratione*] non est in hoc toto sermone, sed quoties de senectute disseram, ut de Fat. 1. extr. *Gernh.*

eam me laud. sen.] Sic R. bas. — *me eam* lα. B. Eyb. — *eam me sen. laud.* E. d3. 4. 5. Med. cr. O.

quae fundamentis adolescentiae constituta sit] *quae ex fund.* lα. — *quae a fund. ad. const. est* d4. — *instituta sit* η. — *inst. est* c. Drakenb. in dict. ad h. l. *constituta* interpretatur *stabilita*, *firmata*, ut pr. Flacc. c. 11, 25. *cuius virtute regibus exterminatis libertas in rep. constituta est.*

id efficitur] *efficitur id* R. E. T. bas. lα. d3. 4. 5. b. c. La. M. L. P. w. O. — *illud eff.* B. Eyb. — *eff. illud* Med. α2. cr.

ego] om. cod. C.

magno quondam cum assensu] *quondam* om. bas. i. a. r. v1. 2. 3. α1. a1. h1. m. — *quodam* T. d3. e. ψ. α2. cr.

quae se oratione defenderet] *non defenderet* d3. o. — *defendit* Eyb. — Schütz. in Ind. Lat. s. v. *cani* emendavit *canitie*. Sed nihil mutandum. Recte Facc. *quae se or. def.* interpretatur: quae verbis et oratione ad sui defensionem indigeret.

non cani] *non igitur cani* cod. C. — Minus frequens substantivum hoc pro *canitie*. Praeter Ovid. Fast. V, 57. canos et rugas iunctum deprehendit Drakenb. ap. Senec. de vit. beat. c. 8. [errat Drakenb. Est locus ap. Senec. brev. vit. cap. 8. in.]. Cfr. Menandri locum a Wetzelio adhibitum:

οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν,
ἀλλ' ὁ τρόπος ἐνίων ἐστὶ τῇ φύσει γέρων.

Gernh. Cfr. Ovid. ex Pont. I, 4, 1.

non rugae] *nec rugae* R. E. T. b. Veram hanc scripturam censeo; non enim opus anaphora in quieta et remissa oratione. Accedit quod *cani* et *rugae* aliis in locis coniunguntur. Vide quae modo allata sunt exempla.

arripere] Sic Camerar. e Ven. libri omnes C. Langii, Balduini, Graevii, quindecim Man. sex Oxx. b. et c. — *afferre* d4. 5. u. a. Theod. *προςφέρειν*. editt. vett. cum S. exc. V. m. La. M. L. Lall. — *accipere* Man. 2. — *eripere* Man. 1. o. Eyb. — *repentim afferre auct.*

sed honeste acta superior aetas fructus capit auctoritatis extremos. Haec enim ipsa sunt honorabilia, quae viden- 63 tur levia atque communia, salutari, appeti, decedi, assur- 4 gi, deduci, reduci, consuli: quae et apud nos et in aliis

---

possunt d4. — *orationem* pro *auctoritatem* habet Oxon. ψ. Retinendum est *arripere* ut c. 8, 26. et c. 21, 78.

sed honeste acta sup. aet.] *sed* om. o. — *hon. super. aetas act.* d5.

fructus capit auctoritatis extremos] *fr. auct. capit. ext.* E. al. cr. S. m. — *praebet* cod. A. ed. Rom. eodem loco positum, quo in E. *capit*. Sic etiam v1. 2. 3. (nescio an eodem positu) α1. f. h1. V. — *carpit* eodem loco L. Theod. δρέπεται, ut alii ap. Verburg. — *carpit auct.* P. Sed Aldini et Oxx. omnes, Balduini vetusti codd. et reliqui *capit*. Ita confunduntur haec verba cap. 15, 11. ex. — *ipsa extr.* R. — *extremos* om. bas. *Extremus* est in extremo tempore aetatis. De toto h. l. comp. c. 3. extr.

§. 63. *Haec enim ipsa sunt honorabilia*] *haec sunt enim* d3. — *haec enim sunt ipsa* d5. — *ipsa* om. e. — *honorabiliora* n.

communia] *scilicet* add. cod. C.

salutari] a tenuioribus tempore matutino hora diei prima et secunda. v. Martial. IV, 8. *Gernh.*

appeti] ab iis, qui blande se applicabant ad potentiorem captandae benevolentiae causa. vid. Cic. de petit. Cons. c. 8. *Gernh.*

decedi] *discedi* α1. — de via declinabat privatus magistratui v. Plaut Trin. II, 4, 8. *Decedam illi de via, de semita, de honore populi.* Suet. Tib. c. 31. ex. Notandum tamen ad hoc verbum et seq. *assurgi* intelligendum esse Dativum, cum reliqui transitivorum infinitivi pass. nullam requirant casus notationem. *Gernh.* Vid. Heusing. ad Offic. II, 4. Sanct. Min. p. 311. et 316. ed. Perizon.

assurgi] Sedentes privati in magistratuum honorem ad eos accedentium surgebant. v. Liv. IX, 46. med. Consuli Senatores Cic. in Pis. c. 12. *iuvenes senibus.* Iuven. Sat. 13, 54. ubi aurei saeculi mores describit:

Credebant hoc grande nefas et morte piandum,
Si iuvenis vetulo non assurrexerat.

deduci] vid. Cic. de petit. Cons. cap. 9. Tibull. I, 4, 80.

Deducat iuvenum sedula turba senem.

Adde Valer. Max. II, 1, 9. *Iuvenem Senatus die utique aliquem ex patribus conscriptis aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam deducebant, affixique valvis exspectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur.* A convivio quoque, Gellius inquit II, 15., seniores a minoribus domum deducebantur, eumque morem accepisse Romanos a Lacedaemoniis traditum est: apud quos Lycurgi legibus maior rerum omnium honos maiori aetati habebatur. *Gernh.*

reduci] om. d5. η. De re vid. notam modo scriptam.

consuli] Cic. Orat. I, 45. *Senectuti vero celebrandae et ornandae quod honestius potest esse perfugium, quam iuris interpretatio. — — Quid enim est praeclarius, quam honoribus et reip. muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere idem, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo, se esse eum, unde sibi, si non populi et reges, at omnes sui cives consilium expetant. Gernh.*

et apud nos] *et* om. T. d3. e. i. o. g. — *etiam* d4. b. ψ. Med. cr.

aliis civ.] *civ. aliis* Med. cr.

civitatibus, ut quaeque optime morata, ita diligentissime
5 observantur. Lysandrum Lacedaemonium, cuius modo feci mentionem, dicere aiunt solitum, *Lacedaemonem esse honestissimum domicilium senectutis*: nusquam enim tantum tribuitur aetati, nusquam est senectus honora-
6 tior. Quin etiam memoriae proditum est, quum Athenis, ludis, quidam in theatrum grandis natu venisset, [in] magno consessu locum nusquam ei datum a suis

---

ut quaeque optime morata] *quaeque res* Eyb. — *optime* om. E. d5. — *optima* a1. — *morata sunt* E. Med. — *mor. est* d1. 5. Man. 3. B. Eyb. V. L. — *moratae* S. — *moratae sunt* i. Man. 5. cr. — *morigerata est* lα. — *morigeratae* M. — *morigeratae sunt* bas. marg. Crat. — *memoratae sunt* d5. n. o. v. — *ubi quaeque morigerata fuerit optime* d3. — *ut qu. bene morata sunt.* Man. 2. — *ita* om. Man. 1. — *moderatae* Man. 1.

observantur] *servantur* T. lα.

mentionem feci] *feci ment.* R. E. d4. — *fecimus ment.* d1. — *ment. fecimus* d3. o. Vid. ad cap. 5, 3. Goerenz. ad Fin. III, 7, 26. p. 342. a. De *Lysandro* vid. cap. 17, 59.

Lacedaemone] *Lacedaemoniae* d5. O6x. — *Lacedaemonem* R. bas. d1. MS. Gronov. et teste Lallemando codd. Parisini, unde ipse recepit. Secutus est Orell. Recte puto; et quod optimi codd. tuentur, et quod ex compendio scripturae Lacedaemonē facile oriri potuit Ablativus. Nam quod dicit Gernhardus esse acerbitatem in accusativo, quasi haec urbs nihil sit, nisi domicilium senectutis, ut contr. Rull. II, 35, 97. *Capua domicilium superbiae ac sedes luxuriae* appellatur, id non probo. In verbis haec notio non inest, deinde satis provisum est, ne acerbitatem hanc putemus et quod totus locus ad hanc irrisionem non est aptus, deinde quod adiicitur *honestissimum*.

nusquam enim tantum tribuitur senectuti] *nunquam enim* ψ. — *tribui* Lips. α. sed supr. vers. *tribuitur*. Recte. Sunt enim verba Ciceronis. — *attribuitur* d1. 4. e. — *ei* pro *enim* d5.

memoriae proditum est] *mem. est prod.* d1. — *traditum* n. ψ. — *productum* E.

ludis] *in ludis* lα. c. — *in ludum* d1. e. — *ludius* v. b. — om. voc. d3. — *Athenis quidam ludis* d5. — *ludis* scil. *Panathenaicis* Rem fusius narrat Plutarch. in Apophthegm. Lacon. et Val. Max. IV, 5. ext. 2. Wetzelius recte adhibet etiam Xenoph. Mem. III, 5, 15. *Gernh.*

in theatrum grand. nat. ven.] *grand. nat. in theatr. ven.* d1. — *grandis veniret nat.* d3.

in magno consessu] *magno in consensu* d5. Med. cr. — *in* om. R. E. T. bas. lα. d1. 3. 4. (*consensu*) b. La. M. L. P. w. Recte. Sunt enim quasi ablativi absoluti: cum magnus esset consensus.

locum ei a suis civibus nusquam datum] *nusquam ei datum a suis civibus* R. E. O. — *nusq. dat. a suis civ.* T. lα. b. c. Pith. r. La. M. P. w. — *nusq. ei locum dat. a s. c.* d1. 3. 4. 5. (*dat. esse*) Med. cr. — *nusq. a suis civ. dat.* L. — *nusq. loc. ei dat. a suis civ.* bas. — *esse dat.* v2.

civibus: quum autem ad Lacedaemonios accessisset, qui, legati quum essent, certo in loco consederant, consurrexisse omnes et senem [illum] sessum recepisse. Qui- 64
bus quum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex iis quendam: *Athenienses scire, quae*
recta essent, sed facere nolle. Multa in nostro collegio 7
praeclara: sed hoc, de quo agimus, in primis, quod, ut quisque aetate antecedit, ita sententiae principatum

---

quum autem ad Lacedaemonios accessisset] *quum autem ille ad Lacedaem. exisset* d3. — *venisset* n. η. o. v. ψ.

legati quum essent] *quum legati essent* d1. a. r. v1. 2. 3. α1. al. 2. f. h1. m. 3. — *quod legati erant* P. Suffrid.

certo in loco] Sic R. T. bas. Med. V. M. L. P. 3. G. N. O. — *in loco certo* editt. vett. cum S. m. 1. 2.

consederant] *considerant* d1.

consurrexisse omnes] *illi dicuntur* add. E. bas. (T. habet *alii dicunt* haud dubie ex compend. dicunt'. Frequens etiam confusio verbor. *illi*, *alii* v. ad cap. 7, 9. Sic Oxon. n. *illi dicunt*, eodem scil. compendio) d1. 3. (*illi* om. ut cod. C.) 4. 5. a. O6x. editt. vett. cum S. m. exc. Med. quae habet *illi omnes dicuntur.* quibus adde La. L. w. — *omnes* om. α1.

senem illum] om. *illum* E. bas. *la.* d4. 5. b. c. Pith. V. La. M. L. P. w. Recte.

sessum recepisse] *sessu* e. — *fessum* Man. 1. — *cepisse* d3. — *accepisse* u.

§. 64. *cuncto*] *multo* η.

dixisse ex iis quendam] *dicunt* add. Man. 1. — *ex his quend. dix.* T. — *eis* d3. — *his* la. d1. h1. S. V.

quae recta essent] *sunt* d4. c. — *quae facienda essent* ly. d1. 3. e. Med. — Ut Plato de Legg. l. I. ait, si quis Atheniensis bonus sit, eum valde bonum esse, sic Demosth. de Rhod. lib. in. *Ἐγὼ δ' οὐδεπώποτε ἡγησάμην χαλεπὸν τὸ διδάξαι τὰ βέλτιστα ὑμᾶς, (ὡς γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπαντες ἐγνωκότες ὑπάρχειν μοι δοκεῖτε) ἀλλὰ τὸ πεῖσαι πράττειν ταῦτα.* et in Olynth. III. 29, 12. ed. Reisk. *πέπεισμαι γὰρ ἐξ ὧν παρὼν καὶ ἀκούων σύνοιδα, τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ὑμᾶς ἐκπεφευγέναι τῷ μὴ βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν, οὐ τῷ μὴ συνιέναι.* *Gernh.*

Multa in nostro collegio praeclara] *conceduntur senectuti* add. v. ψ. — *cognovi* d4. Man. 3. Pith. cr. — *sunt* d3. Man. 6. Med. V. — *vestro* R. E. T. Vid. de istis additamentis Beier. ad Offic. II, 19, 65: *quum multa praeclara maiorum, tum quod* etc. Beier. T. II. p. 128. De verbis *in nostro collegio* vid. idem ad Lael. II, 8. p. 14. — *praeclaro* Man. 12.

quod ut quisque] *sicut* d1. — *ut* om. d3. — *quod* om. d5.

aetate antecedit] Sic R. T. (*antec. aet.*) bas. Med. M. 3. 1. 2. cod. Urs. Man. 20. Pith. — *antecedat* Man. 1. — *antecellit* editt. vett. cum S. m. P. — *antecessit* Facc.

sententiae principatum tenet] *teneat* r. v1. 2. α1. h1. — *teneant* o. v. — *sententia princ.* d5. w. — *principium* v. — *sent. primatum* d1. r. v1.

tenet: neque solum honore antecedentibus, sed iis etiam, qui cum imperio sunt, maiores natu augures antepo-
8 nuntur. Quae [sunt] igitur voluptates corporis cum auctoritatis praemiis comparandae? quibus qui splendide usi sunt, ii mihi videntur fabulam aetatis peregisse, nec tamquam inexercitati histriones in extremo actu
65 corruisse. At sunt morosi et anxii et iracundi et dif-
9

---

neque solum honore antecedentibus] *neque enim sol.* r. v1. 2. α1. 8. m. cr. V. — *neque enim hon. ant.* cod. A. — *honore* om. c.

sed iis etiam] *sed etiam his* 1α. — *etiam* om. d3. — *his* R. d1. 3. 1α.

qui cum imperio sunt] Cui alias quantum tribuerint, illustre est Fabii senis exemplum (ap. Plut. cap. 24.), qui a filio consule per lictorem equo descendere iussus, Εὖ γ', εἶπεν, ὦ παῖ, φρονεῖς καὶ πράττεις, αἰσθόμενος, τίνων ἄρχεις, καὶ πηλίκης μέγεθος ἀνείληφας ἀρχῆς. Cum imperio proprie sunt, quibus a populo belli gerendi potestas data est: quamquam Cicero non ubique huius formulae usum servat, ut Phil. I, 7. *Ecquid est, quod tam proprie dici possit actum eius, qui togatus in rep. cum potestate imperioque versatus sit, quam lex?* Neque h. l. videtur imperii notio premenda, sed consules intelliguntur, iique qui habebant ius in iudicium vocandi, oppositis magistratibus minoribus. *Gernh.*

maiores natu augures] *natu nostri aug.* d4. v. — *augures* om. cod. A. v2.

igitur] om. d5.

corporis] *corporum* d1. a. Pith. Man. 4. r. v1. a1. S. m. V.

ii] *hi* la. Dresdd. omnes. L.

fabulam aetatis peregisse] Ut supra cap. 2, 5. aetates vitae a natura descriptas cum fabulae actibus a poeta constitutis comparat, sic h. l. senem cum histrione fabulam peragente. Cfr. cap. 23. extr. et ad Q. Fr. I, 1, 16. *Illud te extremum oro et hortor, ut, tamquam poetae boni et actores industrii solent, sic tu in extrema parte et conclusione muneris ac negotii tui diligentissimus sis, ut hic tertius annus imperii tui, tanquam tertius actus, perfectissimus atque ornatissimus fuisse videatur. Gernh.* Adde Ochsner. p. 200. et Coel. Rhodig. Lectt. Ant. X, 61.

nec] *neque* η.

§. 65. *At sunt*] Non. s. v. *morosa* p. 460. habet *ac sunt* — *at sunt quidam* d4.

morosi] quibus nemo satisfacit. *Gernh.*

et anxii] *et* om. d4. — *anxii* instantibus malis trepidant; solliciti futura vehementer metuunt. v. de Fin. II, 17, 55. *Gernh.*

et iracundi] *et* om. e.

et difficiles senes] Mirum, quod *difficiles* postposuit, cum Orat. c. 29. morositatis vitium videatur pro maiore habere: *In quo tantum abest, ut nostra miremur, ut usque eo difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes.* Nimirum nostro loco intelligit, qui rogantibus negare solent, et nimis parci sunt, vel avari. Comp. Horat. de art. poet. v. 169. seqq.

Multa senem superveniunt incommoda, vel quod
Quaerit, et inventis miser abstinet, ac timet uti:

ficiles senes. Si quaerimus, etiam avari! — Sed haec morum vitia [sunt], non senectutis. Ac morositas tamen et ea vitia, quae dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem iustae, sed quae probari posse videatur: contemni se putant, despici, illudi; praeterea in fragili corpore odiosa omnis offensio [est]. Quae tamen omnia dul-

---

Vel quod res omnis timide gelideque ministrat,
Dilator, spe lentus, iners, pavidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, castigator censorque minorum.

Theodorus duobus vocabulis additis vertit: *Νὴ Δί', ἀλλά εἰσί τινες δυσάρεστοι, καὶ ἐπίχολοι, καὶ ὀργίλοι, καὶ δυοξύμβουλοι, καὶ ἀπροσήγοροι γέροντες.* Nimirum *iracundos* et *difficiles* binis vocabulis. *Gernh.* — De differentia inter *difficilis* et *morosus* vid. Doederlein. lat. Syn. T. III. p. 233. seq.

etiam avari] Vid. Terent. Ad. V, 3, 47. 8, 30.

haec morum vitia sunt] *morbi vit.* R. — *horum morum* E. — *sunt vitia mor.* d3. — *sunt mor. vit.* bas. d5. — *vit. mor. sunt* lα. — *haec vit.* m. Sunt haec haud dubie ex Plat. Rep. I. p. 151. ed. Bip. *ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι μιά τις αἰτία ἐστὶν οὐ τὸ γῆρας, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων.*

Ac moros.] *haec moros.* d4. cr. — *At moros.* d1. 3. e. u. a. editt. vett. cum S. m. P. exc. Med. a2. f. h1. La. w.

quae dixi] *et ea, quae dixi vitia* Med. cr. — *et omnia ea vit.* etc. n.

non illius quidem iustae] *nonnullius* η. v. — *non ullius* b. — *quidem* om. cod. C. — Vid. Verr. IV, 57. pr. *Nam Sappho, quae sublata de prytaneo est, dat tibi iustam excusationem, probe ut concedendum atque ignoscendum esse videatur.*

videatur] *videtur* T. — *videantur* η. — *videbantur* c. — *viderentur* d3. — *posse* om. α1.

putant] *vident* lα. supr. v. — *se* ante *contemni* om. η.

despici] *decipi* Man. 1. — alius Man. om. v. — *et desp. et ill.* d4. — Laudat h. l. Nonius s. v. *contemnere* p. 463. qui *contemnere* gravius esse dicit, quam *despicere.* Vide de differentia Doederlein. lat. Synonym. T. II. p. 181. seqq.

odiosa omnis offensio est] *od. est omn. off.* d1. — *od. nimis* d4. — *omnis* om. η. — Quaelibet offensio vel exigua magnum sui sensum et molestiam excitat in corpore imbecillo. *Facc.* Adde Ochsner. p. 87.

dulciora sunt] *mitiora* d5. — *Sunt* est in E. bas. 3. 1. 2. — *fiunt* R. Dresdd. omnes. a. b. editt. vett. cum v3. α2. S. m. M. P. Theod. Gaza *πέφυκε γίγνεσθαι.* At hoc stare non posse putat Gernh. Sensum enim esse: minus molesta illa vitia sunt, si mores reliqui boni sunt, et artium in sene est scientia. Cui Orell. in Analect. Vol. IV. P. II. p. 588: Non dubito plerosque fore miraturos, cur receperim Cod. Regii aliorumque lectionem *fiunt*, quum Gernhardus alteram *sunt*, haud inscite defenderit. Non solum autem cessi Cd. Regii auctoritati, quae sane permagna est; neque ideo tantum, quia longe frequentius v. *fiunt* in *sunt*, *fit* in *sit* pervertitur, quam contra: sed etiam sententia praestabilior videbatur haec: „Quae tamen omnia, morositas scilicet et reliqua vitia, quae memorantur,

11 ciora fiunt et moribus bonis et artibus: idque tum in vita tum in scena intelligi potest ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt. Quanta in altero diritas, in al-
12 tero comitas! Sic se res habet: ut enim non omne vi-

p. 91. a.

etsi insunt in senibus plerisque, dulciora fiunt minusque habent offensionis, si coniuncta sint cum bonis moribus atque artibus."

et moribus bonis] *et bon. mor.* r. v1. 2. α1. a2. f. h1. V. m. L. — *bonis* om. d5. — *maioribus bonis* ed. Lips.

idque tum — tum] *id tum* cod. C. — pro primo *tum* est *quum* in R. E. d3. η. La. M. P. w. Sed nulla est gradatio.

ex iis fratribus] *ex* om. d4. — *his* la. d1. 4. 5. v2. ed. Lips. α1. a1. h1. S. V. Non. l. mox indicando.

in Adelphis] *in* om. cod. C. — Vid. Terent. Adelph. I, 1, 18. seqq. Duo senes in scenam inducuntur valde inter se dissimiles. Demea nimis durus, Micio nimis facilis.

quanta in alt. duritas, in altero comitas] *qu. in alt. comitas, in alt. durities* d1. 4. (qui habet *duritas* et *in* om.). — *quanta in altero com.* Crat. — *duritas* est in R. T. m. M. 3. 1. 2. — *duritia* bas. Man. 1. — *diritas* Non. s. v. *dirum* p. 59. et s. v. *diritas* p. 129. E. Med. h1. f. S. V. (qui defendit *diritas* Varr. Lectt. II, 24.) La. L. P. Reiecit hoc Gernh. quod *diritas* neque sit patris in filium, neque Demeae, quale poeta finxerit eius ingenium, qui v. 20. dicatur *semper parce ac duriter se habere.* et v. 39. *Nimium ipse est durus praeter aequumque et bonum.* Nam quod Demea ipse de se V, 4, 12. *Ego ille*, inquiat, *agrestis*, *saevus*, *tristis*, *parcus*, *truculentus*, *tenax duxi uxorem* etc. haec vehementius de se queri. Accedere plurimorum et optimorum Codd. auctoritatem. In Pith. et uno Ald. esse *duritiam*, quae de Or. III, 16, 59. cum patientia iungatur, ut Orat. 16, 53. *duritatem* cum *severitate*. Cic. pr. Coel. 15, 36. Removebo illum durum ac paene agrestem. Haec Gernhardus, cui tria possunt opponi argumenta. Primum vix difficilius vocabulum adhibuerint scribae ad interpretandum levius, deinde Nonii auctoritas praeferenda hoc loco omnium codd. auctoritati, ut faciendum fuit cap. 14, 9. praesertim cum duobus locis eandem tueatur lectionem. Denique docte Orell. ostendit ex Suet. Tib. c. 21. morum diritatem non semper *crudelitatem* significare, sed saepe tantum *intolerabilem acerbitatem ac tristitiam*, qualis fuit Demeae. Conferri iubet Oudendorp. ad Suet. l. c. ubi Tiberio, etiam antequam crudelitatem suam exercuisset *morum diritas* h. e. intolerabilis acerbitas ac tristitia tribuitur. De utriusque verbi origine et discrimine egit Doederlein. lat. Synon. T. I. p. 46. seq. qui *durus* et *dirus* a communi stirpe ducit indeque saepe difficillimum ostendit esse ad indagandum, quid, ubi voces permutentur, sit praeferendum.

comitas] Terent. l. c. V, 4, 9. Demea de Micione:

Ille suam semper agit vitam in otio, in conviviis,
Clemens, placidus, nulli laedere os, ac ridere omnibus,
Sibi vixit: sibi sumptum fecit: omnes benedicunt, amant.

Sic se res habet] *sic se habet res* d5. — *sed res se sic habet* e. — *sed res sic se habet* d4. — *sed se res sic habent* d1. — *sic se res habent* editt. vett. cum S. m. exc. Med. a2. h1. La. L. Pertinent autem haec ad praecedentia, et hunc habent sensum: *ita fit in hominum vita, est ut dixi, tales mores licet deprehendere.* Haec si vera sunt,

num, sic non omnis aetas vetustate coacescit. Seve- 13
ritatem in senectute probo, sed eam, sicut alia, modi-
cam; acerbitatem nullo modo. Avaritia vero senilis
quid sibi velit, non intelligo. Potest enim quidquam 66
esse absurdius, quam, quo minus viae restat, eo plus
viatici quaerere?

XIX. Quarta restat causa, quae maxime angere at- 1
que sollicitam habere nostram videtur aetatem, appro-

---

sicut sunt, quod sequitur *enim* necesse est per ellipsin dictum putemus. Ad quid enim aliud refertur particula, nisi ad omissam hanc sententiam: *nec id mirum ita esse in hominum moribus*: *ut enim* etc. De hoc usu particulae *enim* vid. Ramshorn, p. 563. et 564. not. m.

ut enim] *etenim* E.

sic non omnis aetas vetustate coacescit] *sic nec* Med. — *aet. naturae vetustate* R. E. bas. Dresdd. omnes. e. u. ψ. c. Man. 8. B. Eyb. — *natura* pro *aetas* T. 1α. β. i. n. b. a. m. sec. Man. 12. Med. cr. m. La. M. L. w. — *coacescit vet.* La. L. P. — *coacessit* T. d5. Med. et ed. Lips. Lectio *aetas naturae* orta est ex διττογραφίᾳ. Substituerunt enim alii pro *aetas*: *naturae* voc. ut cum comparatione magis congrueret, quae est de natura sumpta. Recte Gernh.: Vereor, ut Cicero usquam dixerit *omnis natura* pro *cuiusque hominis natura.* Aetatis enim extrema pars vel senectus quasi in acetum abit, acida, austera, ideoque iniucunda fit.

sed eam] *et eam* E. T. bas. 1α. β. d1. 4. 5. i. ψ. b. editt. vett. cum S. m. exc. a1. cr. f. h1. V. La. L. w.

sicut alia] *ut alia* d5. cod. C. — *aliam* R. — *aliâ re* a. — *alia* om. E.

vero] om. 1β.

non intelligo] *nescio* d4.

§. 66. *Potest enim quidquam esse absurd.*] *potest esse quicq.* d4. — *quid* 1β. — *absurd. esse* T. 1α.

quo minus viae restat] *quo viae minus* E. 1β. cod. Rhedig. — *quo vitae rest. min.* Med. — *quo viae restat min.* d4. cr. — *quo minus restet viae* d5. — *quum vitae restat min.* d3. — *restet* etiam Man. 3. v1. S. prob. Ern.

eo plus] *tanto plus* cod. C. — Ernesti vult Coniunctivum *restet*, quod oratio sit obliqua. At primum h. l. verba *quo minus viae restat* eius sunt, qui temeritatem hominum notat, et senes avari non opes quaerunt, quod non multum viae restare putant; imo obliti mortis appropinquationem, multum sibi superesse opinantur temporis. Denique oratio obliqua non habet Coniunctivum nisi ex eius mente dicatur, cuius est oblique expressa sententia. Haec fere Gernhardus. Quae rectissime sunt disputata.

CAP. XIX.

Quarta restat causa, quae] *quarta restat ea, quae* — *restet* η. Man. 8. om. Man. 2. prob. male Billerbeck.

angere atque sollicitam habere nostr. aet. videtur] *hab. vid. nostr.* d1. — *angere videt.* d4. — *nostr. vid. aet.* d5. — *nostr. hab. vid. aet.* ed. Lips. Cod. Dresd. 5. ordo est maxime numerosus. — *angere* om. v2. sed vid. Goerenz. ad Fin. I, 12, 41. ex. p. 57. b. — *eamque*

pinquatio mortis: quae certe a senectute non potest
2 [ab]esse longe. O miserum senem, qui mortem con-
temnendam [esse] in tam longa aetate non viderit!
quae aut plane negligenda [est], si omnino exstinguit
animum; aut etiam optanda, si aliquo eum deducit,
67 ubi [sit] futurus aeternus. Atqui tertium [certe] ni-
8 hil inveniri potest. Quid igitur timeam, si aut non
miser post mortem aut beatus etiam futurus [sum]?

---

soll. hab. cod. A. — *sollicitare* Oxon. i. quod est interpretamentum illius formulae minus frequentis, cum soleat verbum *habere* adiunctum participio praet. pass. poni pro eius verbi, cuius est participium, activo praet. ut *cognitum habeo* pro *cognovi*. Sed sollicitum habes eum, qui te auctore est sollicitus, ut Epist. ad Div. II, 16. *Quid enim fuit in illis praeter querelam temporum, quae non animum meum magis sollicitum haberent, quam tuum.* ibid. VII, 3. *Sollicitum autem te habebat* (reddiderat) *cogitatio tum officii, tum etiam periculi mei.* ad Attic. XVI, 1. *Dymaeos, agro pulsos, mare infestum habere nil mirum.* pr. Flacc. c. 29, 71. *Cur unus Appolladinenses amantissimos populi Rom. fidelissimosque socios miseriores habes, quam aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit unquam.* *Gernh.*

quae certe a senectute non potest longe abesse] *certe* om. Eyb. — *plane* pro *certe* Med. — *a* om. Eyb. α1. P. — *abesse longe* cod. C. — *esse longe* R. bas. d3.

cont. esse] *esse* om. Oxon. *v.*

in tam] *in* om. d4. sed est *während.*

plane negligenda] *clare* Med. — *contemnenda* α1. 8.

si omnino exstinguit animum] *si exst. omnino an.* B. Eyb. — *omnino* om. *v.*

etiam optanda] *esset opt.* d4. — *optanda multo magis* B. Eyb. — *appetenda* editt. vett. cum S. m. exc. Eyb. Med. V. L. w. — *est appet.* α1. — *notanda* ed. Lips. — Doctus quidam, Lambino teste, *oppetenda.* Sed nihil mutandum. Cfr. Cic. pr. Sext. 21, 47. ubi quum de eadem re loquutus esset, pergit: *quorum alterum fugiendum non esse, carere sensu: alterum etiam optandum, meliore esse sensu.* Ep. ad Fam. V, 16, 4.

si aliquo eum deducit] *si quo eum* d1. — *si alio eum* d3. — *deducit eum* 1α. — *deducit* ψ.

sit fut. aet.] *fut. sit aet.* Med. cr. — *sit* om. *v.*

§. 67. *Atqui tertium certe nihil*] *atqui certius certe nihil* Man. 5. — *atqui certius nihil* Man. 1. — *atqui nihil certius* Man. 1. — *atqui certe tert.* Eyb. — *atque* bas. Man. 4. P. — *certe* om. d1. 3. 4. e. Man. 5. Med. cr. Omisi vocem plane supervacuam, repetitam ex huius §. init. In simili argumentatione Cic. Tusc. I, 34, 82. *Ne in animo quidem sensus remanet. Ipse enim nusquam est. Ubi igitur malum est? quoniam nihil tertium est.*

igitur] *ergo* o. — De re vid. Tusc. I, 11. *Quomodo igitur, aut cur mortem malum tibi videri dicis, quae aut beatos nos efficiet, animis manentibus, aut non miseros sensu carentes?*

si aut] *aut* om. 1β.

aut beatus etiam futurus sum] *aut etiam* d3. 5. Med. cr. — *aut*

Quamquam quis [est] tam stultus, quamvis [sit] adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperum [esse] victurum? Quin etiam aetas illa multo plures quam nostra casus 4
mortis habet: facilius in morbos incidunt adolescentes; gravius aegrotant; tristius curantur. Itaque pauci veniunt ad senectutem: quod ni ita accideret, melius et

---

beatus post mortem fut. sum cod. C. — *aut etiam beat. sum* d3. — *aut beat. fut. sum* 1β. in quo supr. v. — *sim* d1. Eyb. — *sit* e. — *sum* om. d4.

Quamquam quis est tam stultus] *quamq. quis tam stult. est* d5. — *tam stultus*, *tam sui fidens* B. Eyb. — De *quamquam* se ipsum corrigente part. vid. Gœrenz. Acad. I, 2. p. 12. Beier. ad Lael. 9, 2. p. 50. Optime Gernh.: „Cum mortis timorem dilueret, videbatur hoc largiri, mortem esse seni propiorem, quam reliquis aetatibus. Quare addit: *Quamquam quis* etc. hoc sensu: Quamquam ne illud quidem verum est, senectutem propius a morte abesse, quam adolescentiam. Quis enim est tam stultus etc. Cfr. quae notavi ad Offic. II, 12, 43."

quamvis sit adol.] *sit* om. d5. Man. 2. Non. s. v. *explorare* p. 324. nec tamen magis, inquit Gernh. exterminandum quam §. 70. *in quocunque fuerit acta*. Sed haec causa nulla est. Offendit aures duplex *sit* tam brevi spatio repetitum. Verba autem *quamvis adolescens* sunt coniungenda cum sequentibus ut sensus sit: nemini exploratum esse, quamvis sit adolescens, se ad vesperum victurum esse. — *Cui sit exploratum* est: *qui putet*, *sibi esse exploratum*. v. Ochsner. p. 215.

se ad vesperum esse victurum] *se esse ad vesp. vict.* bas. d3. 5. c. — *esse venturum* d1. — *ad vesperam* 3. Sed vid. Gernh. ad Lael. 3, 12. p. 28. b. — *se* om. 1α. — *esse* om. T. *v*.

Quin etiam aetas illa multo pl. quam nostra mortis casus habet] *quin etiam illa mult. pl. casus mortis*, *quam nostra habet aetas* d3. — *quin illa aetas multo plures cas. mort. quam nostra hab.* d4. 5. — *casus mortis* habent etiam R. E. Med. — *causas* pro *casus* Man. 3. v. 3. Vide de hac permut. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 36. Gernh. ad Offic. II, 6, 19. Uberius ad eum loc. Beierus disput. nostrum explicans locum. Sunt *casus*, *qui mortem afferunt*.

facilius] *facilius morbos incidunt* cod. Palat. Vid. Gebhard. A. Lectt. I, 13. Monet Drakenb. haec hausta esse ex Hippocrate I, 350. de ratione victus, et seqq. ex eod. de morbis I. p. 456.

tristius] *tardius* d4. quae est interpretatio. Citat h. l. Non. s. v. *triste* p. 436. qui explicat *difficilius*. Recte. Docent haec seqq. *Itaque pauci* etc.

pauci] *perpauci* bas. 1α. Dresdd. omnes. e. η. ψ. Man. 11. B. Eyb. cr. La. M. L. P. w. Videtur tamen interpretatio, similis illius, de qua cap. 16, 1.

quod ni ita accideret] *nisi* Dresdd. omnes. e. Man. 7. editt. vett. cum S. m. exc. Med. La. L. w. — *quid ni* Erf. — *quod accideret*, *si mel. et prudentius viverent* Eyb. — *quod non ita accid. si mel.* etc. cod. A.

melius et prudentius viveretur] *et mel. et prud.* d1. — *mel. ut prud.* cod. C. — *viverent* d3. Eyb. Sensum bene interpretatur Ern. ita: nisi plerique ante senectutem morerentur, essetque adeo maior senum numerus. *Melius* est interprete Gernhardo: *honestius*. Ho-

5 prudentius viveretur. Mens enim et ratio et consilium in senibus est: qui si nulli fuissent, nullae omnino ci-
6 vitates essent. Sed redeo ad mortem impendentem. Quod illud est crimen senectutis, quum illud videatis
68 cum adolescentia [esse] commune? Sensi ego quum in
7 ———

nestatis et prudentiae plus esset, quam temeritatis, quae est adolescentium. v. c. 6. extr.

Mens enim et ratio et consil.] *etenim* d1. r. v1. Sed vid. ad cap. 9, 9. — *et* ante *ratio* abest a R. E. bas. d1. 5. c. v2. α1. f. h1. S. V. Sed aut dicendum *et rat. et cons.* aut utrumque *et* delendum vid. ad cap. 6, 6. et ad eund. loc. Analect. De differentia inter *mens*, *ratio*, *consilium* vid. Ochsner. p. 94.

qui si nulli] *qui nisi* Med.

nullae omnino civitates essent] *fuissent* R. E. (non bas.) 1α. d4. Oxx. omnes. Man. 17. editt. vett. cum S. m. M. P. exc. Eyb. V. — *forent* Man. 2. 1γ. — *nullae civ. fuissent omnino* T. et 1α. — *omnino nullae civit. fuissent* d1. — Vulgata est etiam in uno cod. Urs. a. c. Man. 2. Recte: *fuerunt civitates* et *sunt*. Sequuti sunt scribae praeceptum Grammaticum Plusqpf. Conditionale sequitur Plusqpf. De re vid. c. 6. extr. et Plutarch. in libro an seni sit ger. resp. *σώζεται πόλις, ἔνθα βουλαὶ γερόντων, καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστεύουσιν αἰχμαί.*

Quod illud est crimen sen.] *quod est illud* T. d3. 4. 5. o. Med. — *quid est illud* 1α. — *quid illud est* o. v. — *qui illud est* n. — *quod istud* e. ψ. — Sensus est: quod tantum crimen senectutis illud est, quod ei dicitur mors impendere? ut pr. Rosc. Am. 2. *Forsitan quaeratis, qui iste terror sit, et quae tanta formido, quae tot ac tales viros impediat, quo minus pro capite et fortunis alterius, quemadmodum consuerunt, causam velint dicere.*

quum illud videatis] *id* E. T. bas. 1α. d3. 4. 5. O7x. b. ed. Lips. La. L. P. — *quod* pro *quum illud* Med. cr. — *idem* cod. C. cod. Mos. Ulmensis, Schirmerianus dictus. Probat Mos. et in Symbol. Critt. Spec. II. et in censura ed. Billerbeck. Mihi tamen correctiones videntur scribarum elegantiorum, qui non ferrent duplex pron. *illud*. Bene Orell. in repetito tamen voc. *Illud* in Catonis ore non magis debemus offendere, quam v. c. in Plautino illo Mil. 3, 1, 161. *Fit pol illud ad illud exemplum.* Tantum autem abest, ut Cicero tales repetitiones refugerit, ut studiose etiam eas interdum secutus videatur. Vid. ad cap. 2, 8. Gernh. et Billerbeck. incluserunt.

videatis esse comm.] *videatur* d1. α1. — *esse* om. v.

§. 68. *Sensi ego quum in opt. vir.*] *sensi enim in opt.* T. 1α. — *sensi in opt.* bas. c. — *sensi ego in opt.* d4. 5. η. — *sensi ego eam quum in opt.* P. — *meo* om. E. d3. Med. — *tum* — *tum* R. d1. 3. e. i. n. u. ψ. editt. vett. cum S. m. M. 2. exc. Med. La. L. Gernh. retinuit *cum*, quod in sui filii morte illud non potuerit non gravius sentire, quod significet *cum in opt. fil.* h. e. inprimis seu maxime in opt. fil. Probo. Nescio igitur, cur Orell. *tum* — *tum* restituerit; nam codd. parva auctoritas, nimis subtilis enim res. De re vid. ad cap. 6. in. Similis sententia est ap. Iunc. de Senect. ap. Stob. CXIV. et in Iacobsii libro, qui Socrates inscribitur. XI. §. 28. *Ἀλλὰ μὴν τὸ κοινὸν τοῦ θανάτου τέλος, καὶ ὅτι οὐδεὶς ἐπ' αὐτῷ νόμος ἢ χρόνος ὑπὸ τῶν θεῶν γέγραπται, ἴσον, οἶμαι, ποιεῖ τὸ πρᾶγμα τοῖς νέοις τε καὶ γέρουσιν.*

optimo filio [meo], tum in exspectatis ad amplissimam dignitatem fratribus tuis, Scipio, mortem omni aetati [esse] communem. — At sperat adolescens diu [se] victu- 8
rum: quod sperare idem senex non potest. — Insipienter sperat. Quid enim stultius, quam incerta pro certis habere, falsa pro veris? — Senex ne quod speret quidem habet. — At est eo meliore conditione 9
quam adolescens, quoniam id, quod ille sperat, b.

---

tum in exspectatis ad amplissimam dignitatem fratribus tuis, Scipio] *tum exsp.* cod. C. — *tuis* om. E. lα. η. o. ψ. b. c. r. v1. 2. 3. Med. — *meis* bas. — *exspectatis ad ampliss. dignitates* cod. Oxon. e. — Exspectati ad ampl. dign. sunt ii, qui exspectati sunt, ut amplissimam dignitatem aliquando gerant, h. e. quos spes est gessuros aliquando ampl. dign. Intelliguntur h. l. filii Aemilii Paulli, qui summam de se exspectationem moverant. Vid. de iis Vellei. Pal. I, 10.

omni aetati mortem esse communem] *mortem omni aet.* R. E. T. bas. lα. Dresdd. omnes. b. Med. La. L. P. O. — *mort. aetati omn.* ed. Lips.

diu se victurum] *se diu vict.* lα. Dresd. 1. — *esse vict.* bas. d3. 4. 5. e. Man. 7. B. Eyb. La. M. L. P. Mihi multum probatur omissum pronomen reflexivum, quod h. l. claudicat praecedente *diu.* Exempla omissi pronominis vid. ad cap. 9, 10.

idem] om. 1β. Med. cr.

senex non pot.] *non potest sen.* La. L. P.

insipienter sperat] *sed adolescens ins. sp.* e. — *at si speret, insip.* i.

Quid enim stultius] *quid est enim* E. T. b. c. — *quid enim est* lα. a. v1. α1. a1. S. V. m. — *quid en. stult. est* e. i. n. ed. Lips. — *quid stult.* bas.

falsa pro veris] *ac falsa* d1. a. r. v1. α1. a1. S. m. ed. Lips. f. — *et falsa* d3. cr.

Senex ne quod speret quidem habet] *nec quod* lα. a. S. V. — *ut senex* d5. — *at senex quid speret, quod habet* d1. — *at sen.* bas. d3. 4. (*quid* ut Man. 8. r. v1. Med.) ψ. Med. La. M. L. P. w. — *at sen. ne sperat quidem quod habet.* cod. A. Sic Gernh. narrat, sed nescio quo errore, quum antea in eodem codice dixerat esse: *senex nec quod speret quidem habet.* — *senex id sperat quod et habet* Man. 1. — *sperat* Man. 4. — *at sen. nec quid* e. f. h1. — *ne quid speret habet quidem* r. v1. 2. a1. — *sen. ne quid speret, habet* α1. — *sen. ne quod sp. habet* T. — *sen. ne quod speret hab. quidem* ed. Lips. Particula *at* placeret, nisi verba *Senex ne* etc. et q. s. cohaererent cum superiore adversarii sententia *At sperat adol. — potest* nisi intercessissent verba defensoris *Insipienter — veris.* *Gernh.*

At est eo meliore conditione] *meliori dispositione* d3. supr. v. vulgata. — *at est ea conditione melior* cod. C. — *eo* om. ψ. — *at* om. a2. M. Sed vid. ad cap. 11, 2.

quam adolescens] om. u. Pal. 2.

cum id, quod ille sperat] *sperat ille* d1. v1. r. α1. a1. S. m. La. M. P. — *cum id et ille sperat* lα. — *cum* om. n. — *dum id quod* η. — *cum id quod ipse sp.* e. v. Miror hoc loco nihil Orellium monuisse, quum aliquod vitium ipse sibi deprehendisse visus sit in hoc loco ad Cic. Phil. XIV, 10, 28. not. 2. Vol. II. P. II. p. 606. Nimi-

hic [iam] est consecutus. Ille vult diu vivere, hic diu

rum res haec est. Animadverterat Ernestius in Praefat. ad Ciceron. Opp. Vol. I. p. VI. particulam *quum*, ubi rationem causamque exprimeret, coniunctivo iungi, ubi tempus, indicativo; nisi alia causa coniunctivum postularet. Nam huius analogiae vel nescios, vel negligentes saepe et librarios et viros doctos aberrasse, etiam sic, ut quum in libris scriptis esset *qm* vel *qn*. cum indicativo, *quoniam*, *quando*, ex eo fecerint *quum*, cuius generis multa exempla in libris Ciceronis se notasse, praesertim in Victorianis exemplis, aut inde expressis. Nemo post Ernestium hanc emendandi viam est ingressus, sed obliti sunt interpretes Ciceronis hanc acutissimam observationem, donec Wunderus, Vir Praestantissimus, diligentiori examini subiecit hanc notam in Varr. Lectt. p. XCVI — CX. Is primus ostendit p. 96. minime *quum* particulam codicum auctoritate niti, sed ortam esse ex hoc compendio *qm̄*, quo particulam *quoniam* solere significari. Potuisse autem editores hoc primum inde colligere, quod, ubi recte se habeat particula illa, nunquam *quum*, sed semper *cum* scribatur, deinde quod in omnibus locis, ubi forma *quum* reperiatur posita, particula *quum* contra Grammaticam peccet, necessariamque esse *quoniam* particulam. Atque verum sane esse, Ernestium hic illic pro scriptura *quum* particulam *quoniam* restituisse, sed longe saepius pro ea *quando* scripsisse, vitium vitio corrigentem. [Vid. Orell. in Analect. ad Cic. Top. c. 5, 26. Vol. IV. P. II. p. 588. Laudat tamen loc. ex Cic. N. D. III, 17, 43. in. ubi quamquam codex Mos. habeat *quoniam*, tamen *quando* videatur certum, etiam propter proxime praecedens *quoniam* cap. 16. extr. (Sed illud ipsum, quod alio est capite, movet me ad praeferendum *quoniam*. Nulla enim ita in repetita particula offensio, quum vox subsistit). Alterum affert locum ex Offic. II. §. 38. [lege §. 58. cap. 17.] *magna se et inveterata invidia nec turpi iactura, quando erat aedilis, nec maxima liberavit.* ad quem locum haec notavit: „quando non tam temporis est particula, quam rationem indicat, ea iactura cur turpis non fuerit, quippe quae aedili licita esset.“ (Sed lenissime legas *quoniam* ex Wunderi observatione; quem vide p. XCVII.)]. Hac praestantissima Wunderi nota ductus Orell. ad Cic. Phil. l. c. mutandum censet nostro loco *quum* in *quoniam* vel *quando* [recte mutabis in *quoniam*, non recte in *quando* vid. quae modo diximus. *Quando* enim numquam causam reddit, sed semper tempori indicando inservit. Nam quae ex Cicerone afferuntur exempla, omnia sunt emendanda, quod vidit Wunder. l. c. Secundum quam normam facile iudicare poteris de Goerenz. nota ad Fin. V, 23, 67. [vid. Orellius ad h. l.], quam emendationem nescio cur neglexerit Vir Doctiss. quum nostri libelli contexta emendaret. Magis mirari hoc licet, quum veram Lambinianam edit. de anno 1566. qua ipse usus sum, habuerit, qui quidem ipse iam vitium sentiens in nota dicit: legendum fortasse est, *quod id, quod* offensus haud dubie particula *quum* causali cum indicativo iuncta. Omnia enim exempla, ubi *quum* causale indicativo iungitur, aut Wunderi praecepto sunt emendanda, aut aliud habent vitium. Lego igitur nosto loco *quoniam id, quod* etc. Sic nulla coniectura aut alia emendatione indiget locus Cic. de Fin. I, 4. in., ubi miro modo vexatus est Goerenz. et incertus tenetur Orell. Lege *Ego vero, quoniam — mihi videor.* Putat Goerenz. sibi respondere *quum — debeo* ubi secundum *tum* lateat in *quando*. Omnia conturbavit Ramshorn. p. 612. cum not. h.

hic iam consecutus est] *hic* om. Eyb. α1. f. — *hoc* E. — *iam* om.

vixit. Quamquam, o Di boni! quid est in hominis vita 69
diu? da [enim] supremum tempus: exspectemus Tartessiorum regis aetatem. Fuit enim, ut scriptum video, Arganthonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, cen-

---

E. T. bas. lα. Dresdd. omnes. Man. 15. 07x. b. c. r. v1. 2. B. Eyb. Med. a1. ed. Lips. cr. f. h1. S. m. ed. Lugd. L. M. P. Theod. Inclusit voc. Orell. — *is consecutus est* Man. 1. — *hic secutus est* Man. 1. — *hi consecuti sunt* Man. 1. — *sit consec.* Med. — *assecutus* r. v1. 3. α2. a1. 2. ed. Lips. cr. f. h1. m. — *id quod sperat hic — illeium cons.* cod. A. — At haec pronomina in oppositione non ubique, *hic* ad propiorem rem, *ille* ad remotiorem referuntur, sed interdum ut h. l. *hic* maiorem, de quo potissimum disseritur, *senem* denotat, *ille* minorem h. e. *adolescentem*. Similiter de Offic. I, 3, 8. *hoc* pertinet ad id officiorum genus, quod est frequentius. Tusc. I, 49, 117. *melior Enni, quam Solonis oratio. Hic noster* (Ennius) — *sapiens ille. Gernh.* Vid. Ruhnk. ad Rut. Lup. p. 126. Ochsner. p. 63. Heindf. ad Cic. N. D. II, 50, 126. Bremi ad Corn. Nep. VIII, 1, 3. Corte ad Sall. Catil. 52, 3. Oudend. ad Caes. B. C. II, 31. Duker. et Drakenb. ad Liv. XXIV, 29, 3. Frotscher. Obss. in varios loc. vet. Lat. P. I.

ille vult diu vivere] *ille quidem vult* d1.

hic diu vixit] *ille diu vixit* d3. — *iste diu v.* Med. cr. — *hic vixit diu* La. L. P. — De re conf. Iuncus de sen. ap. Stob. l. l. *Ἀλλ' ὁ μὲν γέρων προλαβὼν τἀγαθὰ καὶ πλείονι χρόνῳ διατρίψας ἐν αὐτοῖς, εὐμενῶς χαίρει τῷ παρόντι βίῳ, προσιούσης τῆς τελευτῆς, μεμνημένος, ὧν τε μετέσχε καθ' ἡδονήν.*

§. 69. *o dii boni!*] *O* om. a. ψ. Med. — totum om. ed. Lips.

quid est in hominis vita diu?] *hominum* ψ. — Ipse illud, quod dixit *hic diu vixit*, reprehendit, ut Tusc. I, 39. *Quae vero aetas longa est? aut quid omnino homini longum? nonne modo pueros, modo adulescentes, in cursu a tergo insequens nec opinantes assecuta est senectus? sed quia ultra nihil habemus, hoc longum ducimus. Omnia ista, perinde ut cuique data sunt, pro rata parte, a vita, aut longa aut brevia dicuntur.* Wyttenbach. ad Plut. Consol. p. 756. s. p. 113. E.

da enim] *enim* om. E. — Toto hoc loco laxior est, ut fert sermo familiaris, structura, inprimis verborum *Sed mihi* etc. si compares *da enim* etc. propter interposita *Fuit enim* etc., post quae verba exspectabas: *tamen non diu vixit.* Haec opprimuntur verbis *Sed mihi. Gernh.*

supr. tempus] *aetatis* add. Med. cr.

exspectemus] *spectemus* d1. 3. 4. e. ly.

Tartessiorum] *Tarsi* T. — *Tarsorum* d3. e. — *Tarsiorum* d1. a. — *Tartesiorum* v1. V. — *Tarchesiorum* η. — *Tartessus* ad ostia Baetis haud procul Oceano erat. v. Duker. ad Liv. XXIII, 26. *Gernh.*

Fuit enim, ut scriptum video] *enim* om. α1. — *ut scriptum est de eo* Med. d3.

Gadibus] *in Gad.* d1. e. — *Gaditanus* d5. u. Contareni MS. ipso prob. Med. ed. Lips. Theod. — om. ψ.

regnavit annos] *regnaverat* R. E. d3. 4. 5. e. ψ. Med. — *regnarit* Graev. V. L. — *regnaret* o. — *annos regnavit* T. lα.

centum et viginti vixit] *centum vig.* R. E. lα. d1. 3. 4. e. i. b. La. L. P. — *vig. et cent.* ed. Lips. — *vixerat* R. bas. d3. 4. 5. Pith. exc. ψ. Med. ed. Lips. — *vixerit* T. i. u. η. v. c. cr. — Herodotus, Lucianus

tum et viginti vixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam [videtur], in quo [est] aliquid extre-
11 mum. Quum enim id advenit, tunc illud, quod praeteriit, effluxit: tantum remanet, quod virtute et recte
12 factis consecutus sis. Horae quidem cedunt et dies et menses et anni: nec praeteritum tempus umquam revertitur, nec, quid sequatur, sciri potest. Quod cuique

---

et Sil. It. numerum augent. *Facc.* Non auget Herodot. qui l. I, 163. de Phocaeensibus ait: *ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὸν Ταρτησσόν, προςφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλέϊ τῶν Ταρτησσίων, τῷ ὄνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος· ἐτυράννευσε δὲ Ταρτησσοῦ ὀγδόκοντα ἔτεα, ἐβίωσε δὲ πάντα εἴκωσι καὶ ἑκατόν.* Errantes Lucianum et Phlegontem Trallian. ut Wesseling. ad h. l. adnotavit, in viam revocavit Casaubon. ad Strabon. III. p. 151. Valer. Max. VIII, 13. ext. 4. de annorum numero, ut Plin. Hist. N. VII, 48. et Tzetzes ad Lycophr. 643. cum Cicerone consentit. *Gernh.*

mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur] *mihi* om. a. — *nec diut* e. — *ne* om. η. — *qnidem* om. d1. e. v. — *quicquid* r. v1. — *videatur* T. — *videretur* ψ. — *videtur* om. Med.

in quo est aliquid extr.] *aliquod* Eyb. m.

Quum enim id advenit] *cum enim id extremum adv.* b. c. — *cum enim id quidem extremum adv.* Man. 5. — *cum enim iam adv.* Man. 1. — *cum enim id adv. extremum* Man. 1. u. — *cum en. aliquid evenerit* d3. — *cum en. quid adv.* d1. — *id evenerit* d4. 5. e. Man. 4. — *advenerit* a. b. ψ. Man. 1. editt. vett. cum S. m. exc. Med. h1. V. La. L. w. Vid. ad cap. 8, 1.

tunc] *tunc cum illud* Eyb. — *tum* R. E. bas. lα. d3. 5. e. u. Med. α1. cr. V. Recte tamen Gernhardus tuetur *tunc* i. e. *eo ipso tempore* vid. Exc. IV. Hunc locum imitatus est declamator orat. pr. Marcell. 9, 27: *satis diu vixisse dicito. Quid est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum? quod quum venit* (eodem modo *venerit* quidam codd. vid. Orelli.) *omnis voluptas praeterita pro nihilo est, quia postea nulla futura est.*

quod praeteriit, effluxit] comp. cap. 2, 4. Nam quae res *effluxit*, tanquam flumine temporis abrepta, non est amplius in nostra potestate, quae praeteriit, cogitatur revocari posse. *Gernh.*

tantum remanet] *tantum enim rem.* R. E. bas. d3. 4. 5. e. Med. cr. — *rem quidem* a. r. a1. 2. ed. Lips. f. h1. — *manet* La.

virtute et recte factis consecutus sis] *v. et r. f.* d3. om. — *recte* om. *v.* — *et* ante *recte* om. α1. — *bene factis* Eyb. — *sis cons.* d1. r. v1. 2. α1. a1. f. V. Dicta haec sunt ex Stoicorum sententiâ, qui negabant summum bonum h. e. honestam vitam tempore aestumari. Vid. Beier. ad or. pr. Scaur. 5. p. 153.

Horae quidem cedunt et dies et menses] *et horae* S. — *horae quid. et dies cedunt et menses* d4. — *secedunt* d5. — *et* ante *mens.* om. r. v1. 2. α1. a1. 2. f. h1. V. m.

tempus] om. d3.

nec quid sequatur, sciri potest] *nec quod sequitur* d4. e. o. ψ. — *sciri quidem potest* ψ.

Quod cuique temporis] *quod igitur cui quot tempus* Oxon. i. —

temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus. Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda [est] 70
fabula; modo, in quocumque fuerit actu, probetur: 13
nec sapienti usque ad *Plaudite* veniendum. Breve enim 14
tempus [aetatis] satis [est] longum ad bene honesteque vivendum: sin processeris longius, non magis dolendum

---

tempus d3. Med. MS. ap. Verburg. *Quod temporis* i. e. *quantum temporis*. Vid. Ochsner. p. 115.

debet esse contentus] *contentus esse* r. v1. 2. α1. a1. h1. V. Eandem sententiam imitator Cic. in orat. pr. Marcell. l. c. ita expressit: *Quamquam iste tuus animus nunquam his angustiis, quas natura nobis ad vivendum dedit, contentus fuit, semperque immortalitatis amore flagravit.*

§. 70. *Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda est fabula*] *ut placet agenda est fabula* d3. — *ut placeat histrioni peragendum est fabula* (*fabulam?* vid. ad cap. 2. extr.) d4. — *enim* om. d5. — *fabula est* R. E. T. lα. d5. b. c. ed. Lips. La. M. L. P. w. O. — *in fine* add. d3. 4. r. v1. Med. α1. e.

modo in quocunque fuerit actu probetur] *actu ille fuerit* lα. — *actu fuerit* d1. Med. cr. — *in* om. b. — *solummodo* a. r. v1. 2. 3. α1.

probetur] *probetur is* d3. 4. Med. — *probetur ut is* bas. — *probo is* R.

nec sapienti] *neque* R. E. n. u. ψ. a1. L. Sed *neque*, ut recte vidit Gernh., maiorem quandam aequabilitatem significaret, quam locus requireret. Ita Heusing. Off. III, 29. pr. e paucis libris recte edidit: *qui* (Iupiter) *neque irasci solet, nec nocere.* — *sapientibus* R. E.

usque ad Plaudite] *usque in fine plaud.* d3. — *usque in finem pl.* Med. — *ad* om. η. o. υ. Man. 5. b. c. plerique Pall. et Guil. r. v1. 2. a1. 2. α2. cr. V. m. Grut.

veniendum] *vivendum* d3. 5. Man. 4. O7x. a. editt. vett. cum m. S. 1. 2. N. Vulgata est in R. E. T. bas. i. b. c. Man. 18. Pith. Exc. Bald. Theod. *ἰτίαν*, V. M. L. P. G. O. qui cum R. E. lα. d1. c. addit *est;* idem ad *viv.* addit n. Reliqui libri omittunt *est.* — *Veniendum* mihi placet propter consensum verborum seqq. *sin processeris longius;* tum *vivendum* e proximo *ad bene honesteque vivendum* interpretamenti loco facile potuit adhiberi. Utitur hoc verbo etiam Quinctil. VI, 1, 52. *Tunc est commovendum theatrum, cum ventum est ad ipsum illud, quo veteres tragoediae comoediaeque clauduntur, Plaudite.* Adde Hor. Art. poet. 155. *donec cantor „Vos plaudite."* et extrema verba Plautinarum fabul. *Gernh.* Adde Vict. Varr. Lectt. XXXVII, 8. Senec. Ep. 77. ex. *Quomodo fabula, sic vita: non quam diu, sed quam bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas, quocunque voles, desine: tantum bonam clausulam impone.* Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. p. 738. seq.

Breve — viv.] om. T. in quo supr. vers. haec leguntur: *quantumcunque breve sit tempus, satis longum est ad bene beateque viv.* — *aetatis* om. d3. Med.

satis est longum] *sat. long. est* E. T. lα. β. d1. B. Eyb. L. — *est sat. long.* bas. — *est* om. a. b. η. ψ. r. v1. 2. α1. S. — *satis* om. c. — *beateque* om. n. ψ. — *vivere* d3. pro *vivendum.*

sin processeris longius] *magis* add. d4. — *si processerit* R. o.

dolendum est] *est* om. B. Eyb. Praeterea recurrit hic comparatio-

[est], quam agricolae dolent, praeterita verni temporis
15 suavitate, aestatem autumnumque venisse. Ver enim
tamquam adolescentiam significat ostenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus et perci-
71 piendis accommodata sunt. Fructus autem senectutis
est, ut saepe dixi, ante partorum bonorum memoria
16 et copia. Omnia autem, quae secundum naturam fiunt,
sunt habenda in bonis. Quid [est] autem tam secundum naturam, quam senibus emori? quod idem

---

nis genus, de quo ad cap. 2, 6. Vid. Goerenz. ad Cic. Legg. I, 21, 55. p. 89. a. Dictum est pro: si diutius vixeris, non magis dolendum est, praeterita adolescentia senectutem venisse, quam dolent agricolae etc.

venisse] *devenisse* η. La.

adolescentiam] *adolescentia* bas. e. Man. 6. a2. m. M. L. P. w. Ortum vitium ex male intellecta comparatione; non enim sensus est: *ver enim tamquam adolescentia significat et ostendit fructus futuros.* Nam quomodo ver imago potest esse fructuum? deinde *significare* et *ostendere* si ut verba synonyma h. l. posita sunt, male dicta.

fruct. fut.] *fut. fr.* E.

reliqua temp.] *autem temp.* E. bas. d1. 4. 5. e. ψ. B. Eyb. Med. cr. — *vero* marg. cr.

demetendis] *metendis.*

fructibus] *frugibus* la. Med. cr. Vid. ad cap. 7, 8.

et percip.] *aut percip.* a. editt. vett. cum S. m. exc. Eyb. Med. a2. cr. f. h1. La. L. w.

§. 71. *Fr. autem sen.*] *autem* om. d3. 5. e.

ut saepe dixi] *ut saepe iam dixi* d3. Med. cr. — *ut saepe ante dixi* d4. Pith. — *ut iam dixi* ψ. — *ut saepe diximus* Man. 1. — *ut saepe diximus iam* Man. 1. — *ut iam saepe diximus* esse in editt. vett. dicit Gernh. Dixit autem cap. 3. extr. De seqq. temp. cap. 2. med.

ante partorum] *in ante part.* α1. — *in partor.* a. r. v1. 2. 3. m. — *ante* om. d4. η.

mem. et cop.] *cop. et mem.* B. Eyb.

Omnia vero] *autem* R. E. bas. d3. 5. e. — *omnino autem* Med.

sunt hab. in bonis] *hab. sunt* d1. — *sunt* om. d4. — Sic non Stoici loquebantur, sed Peripatetici, quorum sententiam Catoni tribuere non dubitat, cum haec sententia sermoni familiari immisceretur. Nam omnia, quae secundum naturam sunt, aestimatione aliqua digna dicuntur Stoicis, bona esse negantur. v. de Fin. IV, 21, 58. et 59. Omnium autem eorum commodorum (quibus non illi plus tribuunt, qui illa bona esse dicunt, quam Zeno, qui negat) longe praestantissimum esse, quod honestum esset atque laudabile. et de Offic. III, 3, 13. *Gernh.*

Quid est autem] *quid autem est* d4. — *quid enim* ed. Lips. — *est* om. η. Noli haerere in ter repetita particula *autem*, pro qua secundo loco elegantiores homines posuerunt *vero*, ne aures laederentur. At vid. Ochsner. p. 54. et ad cap. 2, 8.

tam secundum naturam] pro his verbis *melius* est in d3.

senibus emori] *emori sen.* d1. — *mori* d3. Gernhard. ad verba *adol.*

contingit adolescentibus adversante et repugnante natura.
Itaque adolescentes sic mori [mihi] videntur, ut quum 17
aquae multitudine flammae vis opprimitur: senes autem p. 92. a.
sic, ut sua sponte, nulla vi adhibita, consumptus ignis

---

mori haec notavit: „paullo ante sonantior vox huius notionis requirebatur, quam iambi unius *mori*. Hinc illud est, quod huius verbi compositi apud Cic. nonnisi infinitivus reperitur, ubi aut opposita *vivere* v. c. 22, 80. et *nasci* Orat. I, 57, 243. pleniorem vocem exspectabant, aut vitandus erat iambici versus exitus, ut Tusc. I, 41, 97. ubi Wolfius iure reposuit *dii boni! quid lucri est emori!* Superioribus exemplis adde pr. Planc. 37, 90. *Ego vero ne immortalitatem quidem contra rempublicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie reip. vellem.*" Vide tamen Doederlein. lat. Synon. T. III. p. 183. Vid. de re Tusc. I, 32, 76.

contingit] hoc loco de re mala dicitur, quae alicui accidit, quod rarius est ap. Cic. Vid. Heusing. ad Offic. II, 14, 10. Ern. Clav. Cic. s. v.

et repugnante] *ac rep.* B. Med. — *pugnante* ed. Lips. — *aversante* d1. — om. haec verba d3.

mori sic mihi videntur] *mihi mori sic vid.* E. T. bas. d3. b. ed. Lips. — *mihi sic mori vid.* lα. — *mori mihi sic vid.* d1. 4. 5. B. Eyb. — *sic mihi mor. v.* cod. C. La. M. L. P. w. — *sic mori vid.* Med. — *emori* e. u. ψ.

ut quum] *cum* om. d1. η.

vis flammae] *flammae vis* E. T. bas. lα. d3. 4. 5. Med. B. Eyb. La. M. L. P.

opprimitur] *opprimatur* ψ.

senes autem] *senex autem* d4. 5. a. Med. — Wetzelius etiam in altera edit. dedit *senex*, ni fallor propter *exstinguitur*, ante quam vocem debebat commate interpungi. At *senes* retinendum intelligendumque *mori sic mihi videntur.* Aliter intellexit loc. Goerenz. ad Cic. Legg. I, 21, 55. p. 39. a. ex observatione sua, morem esse Ciceronis perpetuum, ut rem comparatam cum comparante intime iungat. Vid. ad cap. 11, 36. ita ut attractio quaedam sit h. l. ita enodanda: senes autem, sicut sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis exstinguitur, exstinguuntur defectione virium et aetatis maturitate, quae mortem affert. Sed tamen contra Goerenz. observationem alioquin veram hoc loco potest moneri, comparationem ita ap. Cic. fieri, ut praedicatum conveniat cum comparato, non cum comparante. Quare h. l. hanc interpretationem non probaverim. Non magis tamen placet Gernhardi ratio, qua membrorum aequalitas paullum turbatur. Mihi locus recte videtur habere, si retento plurali *senes* post *sic* interpungas, ut singula ita sibi respondeant: *Adolescentes sic mori videntur, ut quum aquae multitudine flammae vis opprimitur: senes autem sic, ut sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis exstinguitur.*

sic ut sua sponte] *sic quum sua sponte* bas. B. Eyb. — *sic cum sua sp.* d3. ψ. Lamb. in marg. 1584. P. w. — *sic sponte* d4. — *sicut cum sp.* L.

nulla adhib. vi] *nulla vi adh.* d1. B. Eyb. α1.

consumpt. ign.] *ut cons.* T. d4.

18 exstinguitur: et quasi poma ex arboribus, cruda si sint, [vi] avelluntur; si matura et cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas; quae quidem mihi tam iucunda [est], ut, quo propius ad mortem accedam, quasi terram videar vi-

---

quasi poma] Notandus est usus particulae *quasi* pro *quemadmodum*, cum raro plenam enunciationem adiunctam, sed comparationem indicare soleat diversarum rerum, eadem praedicati voce adhibita, ut de N. D. I, 36. *Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat.* Nostro loco similior est Plaut. Aul. IV, 1, 6.

Nam qui amanti hero servit, quasi ego servio.

Eodem modo, nec frequentius *tanquam* legitur. Tusc. V, 5, 13. *Gernh.* Cfr. Hor. Turs. ed. Schwarz. p. 827. 2. cuius unum tantum exemplum quadrat ad nostrum Cic. Ep. ad Fam. IX, 16. Adde Ochsner. p. 326.

si cruda sunt] *cruda si sint* R. E. bas. d5. B. Eyb. 3. O. — *cruda si sunt* d1. 3. 4. b. c. ed. Lips. La. P. — *si* om. α1.

vi avelluntur] *evellentur* E. — *evelluntur* d4. Med. — *divelluntur* d5. e. — *velluntur* u. — *elevantur* d3. — *vel* pro *vi* Oxon. i. — om. voc. *vi* Guil. La. L. — Molestum autem est vocabulum *vis* sic quater paucis in versibus positum. Deinde nihil avellitur, nisi vi quadam adhibita, quae in pomis certe avellendis minima est. Denique monet verbum *decidunt*, cui quis *sponte* velit adiungi? *Gernh.* Inclusit igitur Gernh. Legitur *vi* in E. T. bas. S. m. 3. 1. 2. et cet. Orellius dedit ex Regio *vix*, quod tamen non minus quam *vi* ex interpretatione ortum. Conferri iubet Kleinium p. XVII. Mihi una probatur Gernhardi sententia.

decidunt] *occidunt* d3. — *Coqui* et *percoqui* dici fruges ardore *solis*, docet Heins. ad Ovid. Rem. Am. 83.

sic vitam adolescentibus vis aufert] *sic vis vitam aufert* om. *adolescentibus* lα. — *vis adol.* T. — *auferet* v. b. Med.

quae mihi quidem] *quae quidem mihi* R. E. bas. lα. d1. b. c. ed. Lips. O. — *quidem* om. d4.

tam iuc. est] *iam tam* Eyb. — *est* om. d4.

propius ad mortem accedam] *ad mortem prop. acc.* ed. Lips. — *acced. ad mort.* d1. — *accedo* ψ.

quasi terram videre videar] *eo citius quasi terr. vid. videre* Crat. — *eo citius* est etiam in α2. — *quasi videre videar terram* lα. — *videar videre* d1. editt. vett. cum S. m. Facc. except. Ven. 2. Eodem modo variant libri in Lael. 12, 7. ubi pro *videre iam videor* in eodem meo lα. est *videor iam videre*, ad quem ordinem comparat Beier. Cic. Catil. IV, 6, 4. *Videor enim mihi hanc urbem videre.* Ego hunc positum recepi propter meliorem numerum. De formula autem *videor videre* pro *videor mihi videre* vid. Beier. ad Cic. Off. I, 1, 1. — *terram tendere videar* d3. — *terram tenere videar* Med. — De illo *eo citius* additamento Gernhardus haec monuit: „Non opus est *eo citius;* non enim nisi senes videntur sibi terram videre satis maturi. Si qua in altere membro cogitanda esset verborum *quo propius* (quamquam id idem est, quod *dum propius* aut *qui propius* sine comparatione) oppositio, haec foret *eo melius* — *videar*, non *eo citius*.

dere, aliquandoque in portum ex longa navigatione [esse] venturus.

XX. Omnium aetatum certus est terminus; se- 72
nectutis autem nullus certus [est] terminus; recteque 1
in ea vivitur, quoad munus offici exsequi et tueri

---

aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus] *que* om. E. bas. d1. e. η. ψ. — *et aliq.* B. Eyb. — *exin portu et longa* d3. — *esse venturum* d4. e. u. — *esse* om. η. ψ. Eyb. — *quasi terram videar, videor aliquando* cod. A. — *futurus* Guil. pro *venturus*. Sententia similis est Tuscul. I, 49. *Profecto fuit quaedam vis, quae generi consuleret humano: nec id gigneret aut aleret, quod quum exantlavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum: portum potius paratum nobis et perfugium putemus. Quo utinam velis passis pervehi liceat! sin reflantibus ventis reiiciemur, tamen eodem paullo tardius referamur necesse est.*

CAP. XX.

§. 72. *Omnium aetatum certus est terminus*] om. R. E. T. bas. lα. Dresdd. omnes. O7x. Man. 15. r. v1. 2. 3. Eyb. Med. α1. ed. Lips. La. M. w. — Labi facile potuerunt scribae in voce *terminus* repetita, quod accidisse iam aliquoties monuimus. Nam illud minus probabile est, quod Manutius autumat, e margine haec verba irrepsisse. Sunt enim propter vocis *senectutis* oppositionem necessaria. *Gernh.*

senectutis autem nullus certus est terminus] *est certus* R. E. bas. lα. d4. 5. b. c. Med. ed. Lips. — *nullus est term.* d3. — *certus est terminus* om. Lall. Facc. g. — Fallitur V. D. itemque Goezius; non enim in ullo cod. desunt haec verba, etiam a Theodoro expressa, nec debent abesse. Terminum enim esse senectutis haud infitiatur Cicero, sed certum et definitum esse negat. Itaque vocab. *certus* in altero membro erat necessarium, eaque, quam tenet, sede. *Gernh.*

quoad munus officii exsequi et tueri possis, et tamen mortem contemnere] *quod* ed. Lips. — *munus exsequi officii* d1. — *exsequi possis et tueri* B. Eyb. — *possit* R. bas. Man. 6. — *et tamen mort. cont.* om. cod. Ursin. — *et tam. mortem non timere* E. — *tum mortem cont.* Man. 3. — *mortemque cont.* R. Man. 2. — *et tuto mort. cont.* B. Eyb. — *tandem valet mort. cont.* bas. — *et tamen mortem cont. etiam potes* d3. — Incluserunt clausulam. g. 2. Tertia persona *possit* indefinito subiecto *aliquis* s. *quisque* omisso, non est contra usum Ciceronis. vid. Beier. ad Lael. 16, 11. p. 94. Wopkens. Lectt. Tull. I, 1. ad Cic. Acad. I, 1. p. 1. seq. et ad N. D. I, 1, 30. p. 73. Frotscher. ad Quinctil. X, 7, 25. p. 217. a. Quare quum antiquissimi et optimi codd. eam tueantur, servo; alteram credibile est, correctionem esse. Difficilior est quaestio de sensu horum verborum *et tamen mortem contemnere*, quae apparet non posse omitti, si spectas ad ea, quae sequuntur, *ex quo fit* etc. Haec enim omni connexu carent, si detrahis verba *et tamen mort. cont.* Pronomen enim *quo* s. *ex quo* ad haec refertur, ita ut *mortem contemnere* nominis neutro genere loco positi sit existimandum pro *ex qua mortis contemptione fit* etc. Concluso igitur non posse omitti verba, videndum est, quomodo cohaereant cum iis, quae praecedunt. Miras structuras cogitarunt VV. DD. Gernhardus haec notavit: „possis mirari, cur Cicero

possit et tamen mortem contemnere. Ex quo fit,

---

haec verba cum *quoad — possis* iunxerit, siquidem mortem contemnere h. e. non extimescere quisque possit qui velit, omnes autem debeant. At nihil mutandum, nihil excludendum. Sunt duae sententiae hae: *Recte in senectute vivitur, quoad munus officii exsequi et tueri possis.* Altera est: *Animosior etiam senectus est, quam adolescentia, et fortior, quod contemnere mortem possit,* scil. facilius, quam adolescentia, propterea, quod mors non potest longe abesse a senectute. Posteriorem alterius sententiae partem Cic. invertit, et propter formae similitudinem, ut fert sermo familiaris, cum posteriore parte prioris sententiae nexit per *et tamen*, ut intelligendum sit, cum id difficilius sit in adolescentia; quod ipsum statim sequitur in comparatione. Alteram autem partem gravius deinceps licuit sic efferre: *Ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quam adolescentia et fortior.* Sed operosam istam esse viam, sponte intelligitur. Non disrupta est orationis conformatio. Sed omnia ut scripta sunt, sic cogitationum serie sequuntur. Duae res sunt, de quibus mox disputaturus est Cicero: primum de Stoicorum placito: *honestam mortem voluntariam, cuius probabilis ratio reddi possit, probandam esse:* deinde ostendere vult *mortem contemni oportere.* Haec igitur, de quibus est acturus, initio capitis quasi argumentum proponit. Stoicam disciplinam in verbis *quoad munus officii exsequi et tueri possis* non possumus non agnoscere ex verbis, quae huic sententiae respondent: *Sed vivendi finis est optimus, quum integra mente ceterisque sensibus opus ipsa suum eadem quae coagmentavit, natura dissolvit.* etc. Intellexit hoc idem Beierus Vir Doctissimus ad Cic. Fragm. or. pr. Scaur. §. 5. p. 151. b. ubi quum nubem exemplorum attulit de decreto illo Stoico, nostrum etiam locum laudat, simul significans, verbum *tueri* spectare ad imaginem illam de praesidio et statione vitae, de qua iniussu imperatoris, i. e. dei, vetat Pythagoras (qua de re mox dicemus) decedere. Iam vero apparet ex his particulam *quoad* non ita posse intelligi, ut intellexerunt interpretes, ut sit *quantum, quatenus, quantum pro viribus tuis possis*, est potius *particula temporis* vertenda *so lange.* *Que* particula annexa adverbio *recte*, praecedente negatione significat *sed.* Vid. Goerenz. ad Fin. II, 5, 17. p. 140. a. et ad cap. 6, 17. Analect. Sic toti sententiae nulla vis neque a ratione, neque a grammatica affertur. Aptissime autem, ut initio dixi, connectuntur cum his verba *et tamen mortem contemnere,* in quibus *et tamen*, ut semper, elliptica ratione est positum, cuius tamen expletio, ut ita dicam, inest in iis, quae antecedunt. (vid. ad cap. 6, 2. extr.). Sententiae ita se excipiunt: *recte in senectute tamdiu vivitur, quam officiis nostris satisfacere: et, quamquam haec officia et munera exsequi possumus, tamen fortes et parati esse ad moriundum possumus.* Quae sequuntur verba *ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit, quam adolescentia et fortior,* ita coniungenda sunt cum praecedentibus: *Haec ipsa mortis contemptio, quae plerumque in senibus est, efficit, ut fortiores et animosiores ad pericula subeunda sint, quam adolescentes. Hi enim volunt diu vivere, itaque se periculis subtrahunt, ne moriantur, etiamsi civitati maxima ex hac morte enascantur commoda; illi autem mortem non extimescunt, quia se mox morituros intelligunt et parvi temporis incrementum non curant. Subeunt igitur, si opus est, maxima pericula, ut patriam aut aliud quid, quod est tuendum, tueantur. Unde ex senibus fortissimi saepe viri nominantur.* In iis,

**ut animosior etiam senectus sit, quam adolescentia, et fortior. Hoc illud [est], quod Pisistrato tyranno a Solone re- 2
sponsum [est]; quum illi quaerenti, qua tandem spe fretus sibi tam audaciter obsisteret respondisse dicitur: *Senectute.* Sed vivendi finis [est] optimus, quum integra mente cete- 3**

---

quae sequuntur, has res et copiosius narrat et exemplis illustrat et exornat Cicero. Verborum *recte in senectute vivitur*, *quoad munus officii exsequi et tueri possis* haec est tacita oppositio: *sed si officiis tuis non amplius potes satisfacere*, *licet de vita migrare morte voluntaria.* Hunc orationis filum interiectis paucis, quae necessario erant dicenda, excipit per particulam *sed*, quae nisi ita esset intelligenda, sensum non haberet. Totum locum ita verto:

Jedes Alter hat seine bestimmte Gränze, das Greisenalter aber hat keine bestimmte Gränze, sondern man lebt gebührend so lange darin fort, als man das Geschäft seiner Pflicht erfüllen und behaupten kann, und doch dabei den Tod verachten. Diese Verachtung des Todes ist die Ursache, dass das Greisenalter sogar beherzter und muthiger ist, als das Jünglingsalter.

ut animosior etiam senectus sit quam adolescentia, et fortior.] *ut iam an. sen. sit et fort. q. ad.* d3. — *ut an. etiam sen. sit et fort. q. ad.* Med. — *ut fort.* ed. Lips. — *etiam* om. e. — *senectus* om. E. T. prob. Wunder. p. CXX. at primum postulat hanc vocem oppositio, deinde periret ita comparatio. — *quam ad.* om. eodem errore Ern. 1. — *fortes et animosos* iungit Cic. etiam pr. Milon. c. 34, 92. et de Offic. I, 26. extr. *animose vivere* est *sine metu, non abiecto animo vivere.* Vir fortis est promptus ad pericula. *Gernh.*

Hoc illud est] *hoc id est* d4. — *hoc est illud* v2. α1. a1. 2. cr. f. V. m. S. — *hoc idem est* u. — *est* om. E. bas. a.

Pisistrato] qui Atheniensium libertatem occupaverat, ut est apud Iustin. II, 8. Herod. I, 59. seqq. Plutarcho teste in vit. Solon. c. 31. Solon ab amicis Pisistrati interrogatus respondit. Apud Diogen. Laert. Solonem ne sibi resistat, Pisistratus monet in epistola. *Gernh.*

tyranno] om. *v.*

resp. est] *est* om. *v.*

qua tandem spe] *qua spe tand. fr.* d3. Med. — *re* R. cod. Rehd. Vincent. Bellov. L. — *tam* om. d5.

audaciter] *audacter* E. lα. d4. 5. O7x. editt. vett. cum S. m. M. P. exc. Lall. — *Audaciter* habent etiam R. codd. Guil. et Graev. b. i. marg. Crat. — Idem defendunt Garaton. ad or. pr. Fontei. c. 1. post Priscian. l. XV. p. 1014. et Duker. ad Liv. XXII, 25, 10. ad analog. voc. *loquaciter*, *procaciter*, *sagaciter* al. Drakenb. in Dict. ad h. l. ait, perperam pronuntiasse Quinctil. I, 6, 27. quosdam suo tempore *audaciter* maluisse dicere, quod omnes oratores priores *audacter* dixissent.

obsisteret] *resisteret* E. d4. Med. marg. Crat.

respondisse dicitur] *respondit* E. T. bas. lα. d3. 4. O7x. c. Med. P. Gaza ἔφη. — *respondisse fertur* d5. Sunt interpretationes.

finis est optimus] *est fin. opt.* R. E. T. bas. d1. 5. a. b. r. v1. 2. B. Eyb. Med. α1. a1. ed. Lips. cr. f. h1. V. O. — *opt. est fin.* c.

ceterisque sensibus] *certisque sens.* R. E. T. bas. lα. d1. e. n. *v.* ψ. b. c. Man. 8. Eyb. a2. La. M. L. P. w. Theod. ὑγιαινουσῶν αἰσθήσεων. W. — *rectisque sens.* quidam Lambino teste. — *certisque rationibus*

risque sensibus opus ipsa suum eadem, quae coagmentavit, natura dissolvit. 4 **Ut navem, ut aedificium idem destruit facillime, qui construxit; sic hominem eadem optime, quae conglutinavit, natura dissolvit. Iam omnis conglutinatio recens aegre, inveterata** 5 **facile divellitur. Ita fit, ut illud breve vitae reli-**

---

d3. Man. 1. — *cunctisque rationibus* bas. Man. 1. — *ceterisque finibus* Man. 1. — *Integrae* menti adiungerentur *certi sensus* e communi opinione *certi* dicti, quod non fallunt, veramque rerum speciem ostendunt. At verum est *ceterisque sensibus* sc. integris, in quibus mens refertur. Acad. II, 10, 30. *Mens enim ipsa, quae sensuum fons est atque etiam ipsa sensus est, naturalem vim habet, quam intendit ad ea, quibus movetur. Gernh.* De confusis verbis *certi* et *ceteri* conferri iubet Orell. Oudend. ad Suet. Aug. 49.

opus ipsa suum] *opus suum ipsa* E. lα. — *ipsa eadem natura, quae coaugmentavit, dissolvit opus suum* d1.

coagmentavit] *coaugmentavit* E. T. d1. 4. v. b. Med. α1. a1. ed. Lips. — *coaumentavit* v3. — *augumentavit* i. — *coagmentaverit* η. — *augmentavit* lα. d3. — *conglutinavit* u. ψ. α2. quod est interpretamentum ex seqq. repetitum. v. Orat. c. 23, 77. *Verba etiam verbis quasi coagmentare negligat. Gernh.* Citat nostrum locum Non. s. v. *coagmentare* p. 70.

Ut navem, ut aedificium idem destruit facillime, qui construxit] *ut navim idem, ut aedif. destruit fac.* E. lα. — *ut aedific. ut navem* T. — *aut aedif.* d1. 4. o. ψ. ed. Lips. — *et aed.* Eyb. α1. — *ut nauta, ut aed.* d3. — *facill. idem destr.* B. Eyb. — *navim* E. bas. lα. d1. e. Man. 5. cr. — Sic ap. Virg. Aen. I, 121. nonnulli libri praebent *navim*, quod Varro apud Charis. reiicit et *navem* scribi iubet. v. Voss. Arist. p. 710. *Gernh.* Adde Rudd. I. p. 78. not. 58. et Struve über die lat. Deklin. etc. p. 29.

construxit] *construit* T. d3. — *coniunxit* e.

sic hom. — dissolv.] Hic vulgo adsuitur membrum: *sic hom. — diss.* Itaque et illud interpolatores sibi sumunt, ad recte omnia colliganda, ut post particulam *ut* addant *enim* et *iam* vertant in *etiam*. *Facc.* Desunt haec verba in uno cod. C. ubi tamen sunt ad marg. scripta alia vetere quidem manu et alio atramento. Exclusit etiam Goezius; post *sensibus* plene, post *dissolvit* semicolo interpunxit, servata tamen particula *cum*, quae si est praepositio, ambiguam reddit sententiam, quasi etiam mentis finis sit. Facc. semicolo interposito verba *Ut aedific.* etc. — *construxit* nectit cum superioribus. At nihil mutari debebat. *Gernh.*

optime] om. e. — *optimum* d4.

conglutinavit] *composuit* B. Eyb.

Iam omnis] *Nam* E. a. editt. vett. cum S. m. M. α2. v2. 3. exc. Eyb. ed. Lips. V. La. — *iam enim omnis* lα. — *omnis* om. ψ. — *hominis* e.

aegre] *dissolvitur* add. lα. *divellitur* supr. vers.

facile divellitur] *facillime* lα. c. v. B. Eyb. — *divellitur* om. lα. — *facile dissolvitur* d3. i. — *dissolvitur facile* E. — *facillime dissolvitur* d5. e.

Ita fit] *itaque* E. — *item* Med.

ut illud breve vitae reliquum] *vitae rel. temp.* Oxon. o. — *istud*

quum nec avide appetendum senibus, nec sine causá deserendum [sit]: vetatque Pythagoras iniussu impera- **73**
toris, id est, dei, de praesidio et statione vitae dece-

---

breve d3. — *breve tempus vitae* ed. Lips. — *vitae* om. d5. — *ut facile* Oxon. e. — Ita Liv. II, 45. *rem ad ultimum seditionis erupturam.* ibid. XXXIX, 13. *ubi reliquum vitae degere tuto posset.* Apud Cic. si minus, genitivo adiuncto, frequens est substantivum *reliquum*, at vim tamen substantivi haec vox obtinet in *reliqui facere nihil; de reliquo, in reliquum* Ep. ad Div. X, 7. *Gernh.*

appetendum sen.] *sen. app.* E. lα. (add. *sit*). — *app. est sen.* d4.

deserend. sit] *a senibus* add. Med. — *sit des.* d3. — *differendum* e. — *sit* om. lα. η. Med. — Nimirum non tum demum, si deus iussisset, Stoici licere sapienti statuebant vitam disserere, sed Cato Uticens. *saepe*, inquit, Fin. III, 18, 61. *officium est sapientis, desciscere a vita, cum sit beatissimus, si id opportune facere possit, quod est convenienter naturae vivere.* Offic. I, 31. med. *Catoni cum incredibilem tribuisset natura gravitatem, eamque ipse perpetua constantia roborasset — moriundum potius, quam tyranni vultum aspiciendum fuit.* At noster Cato non est Uticensis. *Gernh.* Vid. Beier. l. ad init. cap. laud.

§. 73. *vetatque Pythagoras*] *que* om. bas. d3. 4. u. Med. Male. Significat autem: *sed* post negationem, ut init. cap. *recteque.* Vid. ad cap. 6, 5. — *vetatum* d1.

iniussu] *sine iussu* d1. 3. 4. e. η. ψ. Med. At vid. Ochsner. p. 242.

id est, dei] *hoc est* B. Eyb. Med. — *idem dei* c. vid. cap. 16, 5. — *domini* Med. — *idem fieri desiderio et stat.* d3. — Clausulam *id est dei* om. cod. Moser. Schermer. ipsique Mosero glossa videtur. Habet enim cod. *imperatoris* superscripto *scil. dei.* Sed non recte opinor, nam ita dici potuisse ostendunt verba Tusc. I, 30. Vetat enim dominans ille in nobis deus, iniussu suo nos hinc migrare.

de praesidio et statione vitae decedere] *de* om. d1. α1. — *de praedio* a1. *de* absorptum est a *deo* vid. Ellendt. ad Brut. I, 1. p. 2. — *et vitae stat.* d4. — *discedere* c. Med. Vid. Gernh. ad Lael. 3, 10. p. 24. a. — *recedere* α1. — De re haec habeto: Animus est in corpore, velut in statione, quam deserere arbitratu suo non debet. Tusc. I. c. 30. *Facc. Cato autem*, Cic. inquit l. l., *sic abiit e vita, ut causam moriendi nactum se esse gauderet. Vetat enim dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare. Cum vero causam iustam Deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, saepe multis: neque ille, medius fidius, vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit: nec tamen illa vincla carceris perruperit. Leges enim vetant: sed tanquam a magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic a deo evocatus, aut emissus exierit.* Idem in Somn. Scip. c. 7. *Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum, assignatum a Deo defugisse videamini.* Pythagoreorum de hac re sententiam vid. ap. Platon. Phaed. c. 5. extr. et cap. 6. med. *Ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ' ἀποδιδράσκειν.* Similiter Antonin. XII, 36. *Τὸ γὰρ τέλειον ἐκεῖνος ὁρίζει ὁ τότε μὲν τῆς συγκρίσεως, νῦν δὲ τῆς διαλύσεως αἴτιος· σὺ δὲ ἀναί-*

6 dere. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare. Vult, credo, se carum esse suis: sed haud scio
7 an melius Ennius:

τιος ἀμφοτέρων. ἄπιθι οὖν ἵλεως, καὶ γάρ ὁ ἀπολύων ἵλεως. *Gernh.* Copiosissimus est Beierus loco ad init. huius cap. laud.

Solonis quidem sapientis elogium est] *Sapientis quidem Solonis* d4. — *sapiens elogium* α1. — *est* om. d3. male. Significat *est in manibus*, *exstat*, *notum est.* — *illud elog.* n. — *eulogium* lα. d3. e. η. u. ψ. Pal. 3. r. v3. Eyb. Grut. — *eclogium* L. Multum quaesitum est, quomodo esset interpretanda vox *elogii*, quam nostri libelli interpretes explicarunt *sententiam*, *dictum*, *Ausspruch.* Sententiae testificationem explicuit Laur. Valla Eleg. Lat. III, 248. et in not. contr. Raudens. p. XVII. ed. Argent. ap. Schurer. 1512. Dubitaverat enim iure de hac significat. Anton. Raud. Exemplum certe, quod in Addend. ad nostr. loc. laudavit Gernh. p. 316. ex Sueton. in vit. Horat. ubi *elogium* appellatur illud Maecenatis ad Augustum: *Horatii Flacci, ut mei, esto memor* nihil probat, quod vidit Moser. qui quidem legendum coniecit *elegium* ex Graeco ἐλεγεῖον. in cens. edit. Billerbeck. et in Symb. Critt. Spec. II. Sed iam ante eum in eandem coniecturam inciderunt F. L. Becher. in Obss. Critt. ad quosdam vett. scriptt. Lips. 1808. p. 49. Reiskius, censor edit. Gernh. in Diar. liter. Ienens. de ann. 1820. nr. 151. et F. A. Wolf. Vid. Hanhart. Erinnerungen an F. A. Wolf. p. 87. Vid. Blume ad Lycurg. Leocr. c. 28, 2. p. 131. *elegium* explicantes per *carmen elegiacum*, quale fecerat Solon. ut est ap. Stob. Florileg. tit. 123. et ap. Plutarch. Compar. Solon. cum Poplic. cap. 1. p. 109.

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

quod vertit Cic. Tusc. I, 49.

Mors mea ne careat lacrimis: linquamus amicis
Moerorem, ut celebrent funera cum gemitu.

Non favet huic coniecturae Orell. in Analect. ad Cic. Opp. Vol. IV. P. II. p. 596. Ita enim loquitur: Qui in posterum *elogium* defendant, concedant necesse est Ciceronem ipsum memoria lapsum esse; ita ut quum haec scriberet, versiculos e Solonis carmine elegiaco desumptos pro inscriptione monumenti ab ipso sibi composita haberet. Atqui, etsi error est, hunc ipsum errorem mallem apud Cic. qui saepius *elogium* habet, nunquam *elegium.*

quo se] *quod se* E. e. — *qui se* d3.

suam mortem] *mortem suam* E.

dolore amicorum] *amic. dol.* d3.

et lamentis] *lamentisque* R. v1. 2. α1. a1. ed. Lips. cr. S. V. m. Vitandus erat finis senarii dactylici.

Vult, credo, se esse carum suis] *vult se carum, credo, suis esse* a. r. v1. 2. α1. a1. ed. Lips. cr. f. h1. S. V. m. — *esse se car. suis* T. M. — *se car. esse* bas. Dresdd. omnes. — *esse car. se* L. — *carum se esse* La. P. — *credo car. esse suis* Med. — *se car. suis esse* a2. — *suis car.* lα. — Quod Gernhardus et Orell. habent, est in Reg.

melius Ennius] *dixerit* add. d4. — *dixit* e. — *ait* n. v. — *dicat* u. — *dicat Enn.* lα. — *Enn. noster* α1.

Nemo me lacrumis decoret, neque funera fletu[*m*] b.
Faxit.

Nemo me lacrumis decoret] *nemo, inquit, me* d1. e. η. — Facciol. antiquum ablativum *lacrumeis* nescio unde recepit. Equidem *lacrumis* scribendum putavi, quod Bentlei. scripsit Terent. Phorm. V, 8, 82. et Wolf. Tusc. l. l. *Gernh. Decorare* est *honorare*, *κοσμεῖν*, ehren, cuius significationis plura exempla habet Walch. ad Tacit. Agric. c. 46. p. 430. nostrum laudans locum.

nec funera] *neque* E. lα. d4. 5. O6r. editt. vett. *Nec* Gernh. recepit ex Oxon. e. n. haec notans: Wolf. Tusc. l. l. bis dedit *nec funera* quod e duobus codd. Oxx. cum Facciol. et Goez. recepi pro vulg. *neque funera* et parum probabili brevium sillabarum usu post caesuram in hoc potissimum carmine. Non obsecuti sunt Gernhardo N. O. Sed quam Gernh. causam praemunit, nullam censeo. Sic enim centies apud poetas. *Neque* habet iam V. D. in Miscell. Obss. loco mox laudando.

funera fletu faxit] *fletum* R. g. — *funere fletum* P. et cod. antiq. teste Goez. — *funeram* Oxon. o. — *lessum faxit* Lall. Miras turbas excitarunt VV. DD. de huius versus vera scriptura et sensu. Haeserunt in voce *funera*, quam plurali numero pro *funus* dictam non ferrent, ex eoque putarent *funera* esse substantivum primae declinationis, quod significaret *mulierem, quae defuncto propinquo funeris causa lessum s. naenias exsequiales faceret, Klagefrau, Klageweib.* Sic interpretatus est vocem Scaliger. ap. Merulam ad Ennii Annal. I, 55. coniiciens legendum esse: *funera fletum faxit*, ut nunc in Reg. scriptum scimus. Secutus est Goez. qui idem recepit. Idem coniecit Davis. ad Cic. Tusc. I, 49. Servii sunt secuti auctoritatem ad Virg. Aen. IX, 486. qui *funeram* explicat *praeficam.* Sed nemo exemplis docuit *funera, ae.* 1. declin. esse Latinum vocabulum dicique pro *muliere praefica.* Nec umquam, credo, probari hoc poterit (De versu illo Virgil. qui nihil efficit, vid. Iahn. p. 438. ed. Teubner.). Quodsi posset probari, optima haec esset lectio. Eandem scripturam confirmatam a cod. Reg. non aequiparandam esse receptae notat Orell. hoc signo: (—) Recte, si *funera* accipiendum sit pro *praefica.* Sed potest etiam alia, non mala, opinor, interpretatio elici. Fert enim antiqua poesis, cui annumeranda sunt Ennii carmina, substantivum cum verbo ita coniungi, ut utrumque coniunctum una notione quasi coalescat, ut v. c. *fletum facere* dictum putemus pro *deflere, lugere.* Vide haec exempla Plautina. Aulul. II, 2, 75. *Video ego te me arbitrari hominem idoneum, Quem senecta aetate ludos facias* i. e. *deludas.* Eadem formula est Menaechm. II, 3, 54. Capt. III, 4, 47. Pseud. IV, 7, 72. Pers. V, 2, 23. Ductum hoc structurae genus a Graecis, qui eodem modo verba coniungebant. v. c. Aeschyl. Sept. c. Theb. 272. *ζωπυροῦσι τάρβος τὸν ἀμφιτειχῆ λεών* i. e. *ταρβοῦσι.* Vid. Wellauer. Adde Heindf. ad Plat. Theaet. p. 347. Sic dici potuit *funera fletum faxit* i. e. *funera fleat* h. e. germanice: *beweine meine Beerdigung*, ut sensus sit *nemo fleat in funere meo.* Ego sic scripsi duce codice antiquissimo. Fortasse unice vera est lectio, quam se in MS. reperisse dicit Suffrid. Petr. *funere fletum faxit* eadem structura. Non enim potest esse offensio in ablativo *funere* pro *in funere*, qui et apud poetas et apud pedestres scriptores frequens. Nimis audaciter Lambinus legendum coniecit *funera lessum faxit* i. e. *lamentationem.* Vide de hoc accusativo *lessum*, cuius

74 Non censet lugendam [esse] mortem, quam immortalitas
8 consequatur. Iam sensus moriendi aliquis potest esse,

---

periit nominativus, Goerenz. ad Cic. de Legg. II, 23, 59. p. 196. a. et Doederlein. lat. Synon. T. III. p. 152. Idem coniecit Davis. in edit. sec. Tusc. ad I, 49. nulla nota adiecta. Graviter de hac coniectura in contextum recepta reprehensus est a V. D. in Miscell. Obss. in auct. vett. Vol. I. T. I. p. 403—405. Amstelaed. 1732. primum, quod Lambinianam coniecturam tacito suam fecisset; deinde quod nullus esset huius coniecturae sensus. Idem enim V. D. vidit *funeram* pro *praefica* dictum a veteribus, ostendi non posse ex corrupto illo Virgilii loco, neque posse esse appositionem *facere lessum* i. e. *funera* aut *facere funera*, *quae sint lessus*. At non intellexit vir bonus *lessum facere funera* eadem ratione posse dici quo *funera fletum facere*. At ne quis putet pleonasmum in his verbis: *nemo me lacrumis decoret*, = *neque funera fletum faxit*, moneo, nemo me lacrumis faxit, esse simpliciter nemo fleat, me mortuum esse; illud autem neque funera fletum faxit significare: nulla in exsequiis meis praefica fleat; sed non opus est tali vocabulo, quale est *praefica*, quum satis intelligatur, quis in exsequiis plerumque fletum fecerit. Sic nihil adiicitur in versibus, qui his respondent:

Mors mea ne careat lacrumis, linquamus amicis
Moerorem, ut celebrent funera cum gemitu.

Ex quo loco et nostri loci petenda interpretatio et a Romanis pluralem funera pro *singulari* dictum esse ostenditur. Vid. Ovid. Met. XIV, 746. Fast. VI, 531. Drakenb. ad Sil. Ital. I, 154. Confer, si placet, de toto versu Brodaei Miscell. VI, 9. Bouhier remarques sur le Ciceron ad Tusc. I, 14. p. 183.

Faxit] *faciat* ex interpretat. d3. e. Vid. Struve über die latein. Deklin. u. Konjugat. p. 175. seq. — His adduntur verba in b. cr. P. *cur? volito per ora virum* repetita scilicet ex Tusc. I, 15.

Non censet lugendam esse mortem] *num censes* E. — *esse* om. d3. 5. Med. — *non esse lug. m. censet* cod. a. r. v1. 2. (*censent*) α1. a1. 2. cr. f. h1. S. m. — *lug. non esse mort. hic censet* ed. Lips.

immortalitas consequatur] *immortalis* Eyb. — *consequitur* E. d4.

§. 74. *Iam sensus moriendi aliquis esse potest*, *isque ad ex. temp.*] *morienti* E. bas. d3. 5. Med. 1. W. 2. N. — *si aliquis* — *is ad exig.* la. sed expunct. est *si*. d1. 3. 5. e. i. o. ψ. a. b. Man. 19. r. v1. 2. Med. ed. Lips. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. La. L. P. — *si quis* bas. Man. 2. M. w. — *sens. moriendi ille aliquis* n. — *potest esse* c. Man. 2. prob. Gernh. qui nimia religione in contexta non recepit hunc verum ordinem. Vid. ad cap. 16, 12. — *is ad* r. v1. 2. α1. a1. 2. ed. Lips. cr. f. h1. La. w. — *id est ad* L. — *is ad exig. tempus durat* d4. 5. ψ. Man. 14. r. v1. 2. Med. α1. a1. 2. ed. Lips. cr. f. h1. m. M. w. — *id ad extremum tempus durat* S. — *is ad extremum temp.* d3. — *is ad exiguum tempus est* cod. a. — *is ad exig. temp. permanet* quidam teste Lang. — *is qui* E. (*isque?*) *usque* ad habent R. bas. d1. 3. e. i. Man. 5. Med. — *tempus* om. Man. 1. — De participio *morienti* haec optime notavit Gernh.: h. l. non quaeritur, an aliquid moriens sentire possit, sed an mortis vim sentiat h. e. an ipsa animae corporisque distractio cruciatum afferat. Facciolato placet particulá *si*, quod apud Senec. Ep. 30. qui, ut eidem videtur, hunc locum expressit, sit particula *si*. Locus ita habet: *Dicebat quidem ille Epicuri praeceptis obsequens, primum sperare se, nullum*

isque ad exiguum tempus, praesertim seni: post mor-
tem quidem sensus aut optandus aut nullus [est]. Sed 9
hoc meditatum ab adolescentia debet esse, mortem ut
negligamus: sine qua meditatione tranquillo animo nemo
potest esse. Moriendum enim certe [est], et id in- 10
certum, an eo ipso die. Mortem igitur omnibus ho-
ris impendentem timens, qui poterit animo consistere?

---

dolorem esse in illo extremo anhelitu: si tamen esset, habere aliquantulum in ipsa brevitate solatii. Sed ut sententia sit de Cicerone decerpta, non sequitur, verba esse ex Cicerone translata. Deinde quum sensus fere sit idem, optimorum codd. auctoritati cedendum, qui h. l. *si* omittunt et tuentur *is* in apodosi. Sensus loci est: Concedo, posse esse in ipso moriendi articulo, quum animus a corpore distrahitur, aliquem dolorem, eumque brevem, sed post mortem non hic sensus doloris est. De re vid. Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. p. 731. 741. (s. p. 109. D. et p. 111. E.).

seni] *est* add. o.

post mortem quidem sensus aut optandus aut nullus est] *sensus quidem* d1. — *est* om. lα. d3. e. — *post mortem quidam talitas consequatur, aut nullus* d3. — Cft. cap. 19, 2. *Sensus* post *quidem* deleri voluit Manut. Ita ei videri potuit, cum haec verba apodosin putaret esse periodi. *Gernh.*

meditatum] *praemeditatum* B. Eyb.

debet esse] *esse debet* d4. Sed acute observavit Beier. ad Lael. 19, 3. p. 108., esse hunc verborum ordinem paene tam sollennem, quam *potest esse.* — *esse* om. d3.

sine qua meditatione] *sine hac med.* d3. — Vid. Tusc. I, 30. extr. *Tota philosophorum vita commentatio mortis est.* ibid. III, 16. *Nihil est, quod tam obtundet, levetque aegritudinem, quam perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse, quod accidere non possit, quam meditatio conditionis humanae; quam vitae lex, commentatioque parendi.* Senec. de brevit. vit. c. 7. *Vivere tota vita discendum est: et quod magis fortasse miraberis, tota vita discendum est mori. Gernh.*

tranquillo esse an. nemo potest] *tranq. an. esse nem. potest* E. lα. — *an. tranq. nemo esse pot.* d3. — *tr. an. esse potest nemo* R. — *tranq. an. non potest* V. Mihi antiquissimum videtur vitium: tu scribe: *tranq. an. nemo potest esse* vid. ad §. 8. huius cap.

moriendum enim certe est] *enim* om. E. — *est certe* E. — *certe* om. lα. d3. — *certum* ψ. Eyb.

et id incertum, an eo ipso die] *id* om. d3. Med. Eyb. — *inc. est* c. — *an eo ipso die moriatur* d3. Med. — *an hoc* R. B. Eyb.

igitur] *ergo* lα. o.

omnibus horis] *singulis horis* B. Eyb. — *hor. omn.* d4. Med. — *hominibus omnib.* d3. — *ab omn.* η. — *in omn.* ψ. — *horis* om. v1.

timens] *quis tim.* e. η. o. v. ψ. — *metuens* Eyb. Sed vid. Doederlein. latein. Synon. u. Etym. T. II. p. 191. 11.

qui poterit animo consistere?] *quis* E. bas. lα. d5. Man. 17. Eyb. Med. a2. — *quis pot. an. tranquillo cons.* d4. o. ψ. — *tranquillo quis potest an. cons.* ed. Lips. — *quis tranquillo possit an. consist.* a. r. v1. α1. a1. cr. f. h1. S. m. — *an securo* c. B. Eyb. — *animo certo* lα.

11 **De qua non ita longa disputatione opus esse videtur, quum recorder non L. Brutum, qui in liberanda patria est in-**

— *an laeto* Man. 1. *Quis* ortum est ex male intellecta vocula *qui* ablativo pro *quomodo* — *timens* est *is qui timet*. *Tranquillo* et al. sunt interpretationes. Comparat Gernh. Cic. de Divin. II. extr. *ut nunquam liceat quieta mente consistere.* Sed Phil. II, 28, 68. *Nec vero te unquam, neque vigilantem, neque insomnis mente posse consistere.*

De qua non ita longa disputatione opus videtur] *de qua ita non long.* T. — *longa* om. *a*1. — *de quo non longa* d3. Med. — *esse videretur* cod. A.

quum recorder] *recordor* E. T. b. *η*. o. *v*. La. M. P. quod esset *quoties recordor*, quod ab h. l. alienum.

non L. Brutum] *non solum* bas. d5. e. n. u. *η*. *v*. r. v1. 2. *a*1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. Lall. 1. 2. — *non sol. Brut.* d3. — *non tantum* la. (*non* punct. notat. et ad marg. *hominem* ut esset: *tantum hominem*.) o. — *non L. modo Brut.* T. — post *Brutum* sequitur *non timuisse mortem* in Oxon. i. — *L.* om. n. libri quidam Verburg. 3. — *cum modo non recordor L. Br.* E. — Vulgatam *non L.* habet Reg. in quo ascript. est: subintellige *solum*. — Vehementer me offendit *solum*, quum non deberet sequi *non Decios* — *non M. Atil.* Neque necesse est *non solum* scribatur, cum oppositum sit *sed legiones*, quamquam *etiam* post *non solum* non raro cum gravitate omittitur. Plus valet extremi huius totius loci ratio, quo non aetate provectiorum, cultissimorum et doctissimorum virorum, sed indoctorum, sed rusticorum exemplis vult doctis senibus persuaderi, mortem esse sibi contemnendam. An, si *non solum L. Br.* — *Decios* etc. dixisset, postremo adderet: *Quod igitur adolescentes* — *indocti* — *rustici* contemnunt; ceterorum exemplo, quos *non solum* voluit recordari, nihil tribueret? Haec vero recte praetermittuntur, ubi se monuit illustria exempla *non* recordari. Quamquam, quod tamen nobilissimos illos viros commemorat, oratorum morem ardor colloquii, causaeque studium et admiratio imitatur. Secus statuendum erit de loco simillimo, transversa tamen forma posito, Tusc. I, 37. *Quamquam quid opus est in hoc* (non miseros esse mortuos) *philosophari, cum rem non magnopere philosophia egere videamus. Quoties non modo ductores nostri, sed universi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrerunt?* Quibus ductoribus perlustratis concludit: *Num quis horum miser hodie?* scil. quorum vita fuit maximis rebus ornata. *Gernh.* Praeclare haec sunt disputata, quibus nihil addo, nisi notandam praeterea eiusdem verbi duplicem constructionem. Primum enim verbum regit simplicem Accusativum, deinde Accusativum c. Infin. Cuius constructionis simile exemplum est ap. Cic. Ep. ad Att. XIV, 21. *Antonii consilia narrabat, illum circumire veteranos* etc. h. e. primum Antonii consilia narrabat, deinde narrabat, illum circumire veteranos. Sic nostro loco est: non recordor L. Brutum, sed recordor, legiones nostras in eum saepe locum profectas. etc. Vid. Iahn. ad Virg. Bucol. 6, 71. p. 359. ed. Teubn.

est interfectus] *interemptus est* E. *η*. — *est interemptus* T. — *interfect. est* d4. c. Med. — *est* om. d3. — *interemptus* unice verum putat Wunder. p. CXIV. secundum sententiam suam; quoties a vulgatis editionibus dissentiat codex Erf. quod alia pro iis, qua recepta sint, verba habeat, genuinam eum servasse scripturam. Quod

teremptus; non duo Decios, qui ad voluntariam mortem cursum equorum incitaverunt; non M. Atilium,

---

vehementer falsum esse, nolo exemplis probare. Vid. ad huius cap. in. ubi solus Erf. pro *contemnere* habet *non timere*, quae manifesta glossa est. Sed in altero argumento, quod verbum *interfectus est* haud facile quis interpretatus sit per *interemptus est*, omnis veritas huius lectionis nititur. Quare recepi, eo magis, quod etiam Trev. codex optimus hanc vocem tuetur, et a paucis libris servatam ut nativam scripturam probat. — Quod rem, intellige L. Iunium Brutum, qui (vid. Tusc. I, 37.) *arcens eum reditu tyrannum, quem ipse expulerat, in praelio conciderat.* Liv. II, 6. certamen Bruti cum Arunte Tarquinio regis filio describit: *contrario ictu per parmam uterque transfixus, duabus haerentes hastis moribundi ex equis lapsi sunt.* quocum consentit Florus I, 10, 8. *superque ipsum* (Aruntem) *mutuo vulnere exspiravit.*

§. 75. *duo Decios*] *duos* E. lα. Dresdd. omnes. Omnes Oxx. et Orell. codd. cum cod. c. et editt. vett. *Duo* e cod. Celberd. Guil. scripsit. Sic v1. Med. a1. 2. cr. f. h1. V. La. L. Vid. Graev. ad Suet. Claud. 14. Gronov. ad Liv. XXXV, 21. Serv. ad Virg. Aen. XI, 285. Antiquissima forma erat *duo* vid. Lambin. ad Hor. Sat. I, 7, 15. Voss. de Analog. p. 267. seq. Ochsner. p. 271. — De re haec habet Gernh.: „Duos facit etiam Val. Max. V, 16. Cic. Off. III, 4. (vid. Beier. ad h. l.) Tusc. I, 46. Attamen in Tusc. I, 37. Fin. II, 19. et alibi tres memorat, Patrem, Filium et Nepotem. *Facc.* Qui duo commemorantur (h. l. ut de Off. III, 4, 16. et Parad. I, 2.) pater P. Decius Mus bello Latino ad Veserim Consul se devovit cum T. Manlio Torquato a. u. 413. sec. Fast. Capit. et Liv. VIII, 9. filius Consul IV. cum Q. Fabio V. a. u. 458. bello Samnitico v. Liv. X, 28.“ De tertio Decio, qui se devoverit, reliqui auctores (praeter Cic. Fin. II, 19.) tacent: sed idem noster repetit Tusc. I, 37, 89. *non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos, se hostium telis obiecissent.* Solus Zonaras Annal. II. narrat, P. Decium Cos. ad devovendum se paratum fuisse, eamque famam non parum terroris incussisse hostium exercitui. Conciliari igitur recte sic posse Ciceronem cum Zonara putabis, si consilium Decio se devovendi fuisse statuas, sed, pugna in felicius versa, id esse intermissum: tam cupide tamen hunc pugnasse, ut in proelio caderet. Idque sane eo probabilius videri debet, cum Cicero alibi binos modo Decios commemoret. — — Scilicit nepos non se devotarat, sed modo cupide pugnans ceciderat. Quod quam bene cum verbis loci nostri conveniat, docere opus non est. Ceterum de pugna ad Ascalum sermonem esse Zonaras ipse l. l. testatur. *Goerenz.* ad Fin. II, 19, 61. extr.

cursum equorum incitaverunt] *concitaverunt* Crat. — *cursus* d3. — *cursu equorum inveteraverunt* Pal. 2.

M. Atilium] *M. Regulum* r. v1. 2. S. — *M. Attilium Regulum* Med. α1. ed. Lips. — *M. Acilium* cod. C. — Scribendum autem *Atilius* non *Attilius.* vid. Grotefend. Gr. Lat. T. II. §. 191. — De re haec habet Gernh.: „Intelligitur M. Atilius Regulus, de quo Off. I, 12. et III, 27. (ad quem loc. vid. Beier.). *Facc.* Adde praeter Hor. III, 5, 13. seqq. Val. Max. I, 1. ext. 1. IX, 2. ext. 1. Sil. Ital. VI, 539. ad quem loc. vid. Drakenb. et Rupert. post Palmer. Exc. ad Appian. Pun. ed. Schweighaeus. III. p. 392. seq. Gellium VI, 4. In magno

qui ad supplicium est profectus, ut fidem hosti datam conservaret; non duo Scipiones, qui iter Poenis vel corporibus suis obstruere voluerunt; non avum tuum L. Paullum, qui morte luit collegae in Cannensi ignominia temeritatem; non M. Marcellum, cuius interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturae carere

---

veterum scriptorum de Reguli cruciatu dissensu cum Polyb. *de eius* morte nihil loquatur, in Diodor. Sic. fragm. libr. 24. a Valesio publicato Atilii uxor dicatur coniugis mortem graviter tulisse, καὶ νομίσασα δι' ἀμέλειαν αὐτὸν ἐκλελοιπέναι τοῦ ζῆν, ἔπεισε τοὺς υἱοὺς κακουχεῖν τοὺς αἰχμαλώτους, ut hanc crudelitatem excusarent, de M. Atilii cavea, aculeis et palpebris sectis ad invidiam Romanorum contra Carthaginienses augendam multa finxisse videntur. Pro explorato haberi poterit, Regulum, postquam a. u. 497. Poenos vicerat, ipsum a Xanthippo victum esse."

qui ad supplicium est profectus] *est* om. c. — *provectus* Ox. v. — *profectus est* E. lα.

ut fidem hosti datam conservaret] *ut fid. dat. host.* d4. — *servaret* d1. e. η. i.

non duo Scipiones] *duos* Dresdd. omnes. b. r. α1. ed. Lips. La.

qui iter Poenis vel corporibus suis obstruere voluerunt] *qui iter pene* d4. — *vel* om. bas. d1. 3. e. φ. Med. V. — *vi* η. — Sunt Cn. et P. Scipiones, de quibus vid. c. 9, 8. Liv. XXV, 32—36. Flor. II, 17, 6. Parad. I, 2, 7. *propugnacula belli Punici Cn. et P. Scipiones Carthaginiensium adventum corporibus suis intercludendum putaverunt. Gernh.*

non avum tuum L. Paullum] *non L. Paullum avum tuum Scipio* d3. Med. (om. *Scipio*).

qui morte luit collegae in Cannensi ignominia temeritatem] *morte sua* u. a. Man. 2. r. v1. 2. α1. ed. Lips. h1. S. m. M. w. — *morte luit sui* Man. 1. — *mortem* d3. 4. e. — *voluit* T. pro *luit.* — *temeritate* d3. 4. e. — *luit Terentii collegae sui* cod. B. — *luit in Cann. ign. Terentii collegae sui* Pal. 2. — *lui collegae Terentii in Cann. ign.* Pith. — *in Cannensi bello ignominiae temeritate* Oxon. e. — *qui morte luit in Cannensi ignom. temer. colleg.* d4. — De L. Aemilio Paullo cfr. Liv. XXII, 45. et c. 49. Collegam habuit C. Terentium Varronem a. u. 537. quem cum apud Cannas in Apulia a pugna cum Hannibale ineunda prohibere non posset, τοῦ μὲν ἀγῶνος, ut Plutarch. ait in vit. Aemil. c. 2. ἄκων μετέσχεν αὐτῷ, τῆς δὲ φυγῆς οὐκ ἐκοινώνησεν, ἀλλὰ τοῦ συνάψαντος τὸν κίνδυνον ἐγκαταλιπόντος, αὐτὸς ἑστὼς καὶ μαχόμενος τοῖς πολεμίοις ἐτελεύτησε. Adde Flor. II, 6, 15. *Gernh.* Vid. Beier. ad Offic. III, 32, 6.

non M. Marcellum] *non* om. T. — *novi M. Marc.* Ox. o. — *Metellum* d3.

ne — quidem] *nec — quidem* E. d3. 4. e. ψ. Med. — *quidem* om. a1.

carer. pass. est] *passus est car.* cod. C. — M. Marcellum Consulem IV. si vitiosus Consulatus praetermittitur, cum T. Quinctio Crispino a. u. 545. undecimo anno belli Punici Hannibalis insidias in agro Tarentino circumventum et occisum. v. Liv. XXVII, 25—28. *Hannibal magnum terrorem hostibus morte consulis unius, vulnere alterius, iniectum esse ratus, ne cui deesset occasioni, castra in*

passus est: sed legiones nostras, quod scripsi in *Originibus*, in eum saepe locum profectas alacri animo et erecto, unde redituras se numquam arbitrarentur. Quod 12
igitur adolescentes, et ii quidem non solum indocti, sed etiam rustici, contemnunt, id docti senes extimescent?
Omnino, ut mihi [quidem] videtur, studiorum omnium 76
13

---

tumulum, in quo pugnatum erat, extemplo transfert. Ibi Marcelli corpus inventum sepelit. Gernh. Vid. Beier. ad Offic. I, 12, 38. T. I. p. 93.

sed legiones nostras] *sed leg. quidem nostr.* d3. a. v1. 2. *α*1. ed. Lips. cr. — *sed leg. etiam* S. — *sed recordor leg. n.* d4.

quod scripsi in Originibus] *in Orig. scr.* cod. C. — *quod* om. d3. r. v1. 2. 3. *α*1. 2. a1. ed. Lips. f. h1. S. — *quas* bas. d4. *η*. o. *ψ*. Man. 12. Med. Eodem errore, quo cap. 3, 1. *quas* pro *quae* est in codd. — De *Originibus* Catonis vid. c. 1. extr. et c. 11, 38.

in eum saepe loc.] *in eum loc. saepe* T. l*α*. d4. 5. a. c. v1. 2. *α*1. a1. h1. V. — *in eum loc. prof. saepe* E. — *saepe* om. R. d1. 3. (qui eo loco habet *esse*) Med. (ut d3.). Noli omittere *saepe* cui in Tusc. l. c. respondet *quoties*. Nam in repetitione eiusdem facti est vis orationis.

erecto] *recto* R. bas. d3. ed. Lips.

unde se nunquam redituras arbitrarentur] *unde se red. nunq. arb.* R. d3. 4. 5. Med. a2. — *unde red. nunq. se arb.* E. — *unde nunq. se red. arbitr.* v2. a1. cr. — *unde nunq. red. se arb.* m. — *unde red. nunq.* bas. — *se* om. T. bas. — *arbitrentur* d3. Optimus est cod. Basil. ordo, in quo *se* absorptum videtur a litera *s* in reditur*as*. Idem ordo placuit Cic. in eadem narratione Tusc. I, 42. *Sed quid duces et principes nominem, quum legiones scribat Cato saepe alacres in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur.* Memorabile talis fortitudinis exemplum invenimus a Catone memoratum apud Gell. III, 7.

Quod igitur] *quid igitur* d3. e. *η*. o.

et ii quidem] *et hi quidem* l*α*. Dresdd. omnes. Med. — *et ii qui* *η*. — *et equidem* Pith.

rustici] Cato de R. R. ab init. *At ex agricolis et viri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur.*

id docti senes extimescent] *id* om. *η*. — *sed docti* d3. — *extimescunt* E. T. d4. a. c. i. — *pertimescunt* *ψ*. — *Docti* h. l. sunt per Graecas literas philosophiae praeceptis imbuti. Aliis locis alterum potius intelligitur, ut Offic. I, 1. alterum, nempe philosophiae studium, III, 1, 2.

§. 76. *Omnino ut mihi quidem videtur*] *ut mihi videtur quidem* T. — *omnino quidem ut mihi vid.* d5. V. — *omnino ut quidem mihi vid.* La. — *omnino quidem mihi videtur* d3. L. P. — *ut* om. E. — *videtur* om. E.

studiorum omnium] sic R. 3. Lall. 1. 2. G. Pith. (*omn. stud.*) Graev. cod. (in quo a rec. m. linea subductum est *stud.* et pro eo *rerum* script.) a. e. Theod. ὁ περὶ ἑκάστην σπουδὴν κόρος quam lectionem confirmant verba seqq. *ergo ut* usque ad fin. cap. — *rerum omnium* E. T. bas. d3. 4. 5. O7x. editt. vett. cum S. m. M. P. Facc. exc. frob.

satietas vitae facit satietatem. Sunt pueritiae studia certa; num [igitur] ea desiderant adolescentes? sunt ineuntis adolescentiae; num ea constans iam aetas re-
p. 93. quirit, quae dicitur media? Sunt etiam huius aetatis; ne
s. 14 ea quidem quaeruntur in senectute: sunt extrema studia quaedam senectutis: ergo, ut superiorum aetatum studia occidunt, sic occidunt [etiam] senectutis. Quod

---

satietatem] *senectutem* d3. — *facit vitae sat.* d1. — *satietas* autem est, notante Sack. in interpret. huius libelli germanica, *Sättigung des Lebens*, non *fastidium vitae Ueberdruss des Lebens*.

Sunt pueritiae certa studia] *sed sunt* E. T. — *stud. certa* R. bas. — *stud. recta* d3.

num igitur] *non igitur* d3. supr. vers. — *ergo* ed. Lips. — totum om. d1.

sunt et] *sunt etiam* E. — *sunt etenim* ψ. — *et* om. R. bas. d3. O. Nescio cur *et* pro *etiam* h. l. ubi asperrimum est, retinuerit Gernh. Recte eiecit Orell., quod longe efficacior ita est sermo.

constans iam requirit aetas] *aetas req.* lα. — *iam constans* d1. Oxx. omnes. et editt. vett. cum S. m. M. P. 1. 2. exc. Med. a1. ed. Lips. — *iam* om. lα. sed est supr. v. d3. — *Constans iam* Graev. e Pith. et suo, quibuscum consentiunt B. et C. Vulgo *iam constans*. At h. l. positum *iam* incertum esset, an ad totam sententiam pertineret; pertinet autem ad *constans*, ut c. 10, 33. ubi eidem voc. praeponi sine ambiguitate poterat. Sed comp. §. 60. *cum esset acta iam aet.* et pr. Coel. c. 18, 43. *quorum — eximiae virtutes, firmata iam aetate, exstiterunt.* Accedit quod primaria vox *constans* cavendum erat ne nimium recederet. Intelligitur autem *constans aetas* eo provecta, ut ab omni levitate absit, media quidem inter adolescentiam et senectutem. *Gernh.*

quae media dicitur] *quae dicit. med.* d1. a. editt. vett. cum S. m. exc. Med. ed. Lips. La. L. — *dicuntur* d3.

Sunt etiam huius aetatis] *sunt et* Med. — *eius aet.* R. E. d1. 4. O7x. a. editt. vett. exc. Med. a1. 2. cr. f. h1. V.

ne ea quidem quaeruntur a senectute] *nec ea quid.* d3. — *num ea quaer.* v3. Med. α1. ed. Lips. — *a sen. quaer.* M. w. — *in sen.* R. bas. d3. e. η. ψ. a. Man. 11. Med. a2. — *in sen. quaer.* d1. r. v1. 2. α1. 2. a1. ed. Lips. cr. f. h2. S. V. m. Quum in cod. Reg. et qui cum eo consentiunt, scriptura non sit vitium, recepi. *A senectute* est *a senibus; in senectute quaeruntur* respondet nostro: das verlangt man nicht im Alter h. e. *si senes sumus.*

sunt extrema quaedam studia] *sunt autem* d1. e. ψ. r. v1. 2. α1. a1. 2. ed. Lips. cr. S. m. — *stud. quaedam* E. T. lα. d1. 5. r. v1.

ergo ut — sen.] om. cod. B. et η.

aetatum] om. T.

studia occidunt, sic occidunt etiam sen.] *sic etiam sen.* d1. e. Man. 3. Med. — *sic etiam occ. sen.* d3. 5. — *sic occ. sen.* Man. 1. — *sic occ. iam sen.* Man. 1. — *sic occ. et sen.* Man. 1. — *occidunt, sic* om. v2. — *studia senectutis* lα. — *Etiam* manifesta est glossa.

quum evenit, satietas vitae tempus mortis maturum affert.

XXI. Equidem non video, cur, quid ipse sentiam de morte, non audeam vobis dicere: quod eo melius [mihi] cernere videor, quo ab ea propius absum. Ego
77
1
2

---

evenit] *evenerit* Dresdd. omnes. e. η. o. ψ. Solemni errore. Vid. ad cap. 19, 69. — *advenit* Pith.

matur. mort.] *mortis mat.* E. T. — Varia sua cuiusque aetatis studia descripsit Hor. A. P. 158. seqq. Apte laudat Wetzel. Xenoph. Cyrop. VIII, 7, 6. *Ἐγὼ παῖς τε ὤν*, inquit Cyrus, *τὰ ἐν παισὶ νομιζόμενα καλὰ δοκῶ κεκαρπῶσθαι· ἐπειδὴ δὲ ἥβησα, τὰ ἐν νεανίσκοις· τέλειος δὲ ἀνὴρ γενόμενος τὰ ἐν ἀνδράσι.*

CAP. XXI.

§. 77. *Equidem non video*] *et quidem ego non vid.* d4. — *Non enim video* Reg. quam scripturam non improbat Orell. Sed vereor ne sit a scriba profecta, cui non satis cum praecedentibus cohaerere videbantur haec verba.

quid ipse sentiam de morte] *ipse quid sent.* lα. c. — *ego ipse quid sent.* d4. e. — *quid ipse sentio* Pith. — *quod ipse sent.* η. — *quid* om. ψ. *de morte sent.* Med. Sed nulla mutatione opus. Vid. Cic. de Or. II, 10, 40. ex. *Videor debere — quid ipse sentiam, dicere.*

vobis dicere] *dicere vob.* r. v1. 2. α1. ed. Lips. cr. f. h1. S. V. m. — *vobis* om. La. M. Lamb. in marg. 1584. P. w.

quod eo melius mihi cernere videor] *quod eo cernere mihi melius vid.* R. Med. — *mihi mel. cern.* E. T. — *mel. cern. mihi* bas. d1. 4. a. c. r. v1. 2. α1. ed. Lips. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. L. — *melius dicere mihi vid.* d3. — *quod ego mel. mih. cern. vid.* Oxon. e. — *eo* om. h1. — *videor cernere* lα. Dativus propter sedem vagam valde mihi suspectus; nec eo opus est est. Vid. Beier. ad Lael. 5, 12. in. p. 30.

quo ab eo propius absum] *quod ab* E. T. d1. e. i. o. ψ. a. c. Man. 5. α1. — *quo ab eo prop. adsum* v2. — *ab eo* est etiam in Man. 14. — *quo ab ea prop. adsum* v1. — *ab eo* om. d3. 5. Man. 1. Med. — *ab* om. Man. 1. — *ab ea* E. T. lα. editt. vett. exc. v2. a2. V. La. Recepit *ab ea* Orell. Recte, opinor, nam Gernhardi lectio *ab eo* est et in paucissimis libris et constructio ad sensum facta, quia in vocabulo *mortis* potest esse notio *actus moriendi*. Operosa sane via. Omnino enim de morte loquitur, non de articulo moriendi. — *quo ad eam propius adsum* Man. 5. α1. a1. ed. Lips. cr. f. — *quo propius adsum* d3. 5. Med. — *quo non absum* d4. e. Formula *prope abesse* quum duae voces sibi repugnare viderentur, male mutata est a scribis. Non sibi contrariae sunt notiones. *Abesse* enim adhibetur ad remotionem significandam et *prope* ad distantiam notandam; ut nos dicimus: *wenig entfernt sein.* Confirmatur haec formula multis exemplis Ciceronis v. c. Tusc. I, 12, 26. *quae quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius ea fortasse, quae erant vera, cernebant.* Alia vid. ap. Horat. Tursell. ed. Schwarz. p. 777. Dronke ad Tacit. dial. de Or. 23, 4. p. 170. laudat Manut. ad Cic. Ep. ad Fam. I, 1. p. 13. edit. Venet.

Ego vestros patres, P. Scipio, tuque C. Laeli] *ergo vestr.* R. T. d3. — *tu, P. Scip.* MS. Verb. ed. Lips. — *P.* om. d1. et idem *C.* — L. Aemilium Paullum Macedonicum a. u. 593. mortuum, de quo

vestros patres, P. Scipio, tuque, C. Laeli, viros claris-
simos mihique amicissimos, vivere arbitror; et eam qui-
3 dem vitam, quae [est] sola vita nominanda. Nam, dum
sumus inclusi in his compagibus corporis, munere quo-
4 dam necessitatis et gravi opere perfungimur: est enim
animus coelestis ex altissimo domicilio depressus et
quasi demersus in terram, locum divinae naturae aeter-

---

c. 6. et C. Laelium, qui cum L. Cornelio Scipione Asiat. Consul fuerat a. u. 563. — *patres vestr.* ed. Lips.

clarissimos mihique amicissimos] *claros* Med. — *que* om. c. e. v2. α1. a1. La. M. P. w. — *mique* Med.

et eam quidem vitam] *et ea quidem vita* E. T. d1. 3. 4. e. i. Pith. editt. vett. cum S. exc. Med. a2. La. L. w. — *ut ea quid. vit.* cod. C. — Male! Vid. pr. Cluent. 61, 170. *Adeone erat stultus, ut illam, quam tum ille vivebat, vitam esse arbitraretur, damnati, exsulis, deserti ab omnibus?* comp. Tusc. I, 31, 75. et Lael. 6, 22. *cui potest esse vita vitalis? Gernh.* Vid. Beier. ad Lael. l. c. et not. ad nostr. libell. cap. 3, 1.

quae est sola vita nominanda] *quae sola est vit. nom.* E. — *quae sola vit. nom. est* bas. — *quae sol. vit. est nom.* lα. — *quae est vere vit. n.* d1. — *numeranda* d1. e. i. a. b. c. r. v1. 2. M. w. — *annumeranda* Oxon. o. — *vocanda* d3. Med.

in his inclusi compagibus] *inclusi in his* E. bas. lα. d3. 4. 5. b. c. B. Eyb. Med. ed. Lips. — *inclusi in iis* R. — *in his* om. T. — *compaginibus* lα. d3. η. b. α1. — Servio teste ad Aen. I, 293. recentiores admiserunt, ut *compago* diceretur. Antiquiores dicebant *compages*. de Amic. c. 4. et Somn. Scip. c. 3. dicit *vincla, carcerem corporis*. Tusc. I, 22, 52. Nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum. *Gernh.* Adde Ochsner. p. 240.

munere quodam necessitatis et gravi opere perfungimur] *quodam quidem* lα. sed expunct. *quidem* — *quod. mun.* cod. C. — *graviori opere* Man. 1. — *gravi ope* Man. 1. — *opera* Man. 1. et sic vel etiam *onere* legendum censuit Lambin. Sed *opus* illud est, in quo collocatur *opera*, quare nulla mutatione opus. Vid. Doederlein. lat. Syn. T. I. p. 113. et III. p. 312. Eadem confusio est Offic. II, 4, 14. ubi vid. Orell.

Est enim] *etenim* e.

an coel.] *coel. an.* bas. d3. 4. 5. B. Eyb. Med. La. M. P. w.

ex alt.] *ex* om. e.

depressus] *demissus* η.

in terram] *in terra* T. ed. Lips.

locum divinae naturae aeternitatique contrarium] *ei locum* (*in locum?*) Oxon. i. — *id est in loc.* η. ψ. — *divinae veraeque aeternitati contr.* d3. — *obtinens locum* Eyb. — *divinae locum nat.* B. — *nat. divinae* d1. De tota sententia Gernhard. haec notavit: Tusc. I, 22, 51. *Mihi quidem, naturam animi intuenti, multo difficilior occurrit cogitatio, multoque obscurior, qualis animus in corpore sit, tamquam alienae domi, quam qualis cum exierit, quasi domum suam venerit.* Comp. Fragm. Cic. ed. Ern. p. 1097. [Orell. Vol. IV. P. II. p. 486.] ab Augustino servatum lib. IV. contr. Pelag. *nostros animos cum corporibus copulatos, ut vivos cum mortuis, esse coniunctos.*

nitatique contrarium. Sed credo, deos immortales spar- 5
sisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras
tuerentur quique, coelestium ordinem contemplantes,
imitarentur eum vitae modo atque constantia. Nec me 6
solum ratio ac disputatio impulit, ut ita crederem: sed
nobilitas etiam summorum philosophorum et auctoritas.

His adde Ovid. Metam. I, 78. seqq. et Beier. ad Cic. fragm. or. pr. Scaur. §. 50. p. 222. b. Wetzel. laudat apte Divin. I, 49. Tusc. V, 18. Lael. 4, 2. Lactant. opif. dei cap. 19. Heyne Exc. XIII. ad Virg. Aen. VI, 730. Plat. Phaedon. c. 10. Hor. Serm. II, 2, 79.

terras tuerentur] *intuerentur* cod. B. Male! Est enim *servare*. Vid. Somn. Scip. 3. et Ochsner. p. 241.

quique coelestium ordinem contemplantes] *quamquam coelestium ordines* d3. — *ordinem* in Erf. supr. v.

imitarentur eum] *eos* relat. ad *coelestium* d4. sed non sunt dii sed *res coelestes*, *coelestia*. Similis error eius, de quo ad cap. 3, 1. — *cum* pro *eum* d5. Med.

vitae modo atque constantia] *vitam* Eyb. — Imitantur autem ordine et constantia et moderatione dictorum omnium et factorum. Hic est *vitae modus*, in quo, ut de Offic. I, 5, 14. ait, inest modestia et temperantia. Cfr. de Offic. I, 27, 93. *in qua — temperantia*, *modestia*, *omnisque sedatio perturbationum et rerum modus cernitur.* [ad quem loc. vid. Beier. T. I. p. 209.]. *Modus* enim est iustus usui rerum constitutus finis, ut Offic. I, 29, 104. *Ludendi etiam est quidam modus retinendus*: deinde observatio finium usui constitutorum h. e. moderatus usus, moderatio, qua significatione iungitur h. l. voc. *modus* cum *constantia*, quae eadem adiunctam habet moderationem Offic. I, 29, 102. *Ex quo elucebit omnis constantia*, *omnisque moderatio*. ibid. 28, 98. *constantia et moderatione dictorum omnium atque factorum.* Quamquam *modus*, nullo genitivo addito, raro legitur pro moderatione. v. Orat. I, 15. *in qua — de cupiditatibus*, *de modo*, *de continentia — dicendum sit.* *Gernh.* Expressit autem Platonis Timaeum p. 338. ed. Bip. [p. 47. C. ed. Steph.] *Ἀλλὰ τοῦτο λεγέσθω παρ' ἡμῶν αὐτὰ ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ θεὸν ἡμῖν ἀνευρεῖν δωρήσασθαί τε ὄψιν, ἵνα τὰς ἐν οὐρανῷ τοῦ νοῦ κατιδόντος περιόδους, χρησαίμεθα ἐπὶ τὰς περιφορὰς τὰς τῆς παρ' ἡμῖν διανοήσεως, συγγενεῖς ἐκείναις οὔσας, ἀταράκτοις τεταραγμένας, ἐκμαθόντες δέ, καὶ λογισμὸν κατὰ φύσιν ὀρθότητος μετασχόντες, τὰς ἐν ἡμῖν πεπλανημένας καταστησαίμεθα.* Adde Cic. N. D. II, 14, 38. *Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum et imitandum*, *nullo modo perfectus*, *sed est quaedam particula perfecti.* 56, 140. (Natura homines) *humo excitatos celsos et erectos constituit*, *ut deorum cognitionem coelum intuentes capere possent. Sunt enim e terra homines non ut incolae atque habitatores*, *sed quasi spectatores superarum rerum atque coelestium*, *quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet.* Conf. Ovid. Met. I, 76—84. Xen. Mem. I, 4, 11. Antonin. XI, 27. Cic. Legg. I, 9. Senec. consol. ad Helv. c. 8.

ratio ac disputatio impulit] *aut disp.* cod. Oxon. e. — *impellit* n. — *solum* om. Eyb. — h. e. argumentatio e naturae humanae cognitione ducta.

sed nobilitas etiam summorum philosophorum et auctoritas] *sed no-*

78 Audiebam Pythagoram Pythagoreosque, incolas paene
7 nostros, qui essent Italici philosophi quondam nominati,
numquam dubitasse, quin ex universa mente divina
8 delibatos animos haberemus: demonstrabantur mihi praeterea, quae Socrates supremo vitae die de immortalitate animorum disseruisset, is, qui esset omnium sapientis-

---

bilis etiam summorum philos. auctoritas d4. — *philos. summ. M.* — *plurimorum summorum* d3. — *etiam nobil.* E. — *etiam* om. bas. e. — *nobilium* e. — *et auct.* om. e.

§. 78. *Pythagoreosque*] *Pythagoricosque* cod. A. Man. 2. v1. 2. a1. ed. Lips. f. h1. quae forma nusquam apud Cic. ferenda est. Vid. not. ad cap. 11, 11. — *Pythagoriosque* Crat. — *Pythagoreosque discipulos* lα. — *que* om. d3. In Excerptis Eyb. contracta haec leguntur, ut placitum Pythagoreorum intelligeretur, a verbis *Nec me* — *disseruisset*.

incolas paene nostros] *nostros paene* E. — *nostr. p. inc.* d4. — *accolas* volebat Schraderus, oblitus verbi *paene*. Nihil mutandum. Vid. Gernh. ad Lael. 4, 13. p. 30. seq. et Ochsner. p. 229. Incoluerunt Magnam Graeciam. Vid. Tusc. I, 16, 38. et seq. et IV, 1. *Erat enim illis paene in conspectu praestanti sapientia et nobilitate Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit.*

qui essent Italici philosophi quondam nominati.] *qui tum essent* lα. omisso *quondam*. — *qui quum* E. η. — *Itali* cod. A. v2. a1. gentile nomen, quo poetis uti licuit pro possessivo, non item prosae scriptoribus, ut *venena Colcha* ap. Horat. II, 13, 9. ad quem loc. vid. Bentlei. — *philosophi* om. n.

delibatos animos haberemus] *delib. nos an. h.* B. Eyb. — *delibutos* d3. e. — *delibratos* quidam, teste Graev. — *deliberatos* cod. A. v2. — *debilitatos* d4. — De re laudat Gernh. Diog. Laërt. *VIII.* de Pythag. disciplina: *ψυχὴν εἶναι ἀπόσπασμα αἰθέρος — ἀθάνατόν τε, ἐπειδήπερ καὶ τὸ ἀφ᾽ οὗ ἀπέσπασται, ἀθάνατόν ἐστι.* Vid. Plutarch. de physic. philos. decret IV, 7. Alios locos vid. ad huius cap. §. 4. laudatos. Adde Turneb. Adv. T. I. p. 110. 60. ed. Argentorat.

demonstrabantur — quae — disseruisset] *demonstrabatur — quid* a. r. v1. 2. 3. α1. f. h1. — *demonstrabatur — quod* ed. Lips.

mihi praeterea] *praet. mihi* T.

vitae die] *die vit.* cod. C. Disputata haec sunt ap. Platon. in Phaed. comp. Tusc. I, 29. 30.

is, qui esset omnium sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus] *is qui erat* E. — *is qui omn.* — *iud. esset* Med. — *is qui esset* om. MS. Verburg. — *omnium* exp. in lα. om. cod. A. Man. 1. r. v1. 2. α1. a1. 2. f. h1. V. m. 8. La. M. L. P. Potest vox *omnium* omitti, omissa in eadem re aliis locis e. c. Lael. §. 7. 9. 13., sed ubi nihil refert, utrum ponas vocabulum, an omittas, ex codd. auctoritate res est diiudicanda, qui h. l. tuentur vocem *omnium*. Quare retinui. — *Apollinis orac.* E. ut Lael. §. 13. sine varietate est scriptum. — Eandem rem narrant Cic. Acad. I, 4, 16. *ob eamque rem arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum, quod haec esset una omnis sententia, non arbitrari sese scire, quod nesciat.* cfr. Lael. c. 2. et 4. Huius rei fons est Plato, apud quem in Apolog. Socr. c. 5.

simus Apollinis oraculo iudicatus. Quid multa? sic mihi persuasi, sic sentio: quum tanta celeritas sit animorum, tanta memoria praeteritorum futurorumque prudentia, tot artes tantae scientiae, tot inventa; non posse eam naturam, quae res eas contineat, esse mortalem: quum- 9 b.

---

narrat, Chaerephontem quondam Delphos profectum rogasse, *εἴ τις ἐμοῦ* (Socratis) *εἴη σοφώτερος. Ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία, μηδένα σοφώτερον εἶναι.* quod oraculum poetica forma prodidit Scholiasta ad Aristoph. Nub. 144. et Suidas s. v. *σοφός*. *Gernh.* Wetzel. laudat Val. Max. III, 4. Diog. Laërt. II, 37. Müllerus citat Athen. Deipnos. p. 218. E. ed. Casaub. Cfr. Goerenz. ad Acad. I, 4, 16. p. 26. Ochsner. p. 230. qui affert Lucian. Amor. 48. Adde Vitruv. III. Praef.: *Delphicus Apollo Socratem omnium sapientissimum Pythiae responsis est professus.*

Quid multa] *quid dicam multa* d3.

sic mihi persuasi] *sic pers. mihi* Man 12. — *mihi sic pers.* Man. 2. — *sic mihi prorsus persuasi* dicit Man. esse in vet. libro, ut quidam V. D. tradant. — *mihi prorsus persuasi* P.

tanta celeritas animorum] *celebritas* Eyb. Vid. Tusc. I, 19, 43. — *cum ad inveniendum aliquid tanta celeritas* cod. C. — *tanta sit cel. an.* E. — *sit an.* lα. La. M. L. P.

futurorumque prudentia] *que* om. E. editt. vett. cum S. m. exc. Med. — *futurorumve* d3. ed. Lips. Sed sunt coniungenda per oppositionem. Quare noli omittere *que.* — *providentia* Man. 5.

tot artes tantae scientiae] *tot scientiae* bas. d1. 4. Man. 10. Med. marg. Crat. M. L. g. — *tot sententiae* d3. e. o. ψ. Man. 3. — *et tantae* E. — *tantae sententiae* Man. 1. cod. B. in quo Schol. *scientiae* — post *scientiae* addunt *tot virtutes* O3x. La. w. omissis verbis *tot artes.* — Theod. *τοσαῦται ἐπιστῆμαι.* — Cum *scientia* non sit uspiam apud probos scriptores id quod quis scit, disciplina, sed *τὸ scire, cognitio;* repudiandum est tot scientiae, *τοσαῦται ἐπιστῆμαι*, ut Gaza vertit; neque scientiae cum artibus comparari debent, imo *omnium artium* v. Fin. V, 9, 26. *recte dici potest commune esse, ut in aliqua scientia versetur, scientiam autem suam cuiusque artis esse.* Quare assentior Schütziο, qui commate post *artes* deleto, ait: „tantae scientiae est genitivus singularis. Sensus est, tot artes, quae magnam scientiam h. e. multarum rerum doctrinam postulant. Quae ratio certe facilior est, quam quod conieceram *tot artes, tanta scientia,* quem nominativum non mirum foret propter *artes* et *inventa* in pluralem numerum abiisse. Accedit quod *memoria* et *scientia* a doctrina et usu proficiscuntur, *artes* et inventa debentur ingenio. De re vid. Tusc. I, 25. et 27. *Gernh.* Probat utriusque V. D. rationem Orell. laudato Offic. I, 6, 19. *in studiis scientiae.*

res eas] *ipsas* u. — *tantas* Eyb. — *Res* h. l. sunt facultates animi, quae homini sunt datae. Ita interpretatur Ochsner. p. 41.

contineat] *continet* E. T. lα. (ex expunctis verb.) d3. r. v1. α1. a1. cr. f. S. V. m. — *contineret* Eyb. — *continuat* MS. Verburg. Sed est: quae talis h. e. *quae tanta sit, ut* etc. qui Coniunctivi usus solemnis est Ciceroni. Vid. Beier. ad Offic. III, 4, 58. 31, 112.

esse mort.] *mortal. esse* V.

quumque semper agitetur an.] *an. agit.* E. lα. B. Med. h1. ed. Lips.

que animus semper agitetur nec principium motus habeat, quia se ipse moveat; ne finem quidem habiturum
10 [esse] motus, quia numquam se ipse sit relicturus: et, quum simplex animi natura esset neque haberet in se quidquam admistum dispar sui atque dissimile, non posse
11 eum dividi; quod si non possit, non posse interire: magnoque esse argumento, homines scire pleraque ante, quam nati sint, quod iam pueri, quum difficiles artes discant, ita celeriter innumerabiles res arripiant, ut eas

---

Facc. — *cumque an. semper agit.* d1. a. c. Man. 12. editt. vett. cum S. m. M.

quia se ipse moveat] *ipse se* bas. la. Dresdd. omnes. b. c. editt. vett. cum S. m. M. — *qui ipsum moveat* E. — *movet* a. r. v1. 2. ed. Lips. a1. m. — *quo* la. Verba *quo* — *mov.* in eod. cod. a sec. m. Indicativus ferri non potest; tota oratio pendet.

ne — quidem] *nec — quidem* bas. la. Dresdd. omnes. e. u. editt. vett. cum S. m. M. exc. v2. La. L. w. — *neque — quidem* ψ. — *habitur. motus esse* d5.

quia numquam se ipse sit relicturus] *qui* pro *quia* a. v1. 2. ed. Lips. a1. h1. f. V. La. — *ipse sit se rel.* la. f. h1. — *ipse sic esset rel.* d4. — *esset rel.* d1. 3. 5. e. v. ψ. Med.

animi nat. esset] *animi sit nat.* La M. L. P. w.

habeat] Med. La. M. L. P. w. — *habet* T. Errarunt VV. DD. in temporum consecutione. Mutavit Cicero temporum consecutionem: Praesentia tempora post perf. *persuasi mihi* posuit, quia haec persuasio etiam quum haec loqueretur, adesset et permaneret; imperfectum multis interiectis quasi per anacoluthon quoddam posuit, quod tamen bene et a sensu et a grammatica defenditur. Respicit enim Impf. ad illud tempus, quo primum eum persuasio cepit. Vide de hoc usu Temporum Ochsner. p. 241.

admistum] *admixtum* E. Dresdd. omnes. e. O. Mollior forma est *mistum*, sed ab etymologica ratione nativa forma est *mixtum*. Vid. Struve über die latein. Deklin. u. Konjug. p. 261. s. v. *misceo.* De re vid. Tusc. I, 29, 71. *In animi autem cognitione dubitare non possumus, nisi plane in physicis plumbei sumus, quin nihil sit animis admistum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Quod quum ita sit; certe nec secerni, nec dividi, nec discerpi, nec distrahi potest; nec interire igitur.*

dispar sui] *sui* om. d5. Man. 1. — *sui dispar* d3. 4. Med. — *sive dispar* e. — *quidquam* om. Med.

non posse] *et non posse* T.

quod si non possit] *posset* E. la. d1. 3. 5. e. o. v. c. v1. Med. m. — *possit dividi* d4. — *quod si non possit non* cod. A.

non posse interire] *non posse eum int.* la.

magnoque esse arg.] *arg. esse* E. d3. 5. c. — om. *esse* T. bas.

scire] *dico* add. d4. e.

quam nati sint] *sunt* E. d3. o. ψ. Med.

artes difficiles] *diffic. art.* la.

res innumerabiles] *inn. res* la. — *res* om. a. r. v1. 2. 3. a1.

non tum primum accipere videantur, sed reminisci et recordari. — Haec Platonis fere.

XXII. Apud Xenophontem [autem] moriens Cyrus 79
maior haec [dicit]: „Nolite arbitrari, o mihi carissimi 1

---

non tum primum] *tunc prim.* cod. C. Ma'e. Vid. Anal. ad c. 19. Est enim non: *eo ipso momento, quo arripiunt:* sed: *tum, quum* — *dann, wann.*

reminisci et recordari] *reminisci* om. E. T. Male! Vid. Doederlein. latein. Synon. T. II. p. 166. seqq. De re vid. Tusc. I, 24. Plat. Phaedr. c. 18. ed. Bip. p. 165. *ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα, καὶ κατὰ τοῦτο ἀνάγκη που ἡμᾶς ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθηκέναι ἃ νῦν ἀναμιμνησκόμεθα. Τοῦτο δὲ ἀδύνατον, εἰ μὴ ἦν που ἡμῶν ἡ ψυχή, πρὶν ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ εἴδει γενέσθαι. ὥστε καὶ ταύτῃ ἀθάνατόν τι ἔοικεν ἡ ψυχὴ εἶναι.* conf. Menon. cap. 15. *Gernh.* Eleganter hunc Platonis locum interpretatus est Lactant. Divin. Inst. VII, 22, 19. *Plato de anima disserens, ex hoc ait posse cognosci, animas esse immortales atque divinas, quod in pueris mobilia sint ingenia, et ad percipiendum facilia; quod ea, quae discant, ita celeriter rapiant, uti non tunc primum discere illa videantur, sed recognoscere atque reminisci.* Conclusionem autem illam de animi immortalitate a §. 9—11. expressit latius in Somn. Scip. cap. 8. et 9. Transtulit ex Plat. Phaedr. ed. Bip. p. 318. *Μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα κινεῖται, τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως.* Vid. Ochsner. p. 264. seqq.

Haec Plato noster] *Haec Platonis fere* T. bas. u. o. Man. 7. La. L. w. Oliv. Lall. O. — *haec Platonis fere sunt* d5. n. Man. 2. Med. — *haec sunt Platonis fere* E. lα. Man. 4. — *haec Plat. sunt fere* i. η. v. ψ. r. v1. 2. ed. Lips. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. — *haec sententia Platonis fere* Man. 1. — *haec Platonis sunt* Man. 1. — *haec Platonis vere* Graevii antiq. cod. — *haec Platonis sunt vere* Man. 1. — *haec Platonem ferunt* d3. 4. e. Man. 1. — *haec Platonis esse ferunt* Man. 1. — *haec Plato ait noster* d1. — *haec Plato noster* Pith. Pal. 3. Man. 1. 3. 1. 2. — *haec Plato etiam noster* Eyb. — *haec Plato vester* Man. 1. — *Noster* omissis *haec Plato* Man. 1. Unum verum est *Haec Platonis fere* s. addis *sunt* s. omittis. Gernhardus retinuit *Haec Plato noster*, ut verba melius responderent initio capitis seq. et quod ad Attic. VI, 16. dixerit *deus ille noster Plato.* et de Legg. III, 14, 32. *quod Platoni nostro placet.* At primum clausula *haec Platonis fere* non minus bene respondet capitis seq. initio, quam altera; deinde non meminit, esse haec Catonis, non Ciceronis; quare exempla allata ad nostrum locum non quadrant.

CAP. XXII.

§. 79. *Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior haec dicit*] *Apud Xen. moriens vero Cyr.* lα. — *ap. Xen. moriens haec dixit* Eyb. — *maior haec* om. e. — *maior* om. d3. — *moriens* om. n. — *dixit* o. ψ. Eyb. α1. *Moriens* est *in ipso moriendi articulo versans.* Vid. Goerenz. ad Fin. II, 30, 97. p. 270. a. Locus est ap. Xenoph. in Cyri Discipl. VIII, 7, 17. Quem locum Cicero liberius vertit, quum alia vel omitteret vel contraheret, alia amplificaret.

o mihi carissimi filii] *o* om. a. v1. 2. 3. α1. ed. Lips f. — *o cariss.*

filii, me, quum a vobis discessero, nusquam aut nullum
2 fore. Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum
videbatis: sed esse eum in hoc corpore ex iis rebus,
quas gerebam, intelligebatis. Eundem igitur esse cre-
80 ditote, etiam si nullum videbitis. Nec vero clarorum
3 virorum post mortem honores permanerent, si nihil
eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam

---

filii mei bas. — *o mei fil. kariss.* E. d4. — *mei* E. bas. d4. — *mi* lα. d1. 3. — *mihi fil. cariss.* Med. — *clarissimi* α1.

discessero] *discedero* T. — *cum a vobis discessero me nusq.* Eyb.

nusquam aut nullum] *nunquam aut null.* d3. — *aut* om. d4.

nec enim] *neque enim* E. T. lα.

animum meum videbatis] Eyb. explicat: *eum videbatis animum, qui hos artus regebat.* — *an. nostrum* Med. — *cum eram vobiscum* d3. Med. — *cum essem* bas. a. v1. 2. α1. a1. S. cr. f. h1.

sed eum esse in hoc corpore] *sed esse eum in hoc corp.* Eyb. — *sed eum etiam in* etc. d4. — *sed in hoc corp. cum essem* ed. Lips. Vulgata defenditur ex Xenoph. ubi est: *ἀλλ' οἷς διεπράττετο τούτοις αὐτὴν ὡς οὖσαν κατεφωρᾶτε.* Unice autem mihi probatur ordo Eyb. *esse eum*, in verbo enim primaria vis est. Est enim id quod habitare. — *eum* om. Man. 1.

ex iis rebus] *ex his* lα. d1. 3. 4. Eyb. Med. α1. ed. Lips. h1. S. *Ex memoria rerum*, ait Cic. Tusc. I, 28, 70. *et inventione et celeritate motus, omnique pulcritudine virtutis vim divinam mentis agnoscito.*

Eundem—videbitis] non leguntur ap. Xenoph.

eundem igitur esse creditote, etiamsi nullum videbitis] *ergo* Oxon. o. — *esse* om. lα. Male. Vis enim est in verbo. — *credite* Graev. 1. Med. — *etiamsi nullum animum vid.* d4. η.

§. 80. *post mortem*] om. cod. C.

si nihil ipsorum animi efficerent] *animi* om. T. — *eorum ipsorum* E. lα. (in quo eras.) d1. 3. 5. O7x. r. v1. 2. Med. α1. a1. 2. cr. f. h1. V. La. L. w. Copiae Orell. — *an. eor. ipsor.* cod. C. Nobb. inclus. *eorum.* Omisit Xenoph. qui habet: *εἰ μηδενὸς αὐτῶν αἱ ψυχαὶ* (ut Theod. Gaz.) *κύριαι ἦσαν.* Gernhard. eiecit, quod saepe hoc pron. intruserint librarii, deinde quod satis fuerit memoriae conservandae praesidium ad clarorum virorum, quos modo dixerit, facta per pron. *ipsorum* referre, quum *eorum ipsorum* iuberet intelligi, ne quis putet aliorum animos efficere, et exempla affert, ubi oppositionis vis doceat, num *is* adiiciatur an omittatur. Sed recte recepit Orell. *eorum ipsorum.* Nam quod dicit Gernh. si ponatur *eorum ipsorum*, opponi cogitatione: *ne quis putet aliorum animos id efficere*, ad hunc locum non quadrat. Nam ipse Cicero de clarorum tantum virorum animis, qui efficiant talia opera, quorum fama ad posteros pertineat, loquitur. Quare recte ponitur *eorum ipsorum*, quod vertas gerade ihre. Nam de memoria talium virorum, quorum fortasse nonnisi nomina ab amicis memoria retineantur, non loquitur Cicero, ut patet ex init. cap. 23.

quo diutius memoriam sui teneremus] *quo iustius atque diutius* P. — *iustius et diutius* Man. 1. — *iustius* omisso *diutius* habent d3. et Guil. cod. — *sui mem.* T. — *retineremus* d3. 4. Man. 8. Med. — *tue-*

sui teneremus. Mihi quidem numquam persuaderi potuit, 4
animos, dum in corporibus essent mortalibus, vivere; quum exissent [ex iis], emori: nec vero, tum animum esse insipientem, quum ex insipienti corpore evasisset; sed, quum omni admistione corporis liberatus, purus et integer esse coepisset, tum esse sapientem. Atque etiam, 5

---

rentur cod. Guil. Lall. Facc. g. Graev. qui *tuerentur* (h. e. *conservarent*) quia in vulgato deberet esse *eorum*, non *sui*. Sed haec ratio est levis. Nam *sui* locum habet, quia hoc refertur ad superius *eorum animi efficerent*. Igitur unus ille codex non me movit, ut Graevium imitarer. *Ern.* Imitati Graevium sunt Facc. et Goez. Non magis autem opus erat *eorum*, quam *eius* pro *sua* in Verr. II, 3. *Intelligit, me ita paratum in iudicium venire, ut non modo in omnibus vestris, sed in oculis omnium sua facta atque flagitia defixurus sim. Gernh.* Sed vereor, ut tota Gernhardi explicatio vera sit *Sui* unice referendum est ad *eorum;* et *sui* posuit, quod haec illorum virorum erat cogitatio, quum maximas res gerendas susciperent. Gloriae enim, quae ad posteros pertineret, summe consuluerunt quod patet ex cap. 23, 1. *Nemo unquam mihi — persuadebit — multos praestantes viros — tanta esse conatos, quae ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi animo cernerent, posteritatem ad se pertinere.*

Mihi quidem numquam persuaderi potuit] *quidem* om. E. T. a. — *mihi nunq. quid.* r. v1. 2. 3. α1. — *mihi vero* cod. C. — *nunq. id poterit pers.* ψ. — *nunq. potuit* E. B. Eyb. — *poterit* d3. ψ.

in corporibus essent mortalibus] *in* om. T. — *mortalium* η.

quum exissent ex iis] *cum ex his exissent* cod. C. — *cum autem* cod. Oxon. i. — *exirent* Med. — *et tum exientes ex his* d3. — *et cum* lα. — *ex his* d1. 5. α1. h1. — *ex iis* om. lα. sed est supr. lin.

emori] *mori* d4. Eyb.

nec vero tum animum esse insip.] *nec vero tamen* v. α1. — *vero* om. cod. C. — *tum* om. e. Theod. — *tunc* B. Eyb. — *esse an.* d3. 4. — *esse* om. d5. Delendam censet vocem *tum* Gernh. (inclusit) quod molestum sit, quum dicatur, quid non sit verum et supra legatur *emori* sine *tum*. Sed quod huic membro respondet *tum esse sap.* docet, non esse vocem delendam.

sed quum etc.] hoc membrum sine negatione intelligendum censet Billerbeck. ut sit: sed ita semper persuasum mihi habui etc. Sed vereor ut recte. Nam *sed* continuandae periodo inservit, quasi nos dicamus: ich habe mich nie überzeugen können, dass der Geist unweise sei; wenn er sich aus dem unweisen Körper entfernt habe; dass er aber dann weise sei, wenn er befreit etc. Sensus tum est: mihi numquam persuaderi potuit animum alium esse in corpore, alium quum ex corpore excessisset, sed semper eundem putavi.

ex insipienti] *ex* om. n. — *insipiente* cod. Oxon. e.

admixtione] sibi in ὀρθογραφίᾳ non constitit Gernh. nam supra scripserat *admistum*, et sic substantivum scribendum. — *ab omni* Oxon. e.

purus et integer] *purus integerne* (*que?*) Eyb. — *et pur. et integer* lα. Vid. Platon. Phaedon. c. 29.

quum hominis natura morte dissolvitur, caeterarum re-
p.94. rum perspicuum est quo quaeque discedant; abeunt
a. [enim] omnia illuc, unde orta sunt: animus [autem]
6 solus nec quum adest, nec quum discedit, apparet. Iam
vero nihil videtis [esse] tam morti simile, quam
81 somnum. Atqui dormientium animi maxime declarant

---

hominis natura] *nat. hom.* Eyb. — *omnis nat.* r. v1. 2. α1. ed. *Lips.*

morte dissolvitur] *morte* om. E. d4. Probat Wunder. p. CXX. quod Xenoph. hanc voc. omiserit: *διαλυομένου δὲ ἀνθρώπου.* et quod dixerit c. 19. *ut navis* etc. Sed ego cum Orellio retineo, quum omnis vis in oppositione *mortis* et *immortalitatis animi* cernatur.

caeterarum rerum perspicuum est quo quaeque discedant] *perspicuum esse* d4. Sed mutatur structura. — *persp. ut* Med. — *discedat* d4. La. M. L. Periodi conformatio est eadem, de qua dixi ad cap. 2, 5.

abeunt enim] *enim* om. E.

illuc omnia] *omnia illuc* E. T. — om. *illuc* a. c. r. v2. 3. α1.

animus autem solus] *vero* E. Utrumque videtur scribarum.

discedit] *discessit* Med. — *discesserit* d5. — Sententia similis est ap. Eurip. Suppl. 532.

Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν· οὔτι γὰρ κεκτήμεθα
ἡμέτερον αὐτό, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον. *Gernh.*

Adde Philo. Iud. *περὶ ἀφθαρσίας κόσμου.* p. 948. C. D. edit. Francof.

Iam vero videtis nihil esse morti tam simile quam somnum] *iam enim* cod. C. ex compendii *v* et *n*, superscriptis vocalibus *e* et *o*, similitudine. — *nihil morti esse tam s.* lα. r. v1. 2. a1. 2. f. h1. S. V. m. — *iam vero nihil videtis esse tam mort. sim.* d4. — *nihil esse tam mort. s.* d5. — *nihil esse morti similius* Eyb. — *nihil tam morti sim.* Med. — *nihil morti tam sim.* Oxon. e. — *somnium* η. marg. Crat. — *nihil morti tam esse sim.* La. M. L. P. w. — *nihil esse morti tam sim.* dicit Orell. esse in cod. Basil. sed videtur hic error, nam eandem scripturam recepit in contexta, et in nota dicit: sic esse in Bernensi cod. Multis aliis interiectis codicis Basil. lectionem affert hanc, quam in contextu habet. Optimus est Dresd. 4. ordo: *iam vero nihil videtis esse* (quod omiserim) *tam nostri simile, quam somnum.* Sic enim saepe Cicero verbum sentiendi interponit. Vid. Goerenz. ad Fin. II, 4, 13. p. 131. a. 22, 74. p. 233. a. IV, 26, 72. p. 511. b. De accusativo *somnum* per attractionem posito vid. ad cap. 1, 1. *ut Flamininum.* De re haec habet Gernh.: Ovid. Amor. II, 9, 41.

Stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imago?

Unde *Ὕπνος κασίγνητος θανάτοιο* dicitur ap. Hom. Il. ξ, 231. e Nocte simul cum Morte natus ap. Hesiod. Theog. v. 212. Apud Aelian. V. H. II, 35. Gorgias extrema vita ait: *ἤδη με ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ.*

§. 81. *Atqui*] *atque* Man. 17. Eyb. quod huius argumentationis formae minus respondet.

maxime declarant divin. suam] *maxime* om. E. T. *v.* — *div. suam declar.* ed. Lips. — Platon. Polit. IX. pr. secutus, haec ait Cic. explicatius Divin. I, 29. seq. et cap. 51, 115. *Viget enim animus in*

divinitatem suam: multa enim, quum remissi et liberi [sunt], futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales 7
futuri sint, quum se plane vinclis corporis relaxaverint. Quare, si haec ita sunt, sic me colitote, ut deum: sin 8

---

somnis, liberque sensibus ab omni impeditione curarum, iacente et mortuo paene corpore.

multa] *multi* l*α*. e.

quum remissi et liberi sunt] *quum rem. sunt et lib.* bas. d4. — *lib. et rem. sunt* E. — Gernhardus de *multi* et *quum* haec dicit: At non omnia futura prospiciunt; neque omnes dormientes intelligi, apparet e verbis *cum remissi et liberi sunt.* C. Lang. scribendum putat *quoniam* (quom) *remissi* ex ipsius, ut ait, Xenophontis verbis [receperunt hoc L. P.]. At Graeca verba. *καὶ τότε τι τῶν μελλόντων προορᾷ, τότε γάρ, ὡς ἔοικε, μάλιστα ἐλευθεροῦται*, eam habent loquendi formam, quae flagitet *cum.* Quamquam ne exigi quidem debent ad Xenophontem singula. Plus valent, quae dicit de Divin. I, l. c. 30, 63. *Cum ergo est somno sevocatus animus a societate et a contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura praevidet.* Adde cap. 57, 129. qui locus verum h. l. esse *quum* docet.

fut. prospiciunt] *prosp. fut.* Bern. — *perspiciunt* Med.

ex quo intelligitur] *ex hinc int.* e. — *intell. facile* Eyb. — *intelligatur* *η*.

quales futuri sint] *sunt* d3.

quum se plane] *plane se* La. L. P.

corporis vinculis] *vinclis corp.* bas. (*vinclis* Bern.) L. P. — *a vinc.* cod. C. — *relax. corp. vincul.* E. — *corporis* om. T. — *corporum vinc.* d1. e. Man. 3. V. — *corporum vinc.* B. Eyb. — *relaxarint* i. *v*. M. — *laxaverint* *η*. De forma *vinclis* vid. Beier. ad Lael. 4, 4. p. 23.

si haec ita sunt] *sint* T. d3. a. c. *α*1. — *sint ita* ed. Lips.

sic me colitote ut deum] *colite* E. l*α*. a man. sec. d1. 5. editt. vett. cum S. m. exc. a2. cr. f. V. La. L. — *colitote* (s. *colite*) *inquit* E. bas. Dresdd. omnes. e. u. *o*. *v*. *ψ*. Man. 17. B. Med. V. M. La. L. P. De omisso *inquit* conferri iubet Orell. Moser. ad I. Divin. §. 131. Oudendorp. ad Suet. Tiber. p. 358. Orelli ad Divin. I. c. laudat Wolf. ad Suet. Caes. c. 32. — *sicut deum* E. — *sicuti in deum* T. — Non verba pressit Xenophontis, qui vertit: *Εἰ μὲν οὖν οὕτως ἔχει ταῦτα, ὥσπερ ἐγὼ οἴομαι, καὶ ἡ ψυχὴ καταλείπει τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταιδούμενοι ποιεῖτε, ἃ ἐγὼ δέομαι.* Reprehendit Ciceronem interpretem Franciscus Luisin. in Parerg. I, 1. [in Grut. Thes. T. III. p. 427.] quem locum transscripsit Graev. ad h. l. quod non a verbis, sed a sensu recesserit. Defendit Carol. Lang. e loco simillimo Somn. Scip. c. 8. *Deum te igitur scito esse, siquidem Deus est, qui viget, qui sentit, qui providet, qui tam regit et moderatur, et movet id corpus, cui praepositus est, quam hunc mundum princeps ille deus: et ut ipsum mundum ex quadam parte mortalem ipse deus aeternus, sic fragile corpus animus sempiternus movet.* Wetzelius comparari iubet etiam N. D. II, 24, 62. *Gernh.* Cfr. Ochsner. p. 263.

sin una est interiturus animus cum corpore] *inter. est* d4. r. v1. 2. *α*1. ed. Lips. a2. cr. f. h1. S. V. m. — *sin una inter. an. est cum corp.* l*α*. — *sin inter. una est* La. M. L. P. w. — *est* om. d1. (*si una*) e.

una [est] interiturus animus cum corpore, vos tamen, deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur et regunt, memoriam nostri pie inviolateque servabitis."

82 XXIII. Cyrus quidem haec moriens. Nos, si pla-
1 cet, nostra videamus. Nemo mihi umquam, Scipio, persuadebit, aut patrem tuum Paullum aut duos avos, Paullum et Africanum, aut Africani patrem aut patruum aut multos praestantes viros, quos enumerare

---

Mihi suspectum est verbum substantivum, quod apud Coniunctiones saepe vidimus posse omitti. Vid. Praefat.

vos tamen deos verentes] *verentes deos* cod. C. — *dios venerantes* η. — *vos ver. tam deos* d1. — *vos cum deos ver.* d3.

qui hanc omnem pulchritudinem tuentur] pro *omnem* habet d1. *communem*. Intelligit autem *mundum*. Vid. Ochsner. p. 1.

memoriam nostri] *mem. nostram* T. — *mem. mei* lα.

Cap. XXIII.

§. 82. *Cyrus quidem haec moriens*] *Cyrus haec quid. moriens* E. — *haec dixit moriens* lα. — *mor. dixit* e. o. — *mor. inquit* Med.

si placet] *placeat* Bern. — *nunc autem si pl.* lα. — *autem* punct. not.

nostra videamus] *audiamus* v. Recte animadvertit editor Lipsiens. duplici significatione intelligendam hoc loco esse vocem *nostra*, siquidem primum pertineat ad: nostra argumenta animi immortalitatem confirmantia, quum antea, quid Cyrus hac de re senserit, dixerit; deinde esse accipiendum pronomen de exemplis Romanis, quibus opponuntur *externa* h. e. aliarum gentium. Vid. Beier. ad Cic. Offic. III, 26, 99. T. II. p. 368. Dixerat Cato de Platone, Pythagora, Cyro. Loquitur nunc de Paullo, Africano, aliis.

Nemo umquam mihi, Scipio, persuadebit] *nemo mihi unq. Scip. pers.* E. bas. — *n. unq. Scip. mihi* T. — *n. unq. mihi, P. Scip.* d3. — *nem. unq. tibi* Med. — *persuadebit, ut credam* lα.

aut patrem tuum Paullum] *aut* om. lα. Med. — Intellige L. Aemilium Paullum, qui ex Papiria genuit P. Africanum iuniorem. v. c. 21. pr. — *Paullum* om. η.

duos avos] *avos tuos* e. i. ψ. — alterum naturalem, de quo cap. 20, 75. alterum adoptivum P. Africanum, v. c. 9. med.

Paullum et Africanum] *P. et Afr.* d4. e. — *et* om. E. lα. c.

aut Africani patrem, aut patruum] *et Afr.* E. T. Bern. — *fratrem* editt. vett. cum S. m. exc. v2. Med. a1. 2. marg. Crat. V. La. L. w. — *Africanum fratrem* α1. — Africani senioris, Cn. et P. Scipiones. v. c. 20. Balduinus hanc lectionem *patrem* defendit e vetustis libris, quum ab aliis editum fuerit *fratrem*.

aut multos praestantes viros] *praestantes multos viros* T. — *multum praest.* E. — *etiam multos pr. vir.* Oxon. o. — *aut etiam* ed. Lips. Est autem in his brevitas quaedam dicendi pro: aut multos alios praestantes viri: nam etiam illi, quos nominatim laudaverat, erant praestantes viri. Vid. Ochsner. p. 105. et p. 103.

enumerare non est necesse] *numerare* c. — *enunciare* lα. — *necesse non est* E. r. v1. 2. f. h1. V. — *non nec. est* α1. (*non* om.) a1. 2. cr. m. L. — *modo non est nec.* d4. e.

non est necesse, tanta esse conatos, quae ad posteritatis memoriam pertinerent, nisi animo cernerent, posteritatem ad se pertinere. An censes — ut de me ipso 2
aliquid more senum glorier — me tantos labores diurnos nocturnosque domi militiaeque suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? Nonne melius multo fuisset, otiosam 3

---

conatos] *coactos* d1.

pertinerent] *pervenirent* Oxon. e.

nisi animo cernerent] *nisi omnino cernerent* d4. — *cern. an.* ed. Lips. — *tenerent* d3. e. — *nisi animo iudicassent* Eyb. et quae sequuntur, ita habet *animos immortales post defunctum corpus existere.*

ad se pertinere] *ad se pert. posse* d3. a. Man. 9. r. v1. α1. ed. Lips. a1. 2. cr. f. h1. m. — *ad se posse pert.* Bern. Graev. opt. alii Guil. ipso prob. — *ad se posse pertingere* lα. — Vulgata est etiam in Pall. 4. et Pith. Sed *posse* malum est supplementum, ut in Lael. 4, 13., ubi eadem est sententia. Recte *posse* delevit Beier. De verbo *pertingere* non Latino vid. Ochsner. p. 207. De Impf. *cernerent* pro Plusqpf. posito vid. Beier. ad Lael. l. c. p. 21. Ellendt. *de formis enunciatorum conditionalium apud Latinos* p. 41. seq. Imperfectum ponitur, quia sensus est: nisi tunc vidissent: at cernebant tunc, quum illa suscipiebant, posteritatem ad se pertinere. Apte ad rem comparavit Gernh. Plat. Sympos. c. 27. Diotima, *οἴει σὺ, ἔφη, Ἄλκηστιν ὑπὲρ Ἀδμήτου ἀποθανεῖν ἄν, ἢ Ἀχιλλέα Πατρόκλῳ ἐπαποθνήσκειν, ἢ προαποθανεῖν ἂν τὸν ὑμέτερον Κόδρον ὑπὲρ τῆς βασιλείας τῶν παίδων, μὴ οἰομένους ἀθάνατον μνήμην ἀρετῆς περὶ αὐτῶν ἔσεσθαι, ἣν νῦν ἡμεῖς ἔχομεν.* Tusc. I, 14.

ut de me ipso aliquid more senum glorier] *ipse* Man. 4. L. P. — *ut* om. α1. — *glorier more sen.* d3. — *senis* d4. Cfr. c. 9. extr. 10. pr. et cap. 4. De *ipse* et *ipso* vid. Hofmann. in Iahn. Anal. philol. 1828. VII, 1. p. 33.

diurnos] *diuturnos* r. La. — *diutinos* T.

domi militiaeque] *que* om. d3. La. M. L. w. — *et militiae* lα. Probare videtur Orell. *domi militiae* omissa copula, cuius formulae equidem nullum inveni exemplum. Cfr. Tusc. V, 19. pr. pro leg. Man. 16, 48. v. Nicol. Heins. ad Ovid. Met. XII, 185. et Drakenborch. ad Liv. I, 34, 12. Omnium praestantissime de huius copulationis natura disputavit nuper Hofmann. in Iahn. Annal. philol. 1828. VII, 1. p. 16—26.

suscepturum fuisse] *fuisse suscept.* d4. Sed vid. Goerenz. in Iahn. Annal. philol. 1826. I, 2. p. 302. Beier. ad Lael. 7, 10.

iisdem] *hisdem* lα. d1. 4. 5. r. v1.

terminaturus] *transacturus* Bern. — Praeter Tusc. I, 15. comp. pr. Arch. c. 11. Certe si nihil animus praesentiret in posterum, et si, quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, eisdem omnes cogitationes terminaret suas: nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur, neque toties de vita ipsa dimicaret. Plat. Symp. c. 27. quem locum vide supra. *Gernh.*

Nonne melius multo fuisset] *multo melius* E. bas. per se non falsus ordo, sed quum plurimi codd. h. l. vulgatam tueantur, nihil muto.

aetatem et quietam sine ullo labore et contentione traducere? Sed, nescio quomodo, animus, sese erigens posteritatem ita semper prospiciebat, quasi, quum ex-
4 cessisset e vita, tum denique victurus esset. Quod quidem ni ita se haberet, ut animi immortales essent, haud optimi cuiusque animus maxime ad immortalitatem glo-

---

Sed non prorsus idem esse, utrum hunc, an illum ordinem habeamus; sed cum vi postponi adverbium *multo*, ut alia eiusmodi adverbia, recte docuit Goerenz. ad Fin. III, 12, 41. p. 366. a. Cfr. Cic. de Fin. IV, 4, 9. N. D. II, 11, 30. ad Fam. III, 13, 3. de Or. I, 59, 253. Eodem modo Graeci vid. Frotscher. ad Xenoph. Hier. cap. 1. — *fecissem* pro *fuisset* T. — *multo* om. d4.

quietam] *quietem* cod. C. — *nonne melius cetatem multo fuisset otiosam et quidem sine* etc. d3.

sine ullo labore et contentione] *sine ullo aut lab. aut cont.* E. (T.) bas. lα. n. v. b. c. La. M. L. P. — *sine ullo lab. aut cont.* d3. 4. 5. a. r. v1. Med. ed. Lips. α1. a1. 2. h1. w. Lall. — *sine ullo animi labore* u. ψ. — *sine ullo labore max.* Eyb. — *aut contradictu* E. — Non stare posse *aut* — *aut* pro certo affirmare posse videor, quum verba sint synonyma, nec nisi contraria ita iungantur. Vid. Doederlein. lat. Synon. T. I. p. 115.

nescio quomodo animus erigens se] *nescio quo animo erigens se* ed. Lips. — *se* om. La. Male. — *se erig.* E. — *sese erig.* lα. quod mihi optime placet, quum in vulgata sonus pronominis plane fere absorbitur ab litera *s* in erigens. Vid. Goerenz. in Iahn. Annal. philol. 1826. I, 2. p. 303.

posteritatem semper ita prospiciebat] *ad poster.* Med. ed. Lips. — *ita semper* E. T. Bern. bas. d3. 4. 5. La. O.

quum excessisset e vita] *quum iam* E. — *a vita* lα. sed supr. vers. e.

quod quidem ni ita se haberet] *quod ni ita esset* cod. C. — *nisi* d1. 3. 5. η. e. B. Eyb. Med. — *se* om. Eyb.

maxime] om. lα. (sed ad marg. not.) e. — *haud animus cuiusque optimus* T. — *non* Eyb.

ad immortalitatem gloriae] Sic Bern. O6x. 1. 2. O. — *ad immortalitatis gloriam* cod. C. v. Graev. MSS. et Pith. Man. 9. B. Eyb. La. M. P. w. 3. Theod. — *ad immortalitatem et gloriam* Man. 2. MS. Gronov. L. g. — *ad immortalitatem, gloriam* Man. 1. — *ad immortalitatem* om. *gloriae* E. (nescio quomodo Ern. dicat in Erf. esse *ad immortalitatem gloriae*). — *ad immortalem gloriam* bas. lα. Dresdd. omnes. b. Man. 10. r. v1. 2. ed. Lips. Med. α1. a1. 2. cr. f. h1. S. V. m. Lall. — *ad immortalem maxime gloriam* Man. 1. — *ad mortalem gloriae* ψ. Wunderus p. CXX. probat cod. Erf. omissionem *gloriae*, retento accusat. *immortalitatem*, quod etiam sine hac voce *immortalitas* significet *immortalem gloriam*, ut in Pison. 3, 7: *Mihi populus Romanus universus illa in concione non unius diei, sed aeternitatem immortalitatemque donavit.* Maximum autem interpolationis signum dicit miram scripturae diversitatem. Non obsecutus est Wundero Orellius, qui cum Gernhardo retinuit *immortalitatem gloriae*, quod sub finem libri saepe peccet omittendo Erfurt. cum Trev. Unum hoc est haud leve retinendae vulgatae lectionis argumentum; alterum non minus grave censeo ambiguitatem vocabuli *immortalitatis* quod et *immor-*

riae niteretur. Quid? quod sapientissimus quisque 83
aequissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo, b.
nonne vobis videtur is animus, qui plus cernat et lon- 6
gius, videre se ad meliora proficisci: ille [autem], cui
obtusior sit acies, non videre? Equidem efferor studio 7
patres vestros, quos colui et dilexi, videndi: neque

---

talitatis gloriam potest significare, et *animi immortalitatem*. Magna autem lectionis varietas solis scribis est imputanda, quibus nimis eleganter dictum videretur *immortalitas gloriae* pro *immortali gloria*, ut reposuerunt illi mali interpretes. *Immortalitatis gloria* denique recte Gernhardus monet, dici non posse, quod omnes animi immortales sint. Quae quum ita sint, nihil mutaverim. Bene comparat Gernh. Cic. Phil. II, 13. ex. *Quae vero tam immemor posteritatis, quae tam ingratae literae reperientur, quae eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur?*

§. 83. *aequissimo animo*] *an. aeq.* Med. — *aequo an.* Pith. — *aequissimo* om. T.

stultissimus iniquissimo] *iniquissime* T. — *stult. aequo* Graev. cod. — *nequissimo* v.

nonne vobis videtur animus is, qui plus cernat et longius] *vobis* om. T. — *is an.* T. bas. Dresdd. omnes. b. c. Med. ed. Lips. — *is* om. Bern. — *cernit* E. T. bas. d1. 5. e. η. Eyb. — *cernat studio* Oxon. o. — *plus tuitur* d4. — *et longius videat, nosse se* Eyb.

ille] *illum* 1α. Pith.

cuius obtusior sit acies] *cui* E. Bern. bas. d5. Graev. cod. et Pith. B. Eyb. (*cui mens sui obtusior*) 3. Discrimen genitivi et dativi in hac et similibus formulis, ubi *esse* significat *habere*, quod est subtilissimum, difficillimum videtur. Ramshorn. caute se retraxit a periculo errandi in Gramm. Lat. §. 106. 4. p. 175. Unam veram mihi visus est huius discriminis constituendi viam ingressus Goerenz. ad Fin. II, 9, 27. p. 161. a. Vidit enim rectissime, esse hunc Dativum commodi, ut cum grammaticis loquamur, aut incommodi, ut nostro loco factum videmus; Genitivum autem non ad verbum, sed ad substantivum regens pertinere. Apparet igitur, dativum tum recte adhiberi, quum commodi vel incommodi notio sit inferenda, quod inprimis fieri solet in oppositionibus, qualis est nostro loco, ubi eadem de causa dativus melius ponitur quam genitivus, quem verisimilius est a scribis datum, quam contra; difficilior enim dativi est ratio. Servant autem eundem optimi codd. Quare recepi. Genitivus ponitur, ubi hac elevatione et oppositione non est opus. Secundum hanc legem recte diiudicabis hos locos: Fin. l. c. Legg. III, 18, 40. de Or. III, 27, 104. Acad. II, 7, 19. N. D. I, 4, 9. Tusc. V, 41, 121. Verr. V, 64, 165. ex.

Equidem efferor studio] *Et quidem efferor* d4. a. — *effero stud.* d3.

patres vestros, quos colui et dilexi, videndi] *videndi patres vestros, quos colui et dilexi* d1. — *nostros* E. d1. 3. o. — *col. ac dil.* d4. — *atque dil.* e. Cfr. cap. 21, 2.

neque vero eos solum convenire aveo] *neque eos vero* r. v1. 2. α1. cr. m. S. — *vero* om. E. 1α. sed habet *neque non*, quod praeteriit Orellium. d5. — *neque vero eos non solum* d3. — *neque enim eos* T. bas. Med. — *ego enim neque convenire habeo, quos ipse cognovis-*

vero eos solum convenire aveo, quos ipse cognovi, sed etiam illos, de quibus audivi et legi et ipse
8 conscripsi. Quo quidem me proficiscentem haud sane facile quis retraxerit, neç tamquam Peliam recoxerit.

---

sem solum Oxon. e. *v.* — *solos* E. T. bas. d4. 5. Graev. cod. Pith. 3. „Verum ubi *sed etiam* sequitur, adiectivum *solus* non solet iungi cum negativa particula. Comp. §. 84. med.“ *Gernh.* Ratio est haec, quod *non solum* — *sed etiam* paria efficit membra, h. e. neutrum membrum maius habet pondus. Deinde *enim* pro *vero* quod optimi codd. habent, h. l. ineptum est: opponuntur enim ii, quos ipse novit, iis, de quibus tantum scripsit. — *habeo* pro *aveo*, solemni confusione, lα. d1. 3. 4. e. *v.* a. b. c. Manut. libri. r. v1. 2. α1. Med. ed. Lips. Ne enim credas *convenire habeo* h. l. stare posse, non quod ita Latine dici non possit, dicitur enim saepe apud Ciceron. *dicere habui*, *scribere habui*, sed sententia postulat *aveo*, nam non de facultate conveniendi loquitur, sed de desiderio, quod ostendunt illa *efferor studio*. Laudat praeterea recte h. l. Nonius s. v. *Convenire* p. 292. et s. v. *cognosco* p. 304.

sed illos etiam] *sed etiam illos* E. T. bas. d5. — *sed et* lα.

conscripsi] *scripsi* d5. η. ψ. — om. voc. d3. Med.

Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit] *facile quis* E. T. d3. 5. Med. — *facile quisquam* cod. C. — *haud facile sane quis* d4. — *facile* om. bas. — *me* om. cod. A. — *retraxit* ed. Lips. — *retraxerit* om. d5.

neque tamquam Peliam recoxerit] *nec tanquam* bas. Bern. e. i. u. lα. d1. 5. b. c. cod. Graev. plurimi Man. α1. w. — *nec tam* d4. — *nec tamen* Man. 3. — *nec unquam* Man. 1. — *nec* om. n. — *nec si tanq.* L. — *ne si tanq.* cod. A. Man. 7. La. P. — *neve* η. o. *v.* ψ. Balduini libr. r. v1. 3. α2. a2. cr. f. h1. 2. V. m. — totam clausulam om. d3. — *retorsit Pelliam* Man. 1. — *pilam retorserit* lα. η. o. e. n. *v.* ψ. Man. 8. Balduin. libr. editt. vett. cum v3. h2. S. exc. a2. cr. V. La. L. w. Lall. — *retorserit pitam* E. bas. a pr. m. d4. Man. 6. — *pilam recoxerit* Graev. cod. — *retraxerit pilam* Man. 1. — *pilam retraxerit* d1. i. Man. 1. — *retoxerit pilam* Man. 1. — *pillam retorserit* u. — *pilam retrorserit* d5. — Quae de Aesone Iasonis patre narrantur, quem Medea medicamentis e decrepito sene iuvenem reddidit, h. l. in Peliam transferuntur, quem (Apollod. I, 9, 27. Ovid. Met. VIII, 297. seqq. Diod. Sic. IV, 51—52. Hygin. fab. 24.) Medea filiarum manu necavit, falsa spe recoctionis in iuvenem proposita. Cicero Mureto V. L. VI, 10. videtur sequi Plautum, qui ausus sit in Pseudol. III, 2, 80. coquum sic loquentem inducere:

Quia sorbitione faciam ego te hodie mea,
Item ut Medea Peliam recoxit senem,
Quem medicamento et suis venenis dicitur
Fecisse rursus ex sene adolescentulum.

censetque Plautum, personae inservientem, de industria perperam a coquo narrari veterem illam fabulam voluisse. Inde est illud Catulli carm. 51. *Si non omnia displicere vellem Tibi, et Fuffitio seni recocto.* Altera pars fabulae, quod spes Peliae est frustrata et in lebete coctus, at non iuvenis prosiluit, h. l. omittitur; una tenetur Peliae vanitas et iuventutis desiderium. Vid. Varronem Marcip. apud Nonium s. v. *puellos*, quem loc. a P. Victorio V. L. V, 6. tentatum

Quod si quis deus [mihi] largiatur, ut ex hac aetate repuerascam et in cunis vagiam, valde recusem. Nec vero velim, quasi decurso spatio, ad carceres a calce revocari.

Iunius Hadrianus adag. VII. cent. 76. ita persanandum iudicat: *Peliam Medeae permisisse, ut se vel vivum degluberet, dummodo redderet puellam.* Plat. Euthydem. c. 34. *Καὶ παραδίδωμι ἐμαυτὸν Διονυσοδώρῳ τούτῳ, ὥσπερ τῇ Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ· ἀπολλύτω με, καὶ εἰ μὲν βούλεται, ἑψέτω, εἰ δ' ὅ, τι βούλεται, ποιείτω.* Nostrum locum P. Victorius se dicit ex antiquis libris restituisse, quamquam iam Ascens. 1520. edidit: *neve tanquam Peliam recoxerit*, cum Venet. 1487. et Hervag. 1540. habeant *neve tanquam pilam retorserit.* — — *Neve* prohibentis ferri nequit, nulla est enim prohibitio. *Gernh.*

Quod si quis deus mihi largiatur] *et si* E. Dresdd. omnes. Man. 19. Non. V. 3. Lall. — *ut si* bas. — *si* om. d4. Sed recte hanc dicit interpretationem Gernh. offendebantur nimirum scribae in pronomine, quod superfluum putarent, quum res ipsa sequeretur. At sic cum praecedentibus haec verba melius iunguntur. vid. nostri cap. §. 4. Beier. ad Lael. 15, 6. p. 83. Kritz. ad Sall. Cat. 2, 2. p. 10. — *mihi deus* E. (in quo est *deum* contracta fortasse forma pro *deorum*, nisi est vitium scribendi; nam eodem modo est in Trev. *si quis deum mihi*) Bern. d3. — *largiatur deus mihi* bas. — *largiatur mihi* d4. 5. — *deus mihi* om. lα. sunt supr. vers. — *deus* om. d4.

ut ex hac aetate repuerascam] *ut ex hac vitae aetate* ed. Lips. — *hac* om. n. — *repuerascam* Man. 6. Non. s. h. v. B. S. L. P. α2. ed. Lugd. 1556. 3. Lall. G. N. Drakenb. in Dict. Facc. g. — *repuerescam* Bern. d5. b. c. Man. 8. α2. Med. m. M. — *repueriscam* E. d1. 3. 4. η. ψ. a. Man. 7. Graev. cod. r. v1. (*repueriscim*) 2. 3 Med. V. La. 1. 2. — *repuerascerem* T. h1. Forma *repuerascere* sine ulla scripturae diversitate est in lib. II. de Or. 6, 22. ex recens. Orell. Schütz. recte ex Nonio dedit: *eosque incredibiliter repuerascere esse solitos.* Mirum igitur nostro loco eundem recepisse formam *repueriscam.* Defendit Gernhard. vulgatam ex analogia verbi *vesperascere* et ex Plaut. Merc. II, 2, 25.

Aiunt solere eum rursus repuerascere.

Addit Orell. ex Sueton. Calig. c. 7. *puerascens.* Cfr. Ruddim. I. p. 292. cum not. 29. 30. Apte comparavit Struve über die lat. Deklin. p. 286. *puellascere.* Auson. Idyll. 4, 55.

obductosque seni facies puerascere sensus.

Sed difficillimum est ad iudicandum, utrum praeferenda sit forma *repuerescere* an *repuerascere*, quum similis forma duplex sit in usu *tenerescere* et *tenerascere. Repuerescere* a bonis servatur codd.

et in cunis vagiam] Non. *cunabulis.* — Utraque forma legitur de Div. I, 36, 78. et 79. Codd. constanter praebent *in cunis.* De verbo *vagire* e sonitu flentium infantium orto Drakenb. in Dict. laudat Gellium XVI, 17.

nec vero velim, quasi decurso spatio, ad carceres a calce revocari] *nec vero vellem* cod. C. — *vero* om. g. — *velim* om. lα. — *a calce ad carceres* bas. lα. d1. 3. 5. a. r. v1. 2. B. Eyb. α1. a1. 2. ed. Lips. cr. f. h1. — *iterum revocari* Eyb. — *reverti* cod. C. — *ad carceres a calce, quasi decurso spatio* d1. — *ad carcer.* om. E. T. d3. exp. — *spacio* per literam *c* habet d3. et id semper in contexta recepi. vid. ad cap. 6, 3. Duxi autem a verbo antiquo *specio* quod est servatum in compositis v. c. *inspicere* ut esset *spacium*, die Seh-

84 **Quid enim vita habet commodi? quid non potius laboris?**
9 **Sed habeat sane; habet certe tamen aut satietatem aut modum. Non lubet [enim mihi] deplorare vitam, quod multi et ii docti fecerunt saepe; neque me vixisse poe-**
10 **nitet: quoniam ita vixi, ut non frustra me natum**

---

weite, tanta longitudo loci, quantam assequi potest oculus. Sed revoco haec nunc, quoniam verior visa est Doederlinii etymologia, ut sit a verbo *patere* vid. T. III. p. 52. unde *spatium* significaret *locum patentem*, *locum patulum*. Scribo igitur, ut ab aliis factum est *spatium* per literam *t*. — Modus dicendi sumtus a decursionibus. *Facc.* Senec. Ep. 108. *hanc, quam nunc in circo cretam* (h. e. metam) *vocamus, calcem antiqui dicebant.* de Amic. cap. ult. *Maxume quidem optandum est, ut cum aequalibus possis, quibuscum tanquam a carceribus emissus sis, cum iisdem ad calcem, ut dicitur, pervenire. Decurrere spatium* dicitur, ut pr. Quinct. cap. ult. *prope acta aetate decursaque. Gernh.* Adde Plaut. Stich. I, 2, 14. *quid mihi opus't decurso aetatis spatio cum eis gerere bellum?* Sensus nostri loci hac comparatione patet.

§. 84. *Quid enim habet vita commodi*] *haec vita comm.* Med. — *quid habet enim* lα. — *vita habet* E. T. bas. d4.

Sed habeat sane] *sed habet sane* c. in lα. expunct. — *habeat sane* om. E.

habet certe tamen] *habuit* Bern. — *habet* — *tamen* utrumque om. Med. — *tamen* om. d1. 3. u. Gernhardo otiosa videtur particula *tamen*, quum saepe pro *certe* scribatur, utrumque autem sic iunctum vix reperiatur, nisi fortasse putetur respondere particulae *etsi*, quae lateat in *habeat sane*. In familiari sermone se quidem non audere *tamen* exterminare. — Editor Lipsiensis haec recte notavit: *etsi* liegt in den vorigen Worten: *sed habet sane*, die ausführlicher so heissen sollten: habet vita aliquid laboris: etsi non habeat, tamen certe habet satietatem. Man sehe über diese Auslassung des *etsi* noch Heusing. ad Offic. I, 12, 4. 44, 1. III, 7, 3.

aut satietatem, aut modum] *aut* ante *sat.* om. cod. B. — *modestiam* pro *modum* cod. C. α1. ed. Lips. S.

non lubet enim mihi deplorare vitam] *nec libet deplor. mihi vit.* d1. — *non enim mihi libet* Med. — *non enim lubet* Bern. — *nec lub. enim* Oxon. e. — *vitam deplor.* lα. — *enim* om. E. d1. 3.

quod multi, et ii docti] *quod multi et ii indocti* legisse videtur Theod. qui vertit *πολλοὶ δι' ἀπαιδευσίας* — *quod multi et indocti* lα. d1. 3. 5. o. ψ. Med. a1. cr. — *multi indocti* Eyb. — *multi etiam indocti* Oxon. e. — *quod stulti et indocti* Pith. *Indocti* stare nequit, nam indoctos non est mirum deplorare vitam. Sed id efferre vult, vel doctos deplorare indigno modo vitam.

saepe fecerunt] *fecer. saepe* E. — *saepe* om. d1. — De re vid. Tusc. I, 34. Cyrenaici Hegesiae liber esse dicitur, in quo vitae humanae enumeret incommoda. Eurip. Alcest. 805.

Ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ συμφορά.

Plin. H. N. VII. Praef. et Senec. Epist. 99.

neque me] *nec me* r. v1. 2. α1. S. V. m. La. L. P. w. — *me* om. T.

ut non frustra me natum existimem] *ut frustra me natum non exist.* d1. (*unde non*) r. v1. 2. α1. ed. Lips. f. h1. S. — *ut frustra natum me esse non exist.* Oxon. e. — *ut me frustra putem natum* lα.

existimem; et ex vita ita discedo, tamquam ex hospi-
tio, non tamquam ex domo. Commorandi enim natura
deversorium nobis, non habitandi [locum] dedit. O prae- 11
clarum diem, quum ad illud divinum animorum conci-
lium coetumque proficiscar, quumque ex hac turba et

---

sed vis est in *non frustra* h. e. ad meliorem conditionem natum me existimo. Longe languidior esset oratio, si iungeretur *non existimem* i. e. *ut negem frustra me natum.*

et ex vita ita discedo] sic b. Man. 8. P. 8. (*et* om. Man. 2.). — *ex vita ista ita disc.* bas. — *ex vita ista disc.* lα. supr. vers. d5. e. o. v. Man. 3. r. v1. 2. α1. a1. ed. Lips. cr. f. h1. S. m. La. M. w. — *ex ista vita* L. — *ex hac vita* d4. Man. 4. — *ex hac vita ita* V. Lall. prob. Klein. — *ex vita discedo* T. Man. 1. Facc. — *e vita disc.* g. — *ex vita hac* O5x. Oliv. — *ex ista tanquam ex hospitio discedo* Man. 2. — *ex vita hac ita tanq. ex hosp. disc.* Man. 2. — *verum ex hac vita disced.* Man. 1. — Retinendum tamen putaverim *ita* eodem iure, quo Epist. ad Div. XIII. 69. *Apud eum ego sic Ephesi fui, quotiescunque fui, tanquam domi meae.* Saepius *ita* in altero membro ponitur, ut pr. Sex. Rosc. c. 32, 91. *qui, tanquam si offusa reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris.* *Gernh.*

tamquam ex hosp.] *quasi* d4 e.

ex domo] *e domo* Bern. b. B. Eyb. ed. Lips. ed. Lugd. 1556. V. — *de domo* lα. supr. vers. est *e*. — *ex* om. E. T. bas.

Commorandi enim natura deversorium nobis, non habitandi locum dedit] *commorandi enim nat. div. dedit, non hab.* Man. 2. — *comm. en. nat. div. nobis dedit, non hab.* Man. 3. — *comm. enim non habit. nat. div. ded.* Man. 1. — *comm. enim nat. div. ded. habit. non ded.* Langii liber S. Iacob. — *comm. en. nat. div. dedit* E. ceteris omissis. — *comm. enim nat. ded. div. non hab.* lα. *nobis* ad marg. — *comm. en. nat. nobis div. ded. non hab.* d3. — *nobis* om. T. lα. d4. 5. Man. 3. La. — *dedit* om. d5. — *locum* om. T. bas. Bern. lα. Dresdd. omnes. Man. 11. editt. vett. cum v3. S. m. P. 3. exc. Man. 2. Med. L. 1. 2. G. N. Ernesti *locum* addidit, quod non dici posset *habitandi diversorium.* Huic rectissime respondet Gernh. latiorem loci notionem contineri voce *diversorii*, nulloque negotio per Zeugma intelligi ad verbum *habitandi.* Sed nescio cur ipse hanc pulcherrimam rationem reliquerit. Cfr. Klein. p. XXI. Recte hanc vocem omisit Orell. Vid. Ruddim. Instt. L. Lat. T. II. p. 362. not. 12. cum not. Stallbaum. Vocis *diversorium* veram lectionem restituit Ernesti, quem vide in Clav. Cic. et Fischer. ad Corn. Nep. Lysand. c. 2. n. 4.

O praeclarum diem] *praeclarissimum* η. — *illum diem* lα.

quum ad illud divinum animorum concilium coetumque proficiscar] *in illud* i. n. o. a. c. r. v1. a1. S. m. L. — *ad illud* om. T. — *in illum* E. lα. d1. 3. — *ad* om. v2. — *divinorum* Man. 4. MSS. Graev. B. Eyb. Med. ed. Lips. M. w. — *animorum divinum* lα. — *divinum* om. a. r. v1. 2. a1. cr. f. h1. m. L. — *amicorum* Oxon. e.

quumque ex hac turba et colluvione discedam] *et cum ex hac* a. r. v1. 2. 3. α1. 2. ed. Lips. a1. h2. fr. S. m. L. Facc. g. — *et ex hac turbae colluvione* Bern. Vincent. Bellov. — *cumque ex hac hominum turba et coll.* Petrarch. — *colluvioneque* retento *et* lα. ex διττογραφίᾳ. Citat h. l. Nonius s. v. colluvies p. 112. et s. v. *turba* p. 549.

12 colluvione discedam! Proficiscar enim non ad eos solum viros, de quibus ante dixi; verum etiam ad Catonem meum, quo nemo vir melior natus est, nemo pietate praestantior! Cuius a me corpus crematum [est], — quod contra decuit ab illo [meum] — animus vero non

---

non ad eos solum viros] *non sol. ad eos vir.* E. bas. d4. 5. Med. — *non solum ad viros illos* T. — *non ad eos viros solum* d1. — *illos* habent etiam e. η. ψ. — *non* om. 3. Recte *non solum* compositum, quia membra parem habent vim.

verum etiam ad Catonem meum] Sic bas. Bern. Man. 16. ed. Lugd. M. — *verum ad* E. T. d5. Man. 1. La. P. — *verum et* Man. 1. — *sed etiam* u. v. ψ. Man. 1. lα. editt. vett. cum S. m. 3. 1. 2. exc. Med. cr. f. h1. V. — *sed ad Cat.* Man. 1. — *ad Caton. filium meum* T. Man. 1. — Habet nimirum *verum etiam* plus gravitatis ad oppositionem, restitutumque recte est a I. F. Heusingero Off. II, 12, 1. *Sed ut pecuniae non quaerendae solum ratio est, verum etiam* (sic quatuor Gu. vulgo *sed etiam*) *collocandae.* ad Attic. XVI, 15. *ni mihi exploratum esset, eum non modo non inimicum tyrannoctonis, verum etiam amicum fore. Gernh.* Cato est is, de quo in libro de Amicit. cap. 2. et Tusc. III, 28. Filius Catonis fuit, ex Licinia matre Licinianus dictus. Praetor designatus cum esset, mortuus est. *Facc.*

quo nemo vir melior natus est] *quo viro vir nemo mel. n. est* E. — *quo viro vir mel. nemo nat. est* bas. P. — *quo vir melior nemo nat. est* Med. — *quo nemo vir melior, nemo pietate praest. nat. est* d4. C. Ne quis vocabulum *vir* eiiciendum censeat propter magnam ordinis diversitatem, vid. Beier. ad Lael. 2, 1. p. 9.

nemo pietate praestantior] *nemo* om. E. T. bas. — *pietate* cod. A. v2. 3. — *virtute praestantior* Oxon. i. — Inde suspicor, *pietate* esse exterminandum, ut ineunte hoc capite dixit, *multos praestantes viros.* Nam *melior* virtutis studium significat, *praestantior* ingenium et artem. *Pietas* sitne erga deos, an erga patriam aut patrem, nescias. *Gernh.* Ego nihil eiecerim, haud dubie enim intelligenda *pietas erga patrem.*

cuius a me corpus crematum est] sic Basil. — *est crem.* T. Bern. lα. b. c. d5. L. P. — *cuius est corpus a me concrematum* E. d3. — *est* om. d3. 4. Lang. lib. S. Iacob. v1. La.

quod contra decuit ab illo meum] *debuit* Man. 1. Utrumque vulgarem naturae ordinem turbatum declarat. Utrumque est in inscriptionibus mox laudandis. — *meum* om. Man. 1. et lib. Lang. S. Iacob. quod mihi quidem verissimum videtur, nam sic longe concinnior fit oratio. Quae si vera sunt, suppleas verbum *fieri*, quae notio facile potest erui ex iis, quae praecedunt. Tum *contra* adverbii vi positum, quod vult Beier ad Lael. 24, 9. p. 145. Ochsner. p. 194. Manut. ad h. l. plures laudat inscriptiones, quae sint Romae in aedibus Delphin. Quarum duas apte exscripsit Gernh. Est autem altera haec: *Ninnia Cronis vix. an. III. M. X. Dies XXV. Quod decuit natam patri praestare sepulto, hoc contra natae praestitit ipse pater.*
In altera:

— — *Quod neptis aviae facere debuit, avia fecit nepti suae.*

animus vero non me deserens] *vero eius* d3. η. Med. — *me* om. α1. — *animus enim non modo* d4.

me deserens, sed respectans, in ea profecto loca discessit, quo mihi ipsi cernebat [esse] veniendum. Quem 13
ego meum casum fortiter ferre visus sum: non quo p. 95. a.
aequo animo ferrem; sed me ipse consolabar existimans, non longinquum inter nos digressum et discessum fore. His mihi rebus, Scipio, — id enim te cum 85
Laelio ammirari solere dixisti — levis est senectus, nec 14

---

profecto loca discessit] *loca prof.* E. — *recessit* cod. C.

quo mihi ipsi cernebat esse veniendum] *ipse* T. bas. d4. O6x. b. r. v1. 2. 3. α2. a1. cr. f. h1. ed. Lugdun. — *ipse mihi* d5. — *ipsi* om. E. d3. α1. Theod. *οἷ ἐμοὶ πορευτέα εἶναι ἐκεῖνος ἐγίνωσκεν.* — *mihi quoque decernebat* d3. *Ipse* est *quamquam sibi superstes essem.* — *esse* om. E. T. e.

casum fortiter ferre visus sum] *cursum* d1. — *iussus sum* d1. Plutarch. in vit. Caton. p. 24. *πράως δὲ καὶ φιλοσόφως λέγεται τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν, καὶ μηδὲν ἀμβλύτερος δι' αὐτὴν εἰς τὰ πολιτικὰ γενέσθαι.*

non quo aequo animo ferrem] sic MS.' Gron. — *non quod* d1. 3. e. o. lα. r. v1. α1. ed. Lips. (*non quod ego aeq.*) Med. a1. cr. h1. S. V. m. L. P. w. Lall. 3. — *aequo* om. E. d3. — *eo an.* Oxon. i. — *quo* om. bas. Bern. η. Non minus bonam esse formulam *non quo*, quam *non quod* nunc satis certum est inter VV. DD. Vid. Ochsner. p. 67. seq. Matthiae ad Cic. or. pr. Rosc. Am. 49, 141. ad or. pr. leg. Man. 24, 69. Beier. Fragm. Cic. or. pr. Scaur. 2, 4. p. 147. Kritz. ad Sall. Catil. 34, 2. Krueger. Ueber die Attraktion §. 105. p. 260. Comparat Gernh. Cic. Ep. ad Attic. X, 1. XVI, 15. Praeterea notandum, sequi debuisse post *non quo* — *sed quod me ipse consolabar.* Vide de hoc Anacolutho Matth. ad. or. pr. leg. Man. l. c. Adde Cic. Tusc. III, 22, 54. ex. Acad. II, 12, 37. in. de Or. I, 18, 84. in. pr. Flacc. 4, 9. in. Phil. IX, 1, 1.

non longinquum] *longum* d1. ψ.

digressum et discessum fore] *fore digr. et disc.* lα. in eodem cod. *digr. et disc.* punctis notat. et supr. v. post *nos* est *discessum.* — *et discess.* om. i. — *disgressum* edit. Rom. — Sunt haec paene mera synonyma, nolim tamen alterutrum substantivum abiicere, cum Cato commotiore animo, quid de carissimo filio speret, exponit. *Digressus* est h. l. temporis intervallum, quod congressionem prohibet, *Trennung*, *discessus*, Entfernung. *Discessus* est absentia, seu tempus, per quod abesse aut licet aut oportet. ad Attic. XII, 40. *si quis requirit, cur Romae non sim: quia discessus est.* Caes. B. Gall. IV, 14. Corn. Nep. Timol. 23. *Gernh.*

§. 85. *His mihi rebus*] *his in rebus* Oxon. i.

id enim te cum Laelio admirari solere dixisti] *enim* om. d3. — *cum Laelio te* lα. d3. — *tecum Laelium* d4. — *solitum* ψ. — *solere* om. Venet. 2. sed vid. cap. 2. pr.

levis] *lenis* ψ.

nec solum non molesta] *non solum molesta* E. — *sic non est nec solum* Pith. — *nec non sol. mol.* ψ. — *nec molesta* liber Car. Lang. Man. 1. — antique, ut ait Lang. Nullus equidem credo, nisi exemplis edocear, *nec* ante consonantem Ciceroni pro *non* scriptum esse, cum de veritate huius particulae ante vocalem in *quod nec acie cer-*

15 **solum non molesta, sed etiam iucunda. Quod si in hoc erro, quod animos hominum immortales [esse] credam, lubenter erro; nec mihi hunc errorem, quo delector,**
16 **dum vivo, extorqueri volo: sin mortuus, ut quidam minuti philosophi censent, nihil sentiam, non vereor, ne hunc errorem meum philosophi mortui irrideant.**

---

tatum est. Liv. I, 23, 2. *nec ita multo post.* ibid. II, 22, 3. *nec opinatus* multis locis apud eundem, v. Drakenb. ad IV, 27, 9. et apud Ciceronem, qui idem ubique *nec ullus* ponit pro *non ullus*, de Legg. I, 21. *nec invitus*, ibid. II, 3, 6. *nec obedientem* pro *non obedientem*. ibid. III, 4, 11. *qui nec aderit*, non dubitari debet. Nam quae exempla Festus affert e duodec. tabb. *quod nec manifestum erit*, et e Plauti Phasmate: *Nec recte si illi dixeris*, haec neque excusant Vossiani cod. lectionem *nec sustinentes* Liv. III, 22. neque Goerenzii coniecturam de Fin. V, 10. *itaque dicunt nec dubitantes*, cum vulgata *itaque dicunt*, *nec dubitant* scil. *dicere*, idem sit quod *dicunt sine ulla haesitatione*. *Gernh.* Exempla illa *nec opinans* etc. recte Ochsner. p. 223. per *hyphen* defendit; nulla autem sunt Ciceronis exempla, ubi *nec* prorsus pro *non* ponatur, adversatur hoc particulae huius naturae.

sed etiam iucunda] *etiam* om. n. Non male. Est enim gradatio.

quodsi in hoc erro] *in* om. T. M.

quod animos] *qui* E. i. n. u. v. c. Man. 3. MS. Gron. Sed quod dicit Orellius sic esse in Langiana edit. nescio quo errore factum est. Eadem enim usus sum in conferendo, qua Orell. — *quia* Venet. 2.

quod animos hominum immortales esse credam] *quod an. hom. credo esse imm.* d4. — *quod an. immortales hominum esse* E. — *esse immortales* bas. d3. 4. 5. Med. — *credebam v.* Coniunctivus recte positus. Dicit enim haec ita, quasi erroris accusent eum homines, quod credat etc.

lubenter erro] in Cod. B. verba ab altero *erro* usque ad alterum desunt, sed ab alio in marg scripta.

nec mihi hunc errorem, quo delector, dum vivo, extorqueri volo] *nunc error.* d3. — *mihi* om. T.

sin mortuus] *sin morior totus* d4.

ut quidam minuti philosophi censent] *philos. min.* d3. — *minutissimi* d4. e. — om. *minuti v.* — pro *censent* habet *dicunt* supr. ven. lα. — *volunt* ψ. — *Minuti philosophi* dicti sunt ut Brut. c. 73, 256. ait: *Orator praestat minutis imperatoribus*, et ut de Divin. I, 30. *Hunc* (Epicurum) *ergo antepones Platoni et Socrati? qui ut rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos philosophos vincerent — eosdemque plebeios.* Tusc. I, 23, 55. *Licet concurrant plebeii omnes philosophi, (sic enim ii, qui a Platone et Socrate et ab ea familia dissident, appellandi videntur) non modo nihil unquam tam eleganter explicabunt, sed ne hoc quidem ipsum, quam subtiliter conclusum sit, intelligent.* *Gernh.*

nihil sentiam, non vereor, ne hunc errorem meum mortui philosophi irrideant] *nihil eorum sentiam, vereor* d4. — *nil* E. — *non vereor ut* Man. 1. — *philos. mortui* E. bas. Bern. lα. d3. 4. M. w. — *phil. mecum mortui* Man. 1. L. — *mortales phil.* Med. — *philos. morituri* Man. 1. — *phil. irrideant mortui* cod. C. — *philosophi* om.

Quod si non sumus immortales futuri, tamen exstingui
homini suo tempore optabile [est]. Nam habet natura, 17
ut aliarum rerum omnium, sic vivendi modum. Senectus autem aetatis est peractio, tamquam fabulae: cuius

---

Man. 1. La. Goez. inclusit. - *mortui* om. Man. 1. — *irrident* T. — *rideant* Man. 2. — Goezius vocem *philosophi* uncis inclusit, et abest illa ab uno cod. Aldi. Nolim tamen expungi. — Tales enim errores ut vivorum vix quisquam curat praeter philosophos, ita non par erat dicere, se non mortuorum de suo errore iudicium vereri, sed philosophorum mortuorum; in quo est etiam plus acerbitatis, cum ne ipsi quidem quidquam sentiant mortui: recteque Schütziius, ut Facciol. post *irrideant* plene interpunxit. Wetzelius coniungit *mortui* cum *meum*, in quo lateat *mei*, genitivus pronominis *ego*, graece ἐμοῦ θανόντος; quo nihil est contortius, nihil luculento hoc Catonis sermone indignius. *Gernh.*

sumus immortales futuri] *sum immortalis futurus* E. bas.

tamen exstingui homini suo tempore optabile est] *exstingui hominem* b. c. — *oblectabile* b. i. — *delectabile suo tempore est* la. supr. vers. — *delectabile* v. — *tum exst.* d4.

ut aliarum omnium rerum] *sicut* V. — *aliar. rer. omnium* E. d3.

peractio aetatis est] *aetatis est per.* T. bas. Bern. b. B. Eyb. Med. ed. Lips. La. L. P. O. — *est per. aet.* E. d4. c. — *est aet. per.* la. d3. — *aet. per. est* d5.

tanquam fabulae] *tanquam plausus fab.* la.

cuius defatigationem] *defectionem* E. T. bas. Hittorp. cod. Sch. 2. — *fatigationem* e. MS. Verburg. edit. Rom. Guilielmus probat cod. Hittorp. scripturam *defectionem*, quod deficiat histrio, cum eum vox et vires deserant, simile illi, quod paullo ante (cap. 18, 8.) dixerit *in extremo actu corruisse.* Cui Gruterus: mihi vulgata satisfacit. Assentitur Guilielmo Schütz., qui defectionem recepit hoc sensu: cavendum, ne in senectute tanquam in extrema parte fabulae deficiamus, quod fieri facilius possit, quum vitae etiam satietas accedat. Cui Gernhard.: Hanc vero non aetatis defectionem dixisset, cuius culpa tribuenda esset naturae vid. cap. 2, 5. neque *satietas* tam foret senis, sed spectatorum, quod ab hoc loco alienum est. Est vero *aetatis* seu vitae *satietas* ea, quam dixit extremo cap. 20. ut *defatigatio* e gravi vitae opere perfungendo nascitur, nisi studiis animum erigas, ne extremo actu corruas. Ita non opus est mutatione. Comp. c. 11, 36. Phil. V, 20. *Nulla res ei finem caedendi, nisi defatigatio et satietas attulisset.* Graviter propter hanc interpretationem vituperatus est a Wundero p. CXVI—CXVII. Quae an vera omnia sint, videamus. Sententiarum nexum optime Wunderus ita dedit: Cicero hoc unum agit, ut moneat, etiamsi non simus immortales, tamen exstingui homini suo tempore optabile esse, quia vitae terminus a natura constitutus sit. Iam verba *Senectus* — *satietate* nonnisi causam possunt continere, cur homini debeat optabile esse suo tempore exstingui. Ea autem optime a Cicerone haec est reddita, quod defectio virium, quam longinqua aetas necessario adducat, minime iucunda sit, nec optanda, praesertim si omnium rerum, quibus delectari soleant homines, satietate affecti simus. Nunc etiam addita vitae cum fabula comparatio, quam non perceperunt editores, quid sibi velit, facile patebit. Ut

defatigationem fugere debemus, praesertim adiuncta

---

fabulae plures actus sint, sic vitae significat plures aetates esse; extremum autem fabulae actum eodem modo ac vitae, id est senectutem debere comparatam esse; non debere nimis produci, ne languidus fiat et satietatem afferat; eodem modo longiorem senectutem non esse exoptandam, ne vires amittat rerumque omnium satietatem afferat. Probat igitur Wunderus scripturam *defectionem*, quum propter praestantissimorum codicum Erfurt. et Hittorp. [accedunt Trevir. et Basil.] auctoritatem, qui quoties consentiant in aliquam lectionem, toties fere genuinam Ciceronis manum servent, tum quod *unice* a sensu confirmetur duorum illorum codd. scriptura. Postquam V. *D.* sententiarum consecutionem ita ut supra scripsi, docuit, affert pag. CXVII. causam, cur unice sua lectio a sensu confirmetur. Pergit enim: Iam vides *defectionem* egregium praebere sensum, referrique tam ad fabulam posse sic ut *aetatis defectio* sit virium amissio, per longinquam aetatem necessario adducta; fabulae autem languor, qui iusto longius producta fabula efficitur. *Fugere* autem cum iubemur *aetatis defectionem*, hoc nobis praecipitur, ut ne optemus vel exspectemus necessariam illam omnium virium amissionem, quae ex longinqua aetate oriatur, sed potius aversemur, ideoque vitae terminum nobis optemus; eodemque modo *fabulae defectionem fugere* est: non committere, ne nimis producta fabula omni vi destituatur ac languida fiat, sed suo tempore finem ei imponere. Contra *defatigatio* ineptam reddit sententiam, primum quia ad fabulam referri nequit, deinde quod *defatigationem fugere* nihil potest aliud significare quam: *non committere, ne defatigemur;* id quod cum totius loci sententiae adversatur, tum inprimis verbis, quae sequuntur, *praesertim adiuncta satietate.* Recte vituperat Gernhardum, quod verba *cuius defatigationem fugere debemus* ita sit interpretatus: impedire debemus animi exercitatione, quominus vires corporis extremo aetatis tempore consenescant. Esse enim, pergit Wunderus, hanc sententiam alienissimam ab hoc loco, in quo Cicero minime docere velit auditores, quomodo tolerabilem sibi senectutem reddere possint, sed monere, etiamsi non simus immortales, tamen exstingui homini suo tempore optabile esse. Sed videamus, quantum veritatis sit in Wunderi disputatione. Primum argumentum Wunderi, quo defendere studet *defectionem*, docte destruxit Orellius. Ostendit enim ortam pravam istam scripturam ex antiquiore *defatigationem* ut §. 36. codex unus Manut. item pro *defatigatione* habeat *defectione.* Vidimus etiam, non semper codd. Hittorpiani et Erfurt. singulares scripturas esse optimas. Vid. cap. 5, 6. ad verbum *contemplor.* Quae de sententiarum connexu et vero loci sensu dicta sunt, recte disputavit Wunder. Sed tamen non defendam scripturam *defectionem.* Primum enim vere monuit Orellius, non satis recte dici posse *fabulae defectionem* pro languore, quem afferat fabula nimis producta. Nusquam autem inveni locum, ubi ita scriptum sit. Etenim non *fabula deficit* sed *actores deficiunt,* quum eos vox et vires deficiunt. Vid. Cic. ad Fam. VII, 1, 6. Hoc unum me moveret ad reiiciendam vocem defectionem, nisi alia etiam essent argumenta oppositionis. Nam ut concedam dici posse *defectionem fabulae*, manca tamen esset sententia. Nam unde efficies *fabulam ipsam* afferre defatigationem, nisi nimia actus extremi longitudo accedit, de qua nihil h. l. dictum est; deinde obstat vox *satietatis* quae non ad *actorem*, sed ad *spectatores* pertinet. Haec si spectas, tota comparatio claudicat recepta voce *defectionis.*

satietate. — Haec habui, de senectute quae dicerem; 18 ad quam utinam perveniatis! ut ea, quae ex me audistis, re experti probare possitis.

Denique quid cogit *cuius* referre ad proxime praecedentem vocem *fabulae*. Nil, opinor. Immo ne posse id quidem fieri contendam [sic censet etiam Orell.], quum disputationis consilium sit ostendere nihil mali esse in morte, optabile enim esse iusto tempore homini mori, ne nimia defatigatio animi et corporis prorsus inutilem faciat ad res humanas gerendas praesertim si accedat vitae satietas. Eodem modo cavendum esse spectatoribus nimiam defatigationem, quae oriatur ex nimia extremi actus longitudine. Sed aliud est, quod me magis turbat, quam vocis *defatigationis* defensio. Quomodo interpretemur verba *fugere debemus*, quum eo quod mortem non optamus, non effugitur defatigatio. Mihi quidem ex Stoicorum sententia haec videtur dixisse, qui mortem voluntariam iusta causa conscitum probabant. Vid. ad init. cap. 20. et ad eiusdem capitis §. 3. Aliam libenter profiteor ignorare interpretationem. Sic nihil mutandum censeo.

Haec habui de senectute quae dicerem] *habui haec* d1. r. v1. 2. α1. a1. f. h1. Lall. Sed vid. finem libri de Amicit. — *quae scriberem* cod. C. Eodem modo in libro de Amicit. cod. Lips. α. (est idem, in quo noster dialogus) *quae scriberem*, unde ad Laelii locum suspicatur Beier. verba *quae dicerem* esse ab interprete. Sed recte vidit Gernhardus, scribam fuisse immemorem Catonis haec esse loquentis, non Ciceronis. Unde nihil eiiciendum. — *dicerem vobis* Oxon. e.

utinam] om. *v*.

ut ea, quae ex me audistis, re experti probare possitis] *ut quae* cod. C. — *audivistis* d4. e. — *re* om. ψ.

EXCURSUS I.

Ad Caton. Maior. cap. 2, 6.

Disputatur, quae sit vera verborum collocatio in formulis *quis est enim*, *quis est igitur*, *quis autem est* **etc.**

Vehementer etiam nunc certatur, quae sit vera verborum collocatio in coniungendo verbo substantivo *esse* cum particulis *enim*, *autem*, *vero*, *igitur*, *ergo*. [Vid. Zumpt. Gramm. Lat. §. 355. ed. 5. Ramshorn. §. 197. I. b. 2. p. 630. Krebs. §. 511.]. Nam ubicunque de his formulis dictum est, nubes exemplorum eius ordinis, qui cuique maxime probaretur, congesta reperitur. Pauci sententiae suae rationem attulerunt. Plurima exempla coacervarunt Vir Ill. Schaeferus in Praefat. ad Plin. Epp. p. XI—XIV. et Beierus ad quamque fere Ciceronis librorum, qui sunt de Officiis scripti paginam. Idem V. D. ad Laelii plures locos hac de re disputavit, ita tamen, ut, quum ubique fere deleverit verbum substantivum, nullum certum eius sit iudicium. Fuit etiam ante annum vir quidam φιλομαθής, qui certam normam se putaret invenisse, quam propositam in Diariis Scholast. ab anno 1827. II, 26. p. 204. seq. repetiit Iahn. in Annal. philol. et paed. 1827. part. I. fasc. 3. p. 115. Sed nullis haec commentatio nititur argumentis. Facile est autem innumerabiles locos colligere, sed eorum, quae adhuc ex Cicerone collecta habemus exempla, nullum fere sine lectionis varietate est notatum. Quod quum ita sit, difficillimum est, aliquid certi proponere. Nam quae possunt scribi leges, necessario ex ipsis Ciceronis scriptis petendae. Unde intelligitur, qui nullis auctoritatibus utentes, ex sua ratione sibi leges confingunt, non recte agere. Haec est enim cuiusvis singularis elocutio, non Ciceronis. Quare angustioris animi volo videri, quam audacioris. Sequor enim has leges, quas ex Ciceronis libris, qui sunt de Republica scripti, cognosse mihi videor, notatis locis omnibus, ut veri inveniendi probabilem certe rationem haberem.

Maiorem enim fidem, quam reliqua Ciceronis scripta, merentur ii libri, quorum contextus non ita est corruptus describendis innumerabilibus exemplaribus; cuius rei hoc est testimonium, quod unus tantum huius libri ad nostra tempora pervenit codex, qui est vetustissimus. Unde in his libris verum formulae, de qua diximus, ordinem servatum censeo. Cuius nunc exempla et rationem afferam. Et mirum quidem, quod, quas scripsit leges Krebs. l. c. eas his libris confirmatas vidi. Sunt autem loci hi:

Cic. Rep. I, 26, 42. *Quum penes unum est omnium summa rerum, regem illum unum vocamus et regnum eius reipublicae statum. Quum autem est penes delectos, tum illa civitas optimatium arbitrio regi*

dicitur. Illa autem est civitas popularis (*sic enim appellant*), *in qua in populo sunt omnia.* 27, 43. *Si Cyrus ille Perses iustissimus fuit sapientissimusque rex, tamen mihi populi res* (*ea enim est, ut ante dixi, publica;*) *non maxime expetenda fuisse illa videtur, quum regeretur unius nutu ac modo.* II, 25, 45. *Hic ille iam vertetur orbis, cuius naturalem motum atque circuitum a primo discite agnoscere. Id enim est caput civilis prudentiae, in qua omnis haec nostra versatur oratio, videre itinera flexusque rerum publicarum, ut, quum sciatis, quo quaeque res inclinet, retinere aut ante positis occurrere.*

I, 2, 3. *Quae est enim* [sic de certissima coniectura pro *etenim* legit Orell.] *istorum oratio tam exquisita, quae sit anteponenda bene constitutae civitati publico iure et moribus?* 32, 49. *Quid est enim civitas, nisi iuris societas?* III, 11, 19. *Scelus est igitur, nocere bestiae.* II, 15, 28. *Verene — hoc memoriae proditum est — regem istum Numam Pythagorae ipsius discipulum, an certe Pythagoreum fuisse? — neque vero satis id annalium publicorum auctoritate declaratum videmus. — Falsum est enim — id totum.* 21, 37. *Nunc fit illud Catonis certius, nec temporis unius nec hominis esse constitutionem rei publicae: perspicuum est enim, quanta in singulos reges rerum bonarum et utilium fiat accessio.* 26, 47. *Hic est enim dominus populi, quem Graeci tyrannum vocant: nam regem illum volunt esse, qui consulit ut parens populo.* I, 28, 44. *nullum est enim genus illarum rerum publicarum, quod non habeat iter ad finitimum quoddam malum praeceps ac lubricum.* 25, 39. *Eius* (multitudinis hominum) — *prima causa coëundi est non tam imbecillitas, quam naturalis quaedam hominum quasi congregatio: non est enim singulare nec solivagum genus hoc, sed ita generatum, ut ne in omnium quidem rerum affluentia* (*tia* suppleverunt recte interpretes. Cetera desunt, quorum sententia aperte haec fuit: *solum esse velit*). 45, 69. *Non est enim causa conversionis, ubi in suo quisque est gradu firmiter collocatus, et non subest, quo praecipitet ac decidat.* Quae exempla quum inter se comparavissem, eas scribendi normas poni posse intellexi, quas ita posuit Krebs. l. l.

I. *Si Subiectum praeponitur et Praedicatum sequitur, particulae Subiectum sequuntur; quod maxime fit in definitionibus.* Vid. locos supra laudatos I, 26, 42. 27, 43. II, 25, 45. Causa haec est, quod nulla ordinem mutandi est necessitas, quae ubi deest, particulae secundo loco ponuntur; prima enim sedes non assignata est iis a Romanis.

II. *Si antecedit Praedicatum, sive est Substantivum, sive Adiectivum vel Participium, et sequitur Subiectum, particulae postponuntur Verbo substantivo.* Idem fit *in iis enunciatis, in quibus Subiecto praeposito sequitur Praedicatum, quod integrum enuntiatum continet, inductum per pronomen relativum, aut per particulam quin, quae enuntiationis relativae locum obtinet.* Eandem legem sequuntur *enuntiata interrogativa et negativa.* Causa est haec, quod Romani, ubi orationi nihil suavitatis detrahitur, arcte coniungere solent verbum substantivum cum Substantivo, Adiectivo, Pronomine, Participio et Negatione. Veluti: *scelus est, falsum est, nullus est, moriendum est, nihil est* etc. Particulae autem, si, quae praecedunt, non facile possunt divelli, secundo vel tertio vel quarto loco poni possunt, et si necessitas est, longius etiam reiici. Vid. Goerenz. ad Cic. de Finib. I, 18, 61. p. 86. a. Sic *ne — quidem* duobus verbis interiectis legitur ap. Cic. Ep. ad Attic. II, 19. Unde non est mirum, tertio loco interdum poni particulas, quarum propria sedes est secunda. Exempla huius ordinis supra dedi. Vide enim I, 2, 3. 28, 44. 25, 39.

32, 49. 45, 69. II, 15, 28. 21, 37. 26, 47. III, 11, 19. Quodsi haec exempla incorrupta putamus, non dubito reliquorum Ciceronis scriptorum exempla sine codicum auctoritate ad leges modo propositas emendare. Quare me nunc poenitet nostri de senectute libelli cap. 2, 6. non cum Orellio recepisse hunc ordinem: *Quid est enim aliud Gigantum modo bellare cum diis, nisi naturae repugnare.* Cap. 7, 9. *Nemo est enim tam senex, qui se annum non putet posse vivere.* Sic scribendum censet Krebs. l. c.

EXCURSUS II.

De formulis *usu venire* et *usu evenire*.

ad Caton. Maior. 3, 2.

Multum disputatum est a VV. DD. de formulis *usu venire* et *usu evenire*, quarum alteram *usu evenire* sunt qui Latinam esse negent, alii differentiam invenisse sibi visi sunt. Sed nemo, quod sciam, ante Lindemannum, Virum Clarissimum, qui anno 1826. mense Maio de harum formularum origine, usu et differentia libellum conscripsit, quo orationem in gymnasio Zittaviensi celebrandam indixit [repetendam hanc commentationem nescio quis curavit in Seebode Archiv für Philol. und Pädag. 1. Jahrg. 5. u. 6. Heft p. 136. Ipse Lindemann. eam ad calcem editionis librorum ad Herenn. repetiit], rem diligentius examinavit. Orellius Analectorum ad Cic. de Finib. V. §. 4. Opp. Cic. Vol. IV. P. I. p. 573. copiosius se dixit aliquando disputaturum in edendis Praelectt. F. A. Wolfii ad Tuscul. I. §. 73. nubemque exemplorum Lindemanno oppositurum.

„Primus fuit Oudendorp. qui in nota ad Cic. de Inv. lib. I, 10. plerisque in locis, quae excitavit, *usu venire* repositum volebat, discrimen tamen inter formulas *usu venit mihi* et *usu evenit mihi* esse statuebat; sed quale illud esset, docere non instituit. Secutus est Goerenz. in not. ad loc. e Cic. de Fin. V, 2. qui sic pronuntiavit, formulam *usu venire* tum poni, si, quae accidant. certis quibusdam conditionibus fere semper et certa quadam ex regula veniant; quod secus esse in verbo composito. Hic tamen, ut solet, diligentiorem disquisitionem in aliud tempus distulit, neque adhuc promissis suis stetit. Eum excepit Bremius in nota ad Corn. Nep. XXIII, 12, 3. [ubi plures qui de re disputarunt, laudat Daehne]. Is formulam *usu evenire* Latinam esse negat, nullam interserens causam, nisi quod plerumque meliores codd. in altera illa *usu venire* consentiant. Tum iterum Goerenz. cognita hac Bremii sententia, in additamentis ad calcem editioni suae libri de Finibus subiectis p. 703. haec annotavit, quum more, sorte, casu evenire dicatur, non intelligi, quidni etiam *usu evenire* dici possit. Quae comparari posse negat Gernhardus in animadversione ad Cic. Caton. Maior. c. 3. p. 17. propterea, quod illi ablativi *more*, *sorte*, *casu* caussam eventus significent, *usu* autem ubi in illa formula caussae habeat significationem, locum se reperisse nullum. *Usu* autem *venire* esse *usui et experientiae hominis se offerre.* Ultimo autem loco et novissimo tempore de hac formula monuit Io. Casp. Orellius in novissima Ciceronis editione

in nota ad Cic. librum de Inv. I, 44., qui haec: *Subtilius, quam verius discrimen esse censeo, quod nuper viri quidam docti inter v. usu venire et usu evenire statuere tentarunt. Immo usu evenire non magis puto Latinum esse, quam usu accidere, usu contingere, quae ipsa sibi repugnant neque ab homine sano coniungi poterant. Itaque usu evenire librariis debetur, qui venire hoc sensu usurpatum non concoquerent.* Sunt verba Lindemanni l. c. Eandem sententiam repetiit brevius Orellius in omnibus Ciceronis locis, ubi hae formulae confusae leguntur.

Recte Lindemannus contra Orellium monet, ubicunque alterutra formularum legatur, codices manu exaratos inter utramque fluctuare. Unum tamen locum dicit esse, in quo codices adhuc collati in lectione *usu evenire* conveniant, qui locus exstet ap. Cic. de Fin. V. cap. 2. [§. 4.], qui ita sit comparatus: *Ego autem tibi, Piso, assentior, usu hoc evenire, ut acrius aliquanto et attentius de claris viris, locorum admonitu, cogitemus.* Sed si fides est collatori Goerenzio, in codd. Spirens. et Erlang., qui sunt inter optimos, plane scriptum est *venire*, non *evenire*, ut dicit Lindem., omissa casu voce *usu*, quam recte restituerunt editores. Quare ex hoc certe loco effici non poterit, id quod conatus est Lindem. V. D., formulam *usu evenire* non minus bonam esse et usitatam apud Ciceronem, quam alteram *usu venire*. Ita enim Lindem.: Ita MSS. omnes, nisi quod duo eorum, quos Goerenz. contulit, vocabulum *usu* abiiciunt, quae res magis etiam confirmat lectionem *usu evenire*. Iam interpositum *hoc* ostendit, non posse locum habere compositum vocabulum *usu venire*, quod dirimi nequit. Dicit nimirum idem V. D. *usu venit* compositum efficere vocabulum, extrito *s* ex *ususvenit*, quod eodem modo formatum sit, ut *multimodis* ex multis *modis* [Vid. Goerenz. ad Cic. de Fin. Addend. ad p. 245. text. l. 8. p. 699.]; atque unam tantum efficere notionem. Antiquam enim dictionem, quam Scenici maxime frequentent, docet esse *usus venit*, quod nihil aliud sit, quam *res ita fert, ipso experimento obviam est*, tum *res postulat, opus est.* ut Plaut. Cist. I, 2, 28.

Si quid usus venerit,
Meminisse ego hanc rem vos volo.

pro qua etiam dicatur *usus est*, ut Cic. Tusc. Disp. IV, 3. in. *Sed de ceteris studiis alio loco et dicemus, si usus fuerit, et saepe diximus.* [Comp. Cato R. R. 102. *idem hoc, si usus venerit, homini facito*] „*Usus* enim, inquit, nihil aliud est, quam *ipsa rei perceptio, rei experimentum, der Gebrauch einer Sache;* quapropter *usus venit* proprie debet esse *der Gebrauch kommt, usus, perceptio rei, rei ipsius experimentum offertur.* Unde facilis erat transitus ad illam antiquis usitatiorem notionem, ex qua *opus est* significabat. Prior illa deinde magis fuit usitata et fortasse sola, quae seriori tempore obtineret. [nempe: *experiri, experimento sentire*]. Nullus autem est apud Plautum et Terentium locus, ubi *usus venit*, pro quo etiam *usuvenit* in codd. legitur, dicatur pro eo, quod est *evenit* vel *accidit*. Nam in uno Phormionis apud Terent. loco I, 2, 23. aliud notat. Ibi est:

D. *O Geta, provinciam*
Cepisti duram. G. *Mi usus venit hoc, scio,*
Memini relinqui me deo irato meo.

Ad quem locum Faërnus notat, omnes antiquos libros exhibere *usus venit*, solum Bembinum librum *usus evenit;* Bentleius autem, suos omnes, uno excepto, praestare *usu venit.* Sensus autem alius esse non potest, nisi: *usu atque experimento edoctus didici.* Non igitur *evenit*, neque *accidit* significat.“ Hactenus Lindemannus, qui

hanc formulae *usu venire* originem esse vult. Ex his efficit *usu venire* esse *experiri*, *se offerre usui; usu mihi venit*, *ἀποπειρῶμαι*. In formula *usu venit* usus vocabuli notionem praevalere, casus nullam vel exiguam notionem obtinere. Itaque *usu venit* esse *τῷ πράγματι ἔνεστι*, et notare *rem ita ferre*, *ipso experimento ita fieri debere*. Quae quum ita sint, videndum ait esse, ne iis in locis, ubi parum accommodata sit formula *usu venire*, altera illa *usu evenire* poni debeat. *Evenire* autem per se habere exitus alicuius indicationem, ut sit *exitum aliquem habere*, *ἀποβαίνειν*. Et quia, quae exitum habeant vel habere dicantur, a caussis quibusdam pendere cogitentur necessario, etiam caussae significationem subesse huic verbo, quam significari appareat praepositione verbo addita. Esse enim *evenire* *venire ex aliqua re*. Ubicunque igitur *evenire usu* dicatur, aut exitum habere aliquid hunc vel illum, aut venire aliquid ex usu et propter usum, intelligendum esse. Ut igitur *more evenit* significet: es geschieht der Sitte gemäss; sic *usu evenit* esse: es geschieht dem Gebrauche gemäss, i. e. *fit ita*, *quoniam usus ita fert*, quoniam usu receptum est. Hic *fieri* aliquid et quidem *casu* fieri dici, quanquam hac conditione, ut fiat, quum *utamur;* etsi *usu mihi venit* significet *experior*, *offert se mihi*, sic simpliciter; e contrario *usu evenit mihi* aut accidit mihi, quoniam usu ita fieri solet, aut ita tandem evadit res usu volente; h. e. aut: es geschieht dem Gebrauche gemäss, aut: es wird daraus, es kommt noch so, da es so zu kommen pflegt. *Usu mihi evenit τῇ χρήσει ἀποβαίνει*, *ἐν τῷ βίῳ συμβαίνει*. In formula *usu evenit* magis *eventus* notionem, qui fiat casu, ostendi, non tamen sine quadam *usus* conditione. *Usu evenire* plenam habere eventus indicationem, ut significare debeat, rem accidere sic vel aliter, si usus eius rei veniat, si ea in vita utamur. Explicandae rei causa hoc affert Cic. or. pr. Quinct. cap. 15. *Nam quid homini potest turpius*, *quid vero miserius aut acerbius usu venire; quod tandem evenire dedecus*, *quae tanta calamitas inveniri potest?* Ad quem loc. Lindem. haec: „h. l. haud dubie, quia ante de consuetudine sermo fuit deque eo, quod inter homines usu receptum esset, formula haec: *quid homini potest miserius atque acerbius usu venire* singularem quandam et peculiarem notionem habet, quam postea tamen variat scriptor, additis reliquis. Ea autem nulla alia esse potest, nisi haec: *Quid homo potest ipsa re et experimento turpius*, *quid miserius et acerbius intelligere.* Si dixisset *usu evenire*, hoc tantum dixisset *accidere in vita;* quum vero dixit *usu venire*, manifestum est, hoc eum voluisse: nihil intelligere ipso experimento potest homo, quod sit turpius, miserius, acerbius; quo eodem facit *vero*, quod subiungitur alteri *quid*, quodque significat, re vera aliter non esse, quod ipsum apprime facit ad sententiam a nobis iam propositam."

Corn. Nep. Hannib. 12, 3. *Hannibal enim uno loco se tenebat in castello*, *quod ei ab rege datum erat muneri; idque sic aedificarat*, *ut in omnibus partibus aedificii exitum sibi haberet*, *semper verens*, *ne usu eveniret*, *quod accidit*. Hic Lindem. haec notavit: „Ita scribendum censeo. *Ne usu eveniret* est: ne res hunc tandem exitum haberet, ne hoc sibi in vita accideret, quod re vera accidit. Non hoc loco scribi potest: *ne usu veniret*, quod significaret: ne ipsa re ferente disceret. Quid hoc rei est? Aut quid *usus* in hac caussa negotii habet? Saepe autem coniungi videmus *evenire* et *accidere*. Veluti Cic. de Nat. Deor. I, 21, 59. *Non igitur ille*, *ut plerique*, *sed isto modo*, *ut tu*, *distincte*, *graviter*, *ornate*. *Sed quod in illo mihi usu saepe evenit*, *idem modo*, *quum te audirem*, *accidebat*, *ut moleste*

ferrem, tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leves, ne dicam in tam ineptas, sententias incidisse. Ibi *mihi usu saepe evenit* est: saepe inter usum illarum rerum et tractationem mihi accidit; pariterque ibi vocis diremptio ostendit, compositum *usu venire* non posse habere locum. Scribitur vulgo quidem h. l. *usu venit*, quo iure, facile ex supradictis intelligetur. Sic apud eundem Cic. Ep. ad Div. VI, 21, 2. *Timebam enim, ne evenirent ea, quae acciderunt.* Ita plane dicere debebat; nam hoc loco, ut *usus* vocabulum adiiceret, nulla erat caussa; sed *eventum*, h. e. rei exitum spectabat solum, quod in seqq. ostendit: *idem nunc nihil timeo, et ad omnem eventum paratus sum.*" Haec Lindemannus. Sed vehementer doleo, quod non possum assentiri Viro Doctiss. cuius maxima apud me debet esse reverentia, quippe qui optimarum literarum olim dux mihi fuerit magnus. Si quid coniicere licet, Orellius Lindemanni disputationem non omni ex parte intellexit, quippe quae interdum paullo sit obscurior. Primum enim, in quo sunt omnia, obscurus fuit in definienda Ablativi *usu* significatione in formula *usu evenire.* Duplicem ei vim assignare videtur, quum dicit: *usu evenit mihi* aut accidit mihi, *quoniam usu ita fieri solet*, aut ita tandem evadit res *usu volente;* h. e. aut: es geschieht dem Gebrauche gemäss aut: es wird daraus, es kommt noch so, da es so zu kommen pflegt. Primae explicationis ratio ablativum causalem significare videtur; e. c. *usu evenit*, es geschieht durch den Gebrauch; in altera inest vis ablativi absoluti: v. c. *usu evenit* es geschieht beim Gebrauche.

Primam significationem intellexit Orell. ut ex eius nota patet ad Cic. de Inv. I, 44. (vid. p. 225.). At non recte comparavit haec: *usu accidere, usu contingere*; quae recte negat Latina esse. Nam *accidere* ea dici, quae casu fiant, unde sibi repugnent verba *usu* et *accidere* vel *contingere*, nec a sano homine possint coniungi. At verbum *eveniendi* non ipsum habet fortuiti notionem, sed simpliciter significat: *ex aliqua re venit.* Quod nisi ita esset, non coniungerentur cum hoc verbo voces *more, plerumque, forte. More evenit* est apud Terent. Andr. IV, 2, 13. *plerumque evenit* Cic. pr. Planc. 6, 15. *forte evenit* Terent. Phorm. V, 1, 31. Ipsa igitur illa coniunctio *usu evenit* non est soloeca; sed vitata videtur a Romanis, quod verbo composito non erat opus. Nam eodem iure dici potest *usu venit* es kommt durch den Gebrauch, quo diceretur *usu evenit.* At primum nullum certum est exemplum formulae *usu evenire*, deinde haec significatio in his certe locis, quae attulit Lindem., etiamsi certa esset scriptura, *usu evenit* non habet locum, idque prius viderat Gernhard. ad Caton. Mai. l. c. Accedo ad alteram significationem, quae ex Lindemanni sententia est: *inter usum evenit* i. e. *inter usum accidit, accidit usu volente, accidit, si re, qua de sermo est, utimur.* Sed si verum volumus fateri, ne haec quidem notio neque exemplis a Lindemanno laudatis, neque aliis potest confirmari. Primus locus, qui est apud Cic. de Fin. V, 2. huc non pertinet. Vid. p. 226. Secundus est de Nat. Deor. I, 21, 59. *Non igitur ille, ut plerique, sed isto modo, ut tu, distincte, graviter, ornate. Sed quod in illo mihi usu saepe evenit, idem modo, quum te audirem, accidebat, ut moleste ferrem, tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leves, ne dicam in tam ineptas, sententias incidisse.* Interpretatus est eum Lindem. ita: *saepe inter usum illarum rerum et tractationem mihi accidit. In illo* refertur ad Zenonem ipsum. Videmus autem claudicare ista, si vertis: allein was bei ihm mir oft, wenn ich mich seiner bediente, geschah, dies begegnete mir eben, als ich dich hörte. Longe rectius est, si cum Orellio legis *quod*

in illo mihi usu saepe venit, quae cur ita interpreter: was mir bei ihm oft begegnete, mox indicabo. Tertius locus reperitur ap. Cornel. in vit. Hannib. 12, 3. *Hannibal enim uno loco se tenebat in castello, quod ei ab rege datum erat muneri; idque sic aedificarat, ut in omnibus partibus aedificii exitum sibi haberet, semper verens, ne usu eveniret, quod accidit.* Interpretatur Lindem.: ne res hunc tandem exitum haberet, ne hoc sibi in vita accideret, quod re vera accidit. Praetermisit vocem *usu*, quae non frustra posita est. Et si vertis: immer fürchtend, es möchte ihm beim Gebrauche das begegnen, was ihm wirklich begegnete, videbis recte Lindemannum ipsum haec notasse: „quid *usus* in hac caussa negotii habet? Solus *eventus* spectatur, qui idem est in formula *usu venire.*" Retineo igitur cum Daehnio *usu veniret.* Hae duae significationes quum non possint in interpretandis singulis locis adhiberi, non video, quae tertia formulae *usu evenire* defendendae afferatur ratio. Facio igitur cum Orellio, qui Latinam negat formulam *usu evenire.* Sed aliam ob causam me ita sentire, modo significavi. Restat ut de ultima *ratione* dicamus, qua Lindem. defendere studet hanc formulam. Est illa etymologica. Nam quum, ut supra vidimus, ortam censeat Vir Cl. formulam *usu venire* ex *usus venit* extrita litera *s* vid. p. 225., consentaneum fuit putare, haec duo verba, unam quasi notionem efficientia, non posse aliis verbis interpositis divelli. Quod ubi factum vidit, recte secundum suam rationem alteram formulam *usu evenire*, quae, quum non sit composita, potest verbis interiectis disrumpi, reponendam esse censuit. Sed quaeritur possitne alia formulae *usu venire* origo inveniri, id quod nunc enodare conabor. Nam si verum est *usu evenire* non esse Latinum, *usu venire* autem compositum efficere vocabulum, quod dirimi verbis interiectis nequeat, quid facias his exemplis, in quibus aliqua vox formulae *usuvenire* interposita reperitur, quae satis certa sunt? Sequitur ut alia formulae sit origo, ex qua possint verba dirimi. *Usu venire* ablativo casu dictum: durch den Gebrauch kommen vel beim Gebrauche, dadurch, dass man sich einer Sache bedient, non reperitur apud scriptores. Necesse est igitur, ut *usu* in hac formula ablativo casu usurpatum negemus et alium eiusdem terminationis casum quaeramus, quem quum sagacissime odoratus sit Goerenz. ad Cic. de Finib. III, 17, 58. p. 386. a. miror cur his veri inveniendi vestigiis insistere noluerit, quod si fecisset, omnis lis diu esset composita. Is enim recte agnovit antiquam Dativi formam in *u* literam terminantem pro *ui*, de qua vid. Goerenz. l. c. Zumpt. Gr. Lat. §. 81. Otto Schulz. §. 27. 7. Rudd. T. I. p. 103. not. 47. Struve über die lat. Deklin. u. Konjug. §. 7. II. 3. Ipsam formam *usu* habet Lucret. III, 984. Hoc si tenemus, formula *usu venire* i. e. *usui venire* proprie significat: *Es kommt für den Gebrauch, es kommt zum Gebrauche* h. e. *usui se offert, es bietet sich dem Gebrauche dar, venit rei usus, accidit.* Hanc significationem recte intellexit Gernhardus ad Cic. Cat. Mai. l. c. unde nostra omnis disputatio est orta. Optime haec notio ad omnes quadrat locos, in quibus haec formula legitur, neque offensio est in constructione si dicitur *mihi hoc usu venit.* Est enim *mihi hoc usui venit.* Unde intelligitur, cur non minus recte dici possit *venit usu* inverso ordine, ut est apud Cic. Ep. ad Att. XIV, 12. *Nam venit idem usu mihi, quod tu tibi scribis.* Gell. N. A. XIX, 12: *ne profecto id accidat, quod cuipiam Thraco insipienti et rudi, in agro, quem emerat, procurando, venisse usu fabula est.*

Iam singulos videamus locos, ut sententiam nostram comprobemus. Aequum est hunc primum laudare locum, qui quasi ansam

disputationis dedit. Leguntur apud Cic. in Cat. Mai. cap. 3, 2. haec verba: *Saepe — interfui querelis aequalium meorum — quae — deplorare solebant: tum quod voluptatibus carerent, sine quibus vitam nullam putarent; tum quod spernerentur ab iis, a quibus essent coli soliti. Qui mihi non id videbantur accusare, quod esset accusandum. Nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usu venirent reliquisque omnibus maioribus natu.* Quorum pars ultima ita est interpretanda: denn wenn dies durch die Schuld des Alters sich ereignete, würde mir und den übrigen allen, welche älter sind, sich dasselbe dem Gebrauche darbieten. h. e. uterer iisdem rebus, eadem mihi acciderent. Saepe autem *accidere* et *usu venire* coniuncta reperiri, docent exempla a Lindem. allata. Vid. p. 227. Est tamen quaedam differentia inter verbum *accidere* et formulam *usu venire*, haec enim de rebus usurpatur, quae alicui usui se offerunt, refertur igitur ad personam; illa simpliciter significat fieri aliquid, evenire aliquid, non ratione hominis habita. *Evenire* autem et *accidere* quamquam, quod ad originem attinet, differunt, usu tamen promiscue usurpantur. Pergimus ad reliqua exempla: Cic. de Inv. I, 10, 14. *Deliberativa causa simul ex eadem parte, eodem in genere, et coniecturalem, et generalem, et definitivam, et translativam solet habere constitutionem, et unam aliquando, et plures nonnunquam. — — Idem in demonstratione solet usu venire.* 43, 80. *Quod pro credibili sumptum erit, id infirmabitur — aut erit omnino incredibile — si, quod in quibusdam rebus, aut hominibus accidit, id omnibus dicatur usu venire.* 54, 104. *Duodecimus locus est, per quem indignamur, quod nobis hoc primis acciderit, nec alicui unquam usu venerit.*

I de Orat. 40, 183. *Quid, quod usu, memoria patrum, venit, ut paterfamilias, qui ex Hispania Romam venisset, quum uxorem praegnantem in provincia reliquisset, Romaeque alteram duxisset, neque mentium priori remisisset, mortuusque esset intestato, et ex utraque filius natus esset; mediocrisne res in controversiam adducta est?* Brut. 64, 229. *quamquam id quidem omnibus usu venire necesse fuit, quibus paullo longior vita contigit, ut et cum multo maioribus natu, quam essent ipsi, et cum aliquanto minoribus compararentur.* Sequitur locus ex orat pr. Quinct. 15, 49. de quo disputavit Lindem. Vid. p. 226. Habet autem ita: *quid homini potest turpius, quid viro* (sic pro *vero* dedit Orell.) *miserius aut acerbius usu venire? quod tantum evenire dedecus, quae tanta calamitas inveniri potest?* pr. Rosc. Amer. 15, 42. *Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque accusatione, idem mihi usu venit in causa optima.* pr. Q. Rosc. Com. 11, 30. *Quod item nuper in Erote comoedo usu venit; qui posteaquam e scena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur, sicut in aram, confugit in huius domum.* in Verr. V, 39, 101. *Causam sibi dicendam esse statuerat iam ante, quam hoc usu veniret, ita ut ipsum priore actione dicere audistis.* de Finib. I, 3, 8. *Sed ex eo credo quibusdam usu venire, ut abhorreant a Latinis, quod inciderint in occulta quaedam et horrida, de male Graecis Latine scripta deterius.* V, 2, 4. hunc locum affert Lindem. Vid. p. 226. Est autem ita: *Ego autem tibi, Piso, assentior, usu hoc venire, ut acrius aliquanto et attentius de claris viris locorum admonitu cogitemus.* Vid. Orelli Opp. Cic. Vol. IV. P. I. p. 221. Tusc. Disp. I, 30, 73. *Nec vero de hoc quisquam dubitare posset, nisi idem nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis saepe usu venit, qui quum acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent.* I de Nat. Deor. 21, 59. Vide de h. l. Lindem. disputantem p. 226. Leguntur ibi haec verba: *Sed quod in illo mihi usu saepe venit, idem modo, quum te audirem,*

accidebat, ut moleste ferrem, tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leves, ne dicam, in tam ineptas sententias incidisse. Off. III, 8, 15. *quod item in poematis, in picturis usu venit in aliisque compluribus, ut delectentur laudentque ea, quae laudanda non sint.* Ep. ad Attic. XIV, 12. *Nam venit idem usu mihi, quod tu tibi scribis.* ad Fam. III, 8. *Quum praesertim mihi usu venturum non arbitrarer, ut ego quoque absens a te defendendus essem.* Omnia scripsi ex recognitione Orellii, qui ubique dedit *usu venire* et ratione motus et optimorum codd. auctoritate, cui tamen non multum tribuo, quum in nostro ipso de senectute dialogo optimi codd. pravam exhibeant scripturam. In omnibus autem exemplis, quae modo attuli, accidendi vim sine ulla difficultate recte posse adhiberi, videbis, si diligentius examinaveris. Quod longe aliter esse intelliges, si Lindemanni rationem sequare. A quo maximo opere peto ut quae a me dicta sunt, sine ira et studio disputata putet.

ANALECTA.

Cap. I, 1. vers. 2. Quum optimi codd. tueantur vocabulum *praemi* pro *pretii* non dubitavi id recipere, quamquam negari non potest, utramque vocem saepe ab optimis scriptoribus confundi. Vid. Frotscher. ad Quinctil. X, 7, 17. p. 210. b. Hess. ad Tacit. Germ. c. 24. Ruhnk. Dictat. ad Terent. Andr. I, 1, 12. Gron. Obss. II, 25. Drakenb. ad Liv. XXVI, 40, 15. Walch. ad Tac. Agr. p. 108. De differentia vid. Goclen. Obss. Lat. Ling. p. 272. ed. Lips. 1624. Auson. Popma Differ. Verb. p. 352. ed. Hekel. Lips. 1694.

Cap. II, 4. Magna scripturae diversitas in verbis *tanta est stultitiae inconstantia atque perversitas* inde est orta, quod scribae nesciebant, abstractum pro concreto esse positum, hoc modo: *tanta est stultorum inc. atque perv.* Optima est igitur codicis regii Parisini lectio, quam recepi.

Cap. V, 2. *accepimus*] al. *accipimus*. Sed quae dixit Krebs. Gr. Lat. §. 448. 4. nunc mihi non probantur, quia optimi codd. saepissime adversantur. Ita potius dicendum. Praesens ponitur ἀοριστῶς ut in verbo *audire* vid. ad cap. 10, 34. Perfectum simpliciter narrat, quod factum est. Unde ex optimorum codd. consensu est iudicandum, nec cum Orell. ad Cic. Brut. 86, 295. V. I. P. I. p. 441. prorsus reiiciendum *accipimus*.

Cap. VI, 5. *Nihil — afferunt — similesque sunt.*] Quod dixi *que* h. l. significare *sed* post negationem, id ne quis perperam a me dictum putet, provoco ad ea, quae Matth. ad Cic. or. pr. Rosc. Amer. §. 10. his verbis dicit: Latini saepe particulam simpliciter copulantem ponunt, ubi nos adversativa utimur. Cfr. Kritz. ad Sall. Cat. 4, 2. p. 24. Multa exempla habet Wopkens Lectt. Tull. p. 75. Praeterea moneo Billerbeck. legendum esse coniecisse: *similiterque faciunt*, ὅμοιον ὡς εἰ. Male!

Cap. VII, 7. *Obmutescere*] Wopkens. Lectt. Tull. p. 252. affert ex nostro loco *obtumescere* miro errore.

Cap. VIII, 2. *Atque in ea quidem, quae non vult, saepe etiam adolescentia incurrit.*] Dixi ad h. l. me plura disputaturum in Analectis. Cuius rei causa haec est, quod duplici modo

hunc locum intelligi posse putabam. Possit enim aliquis dicere, plenam orationem debere ita esse: *atque in ea quidem, in quae non vult incidere senectus, saepe etiam adolescentia incurrit.* Dicturus igitur eram de omissa praepositione in enunciatio secundario. Sed meliorem ipse sentio esse interpretationem: *atque in ea quidem, quae non vult videre senectus, saepe etiam adolescentia incurrit.* Quare de illa nihil dici opus est.

§. 5. *Ut Solonem versibus gloriantem videmus, qui se quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit.*] Davis. ad Acad. II, 2. coniecit legendum esse: *queis se*, sed docte reiecit hanc coniecturam Wopkens. Lectt. Tull. p. 85.

Cap. IX, 1. *Nec nunc quidem vires desidero adolescentis*] al. *ne nunc quidem.* Multum disputatum est de formula *nec — quidem* quae in MSS. creberrime confunditur cum altera *ne — quidem.* Vid. Hess. ad Tacit. Germ. cap. 7, 8. Arntz. ad Plin. Pan. 27. Frotscher. ad Quinctil. X, 1, 88. Wopk. ad Iustin. Hist. XXXVIII, 4, 2. Drakenb. ad Liv. I, 9, 3. Ochsner. ad Eclog. Cic. p. 208. Orelli ad Cic. or. Philipp. III, 2, 3. Vol. II. P. II. p. 492. recte hanc inanem litem interpretum et Grammaticorum non persequitur, laudato Ramshorn. p. 598. Recepi autem *nec — quidem*, quia haec annectuntur superioribus *in literis certe elaboravi. Nunc* posuit, quia sensus est: atque aetate sum grandior.

Cap. X, 5. *Moderatio*] Meam hac de voce sententiam confirmant, quae dixit Doederlein. lat. Synon. T. II. p. 204.

§. 8. *Quum ingressus iter pedibus sit*] laudat h. l. Charis. s. v. *pedibus* p. 192. P.

Cap. XI, 6. *corpori soli*] al. *solum.* Adde iis, quae in nota ad h. l. dixi, Goerens. ad Cic. de Fin. I, 13, 44. p. 61.

Cap. XIV, 3. Broukh. ad Prop. I, 3, 39. affert ex nostro loco *in multam noctem* vid. Duker. ad Liv. XXXVIII, 50, 1.

§ 16. *Studia doctrinae*] al. *doctrinae studia.* Recte. Loco ex Fin. allato adde de Rep. I, 9, 14.

Cap. XVI, 3. Locutionis *a me* pro *a domo mea* simile exemplum est ap. Cic. de Rep. III, 28, 32. ed. Orell. Vol. IV. P. I. p. 470: *Cato ille noster, quum venerat ad se in Sabinos.* etc. a Nonio servat. Fragm. s. v. *Apud.* p. 522. ed. Mercer.

§. 8. Quae de vocabulo *assiduus* Gernhardus a Drakenborchio in Dictat. ad h. l. disputata tacito probasse videtur, ego improbo. Mihi una vera videtur Doederlinii sententia in Lat. Synon. T. III. p. 312. aditt. duas esse voces ab etymologia diversas, quae vocant grammatici homonyma: *assiduus* i. e. diligens, ductum est ab assidendo; *assiduus* alteram vocabulum ortum ex *assem duus* i. e. *assem dans.* Vid. Hertel. in Addend. ad Forcellini Thes. L. Lat. s. v. *Assiduus* p. 257. c.

§. 11. *Agro bene culto nihil potest nec usu esse uberius, nec specie ornatius: ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat atque allectat senectus*] Monui alteram negationem *non* post *modo* omissam esse in codice Trevirensi, Oxoniensibus e et ψ, et in edit. Mediolanensi, quae e bono codice expressa mihi videtur. Idem factum est in duobus codd. antiquissimis Nonii [qui ut in nota ad h. l. dixi, ter nostrum laudavit.], teste Cortio ad Plin. Epp. VIII, 7. Defendere studet formulam *non modo — verum*

etiam pro *non modo non — verum etiam* positam Walch. in Emendatt. Liv. p. 57. Saepe enim a scribis per negligentiam omissam dicit alteram negationem; cuius rei multa latere exempla apud Ciceronem, codicibus hac ex parte nondum satis diligenter examinatis. Sed unum tantum afferre potuisse videtur exemplum Varron. de Ling. Lat. VIII. p. 128. ed. Bip. ubi est: *Dicam pro universa analogia, cur non modo videatur reprehendenda, sed etiam cur in usu quodammodo sequenda.* At Varronis elocutio non potest docere, quomodo scripserit Cicero, aliique. Vidi enim quae reliqua laudavit exempla, talia esse, in quibus secundo membro sit aut integra negatio: *sed ne — quidem* aut negationis vis expressa. Qua de re vid. Beier. ad Cic. Offic. III, 4, 18. Ochsner. p. 259. Ramshorn. p. 537. seq. Drakenb. ad Liv. IV, 21. XXIV, 40. Perizon. ad Sanct. Min. IV, 7. T. II. p. 299. s. Cfr. ibid. p. 292—305. I. S. Rosenheyn: De particula *non modo* pro *non modo non* posita. Progr. Lick. 1825. 47. p. fol. Nusquam apud Ciceronem exemplum reperi, ubi *non modo — verum etiam* pro *non modo non — verum etiam* in ascensu a minori ad maius legatur. Quare in Catone retinui vulgatam lectionem.

Cap. XVII, 3. *afflarentur*] laudat e cod. Gifanius in Ind. ad Lucret. s. v. *afflare.*

§. 9. *Plurimae consentiunt gentes*] Inscriptio sepulcralis, quam ad h. l. laudavi, reperitur etiam apud Grotefend. in Gramm. Lat. T. II. p. 298. §. 259.

Cap. XIX, 11. *Quum enim id advenit, tunc illud, quod praeteriit effluxit*] al. legunt *tum.* Multi certarunt, ubi *tum* et ubi *tunc* poneretur. Vid. Gernh. ad h. l. in edit. sua et Goerenz. ad Fin. II, 11, 32. Sed simplicior mihi visa est res, quam quae longa egeret disputatione. Quare, quamquam ipse pluribus verbis rem eram acturus in Excursu, tamen nunc paucis defungar optime a Viro Cl. Lindemanno in Spec. I. de Adv. Lat. p. 10. seqq. disputatis, repetitis a Viro Celeb. Iahn. ad Virg. Bucol. III, 10. his verbis: *Tunc* ut nostrum „damals“ est temporis particula, atque ponitur, ubicunque sola et certa temporis monstratio exprimitur. *Tum* autem „alsdann, da, proprie quidem de ordine sed etiam de tempore dicitur, si quidem praeter temporis notionem etiam ordinis et consecutionis vis inest. *Tum* respondet Graecorum *τότε* et *tunc* voc. *τότε γε.*“ *Tunc* fortasse ortum est ex Graecorum pronominis Accusativo *τόν* sensu demonstrativo, ab antiquitate ducto, et *ce* Graecorum particula restrictiva *γε*, ut *tunc* sit *τόν γε* scil. *χρόνον*; ut Graece dicitur *ἐκ τούτου* scil. *χρόνου*; *tum* simpliciter dictum sit *τόν* scil. *χρόνον*, *illo tempore*, *eo tempore*. Unde *tunc* etiam ibi recte poni iudico, ubi significanda est restrictio *eo ipso tempore*, ut in Catonis loco, unde egressi sumus.

INDEX NOTARUM.

A.

A post *laxare* ad vitandam ambiguit. 23.
Abest villa a me i. e. a mea domo 143. *propius absum* 197.
Abstractum pro Concreto positum. Vid. Anal. ad cap. 2, 4.
Accidit mihi aliquid, sensu bono 80.
Accipimus et *accepimus* 36. 46. Analect. ad cap. 6, 4.
Accubitio et *accubatio* 119.
Accusativus pro Genitivo partitivo 153.
Accusare et *incusare* 38. Cfr. Doederlein. lat. Synon. T. II. p. 166.
Accusativus c. Infin. post Verba *velle*, *malle* 83. pro Nominat. c. Infin. 59.
Acilius M? Glabrio 40. 81.
Acinus vinaceus 136.
Acta aetas 159.
Actus vitae 16.
Acuta studia 129.
Ad. Cum *ad* composita verba struuntur cum praepositione *e* vel *a* 157.
Adeptus passive 13.
Adesse amicis nempe in iudicio 101.
Adiectivum alii substantivo adiunctum, quam cui proprie convenit 85.
Adiuro, *adiuero*, *adiuvero* 1.
Admirabile. Nihil est admirabilius, quam quomodo 34.
Admirari et *mirari* confus. 11.
Admistum et *admixtum* 202. *admistum nihil animis* 202.
Adolescentulos doceat senex 75. *adolescentes facilius in morbum incidunt* 173.
Aedepol et *edepol* 64.
Aelius Sextius 72.
Aemilius L. Paullus 43. 76. 163.
Aemilius M. Lepidus 163.
Aequitas animi 6.
Aetati omni 24. *aetatem tertiam vivebat Nestor* 79. *aetas constans* 89. 196. *aetate affectus* 124. *aetas bona* 126. *aetas* pro *adolescentia* 159. *aetatum* singula studia 197.
Aetna gravius onus sustinere 12.
Affectus aetate 124.
Affero et *assero* conf. 46. Vid. Forcellini Thes. Addend. s. v. *Assero*.
Afflant odores ex floribus 157.
Agamemnon 79.
Age transeuntis cum plurali numero verbi 53. 62.
Agere orationem 45. *agere aetatem* 159.
Agitatio studiorum 62.
Agitatur semper animus 202.
Agricolarum voluptates 132.
Agricolare et *agricolatio* 147.
Agricultio 147.
Ahala Sp. Servilius 146.
Ante c. Ablat. in tempore definiendo 46.
Albinus Sp. Posthumius 22.
Aliis et *illis* conf. 63.
Aliquid in formula *si aliquid* 115.
Amicitia: in amicitiam P. R. permanere 107.
An pro *annon* 61. post *haud scio* 147.
Anacolutha 18. 21. 23. 217.

Anastropha praepositionum 58.
Angere et *sollicitum habere* 171.
Annibal et *Hannibal* 29.
Animo consistere 191. *animi delibati* 200. *remissi* 207. quo discedant 217. *animorum celeritas* 201. *divinitas* 199. et 200. *animus semper se movet* 202. *animus* et *mens* coniuncta 94.
Animosus et *fortis* 185.
Ante multo 18. Cfr. Cic. de Rep. II, 16, 30. 34, 59.
Anxius 167.
Apex 161.
Apium et *apum* 141.
Ἀποφθέγματα 100.
Appeti 165.
Appius Claudius 43. 97.
Arcessere et *accersere* 146.
Archytas Tarentinus 103.
Arganthonius Tartessiorum rex 177.
Aristides 56.
Aristo Chius 9.
Arripere auctoritatem 165. *arripiunt res pueri* 203.
Ars scientiae 202.
Articulus 134.
Assiduus 149. et Analect. ad cap. 16, 8.
Assurgi 165.
Asyndeton 36. 49. 174. Corrigenda ad p. 174. lin. 6. Adde Cic. Rep. I, 4, 8.
At et *ac* conf. 219. *at* per ellipsin positum 71. in respondendo 91. repetitum ibid.
Athenienses scire, quae recta essent 167.
Atilius L. Calatinus 161.
Atilius Regulus 193.
Atqui et *atque* conf. 219.
Atticus T. Pomponius 6.
Attractio 5. 16. (Cfr. ad h. l. Cic. de Rep. I, 46, 70. II, 42, 69.) 20. 69. 95. 107.
Auctoritas senectutis 161.
Audaciter et *audacter* 185.
Audientiam fecit praeco 73.
Audire aorist. 59. *audire te arbitror* ibid. *audire ex aliquo* et *ab aliquo* 111. *audisse* et *audivisse* ibid.
Augurium ius 34. 100. *augures maiores natu iis, qui cum imperio sunt, anteponuntur* 168.
Auspicia optima 33.
Avitus et *habitus* conf. 89.

B.

Bacca et *baca* 17.
Beatus 158. Cfr. Ruhnk. ad Rut. Lup. I, 6.
Bellum indicere voluptati 121.
Benefactorum recordatio 27.
Bona aetas 126.
Brevi 151.
Brutus L. Iunius 192.

C.

Caepio 40.
Calx: a calce ad carceres 213.
Cannensis ignominia 194.
Cani pro *canitie* 164. *cani* et *rugae* coniunguntur ibid.
Canora vox 78.
Capitum iugatio 139.
Capua 28.
Carere 125. *caret senectus vinolentia* 115.
Carpere et *capere* conf. 165.
Carthaginis diruendae auctor Cato 50.
Carvilius Sp. 32.
Casus mortis 173. *casus* et *causa* conf. 173.
Catonis M. Porcii cognomina 15. *honores* 51. 81. 109. 118. 151. *quo aetatis anno Cato sermonem de senectute habuerit.* Prolegomena ad Caton. *Graecarum literarum studiosus in senectute* 11. 68. *Catonis libri* 79. 99. 100. 140. *opes* 24. *aetas* 28. de Q. filio oratio funeris 216. *suasor legis Voconiae* 40. *fidibus canere didicit* 11.
Cato Q. Marci filius 216.
Caudinum proelium 106.
Cedo c. plurali 53.
Celeritas et *velocitas* coniung. 48.
Centurionis vires 84.
Certe quidem 18.
Certe tamen 214.
Certo scio et *certe scio* conf. 4. 7.
Ciceroni propositum fuit totam philosophiam Latinis literis illustrare. 9. *Cicero Platonem est secutus* 12. 19. 20. 99. 169. 203. *Hippocraten* 173. *poetae versus in orationem pedestrem mutasse creditur* 14. *erravit in*

laudando Homeri loco 141. *Ciceronis loci male in suspicionem vocati* 154. 183. Ciceronis locus in libro I. de Finib. 4. init. emendatur. 176. Ciceronem imitatus est declamator orationis Marcelleae 178. 179.
Ceteri pro *ceterique* 43.
Ceteris et *certis* conf. 186.
Cethegus M. Corn. 29. 131.
Chius, *Ceus*, *Cous* conf. 9.
Cincinnatus L. Q. ab aratro vocatur ad Dictaturam 146.
Cincia lex 29.
Cinea Thessalus 111.
Civitates debentur senum consilio 174.
Cleanthes 61.
Clientes 82.
Coagmentare 186.
Cognomen latiori sensu 15.
Comici senes 96.
Comis et *communis* conf. 156. *comitas* et *communitas* 27.
Compages corporis 198.
Comparata res cum comparante per attractiorem intime iuncta 95. 180.
Compensare et *compescere* conf. 93.
Compleo cum Genitivo 123.
Compressu et *complexu* 134.
Compta oratio 74. Cfr. Doederlein. lat. Synon. T. III. p. 262.
Coniunctio si in secundario membro non omittitur 15.
Coniunctio substantivi cum verbo in unam notionem 189.
Coniunctivus post *quisquis* 70. post *pronomen relat.* 201.
Consistere animo 191. *mente* 192.
Consitiones 141.
Constans aetas 89. 196.
Constituta senectus adolescentiae fundamentis 164.
Constituere vadimonia 57.
Constructio ἀπὸ κοινοῦ 81. 216.
Consularis tribunus militaris 81.
Consuli senectuti est honorabile 165.
Contemnere et *spernere* 113. *cont.* et *despicere* 169.
Contemplari auguris est 41. *contemplari* et *complecti* conf. ibid.
Contemptus 71.
Contentiones 128. *contentio* et *labor* 210.
Continentia Curii 43.
Contingere de re mala 181.
Contra adverbialiter 216.
Convivium 119.
Coopertus et *opertus* conf. 90.
Coquit cura 2.
Corvus M. Valerius 159.
Crebrum funale 117.
Critobulus 155.
Crassus P. Licinius 72.
Croton 71.
Culmus et *calamus* conf. 134.
Cultio agri 147.
Cultus deorum 149.
Cum et *in* conf. 4.
Cunae et *cunabula* conf. 4.
Curius M? 43. 112. 113. 144.
Curricula mentis 101.
Cyrus minor 77. 155.

D.

Dare se et *dedere se* conf. 112.
Dativus cum Passivo pro Ablat. cum praepos. ab 102. 144.
Dativus et *Genitivus* conf. 211.
Decedi senioribus honorabile est 165.
Decius P. 113. quatuor Decii 193.
Decorare 189.
Decuit et *debuit* 216.
Decurrere 52. *decurrere spatium* 214.
Deduci senibus honorabile 165.
Defatigatio et *defectio* conf. 220.
Delibati ex universa mente divina animi 200.
Defendere 139. Cfr. Drakenb. ad Liv. XL, 43, 2.
Deliratio 97.
Dementes mentes 45.
Democritus 61.
Denuntiat Cato bellum Carthagini 50.
Deponentium participia perfecti passive 14.
Depugnare 81. Cfr. Drakenb. ad Liv. XL, 34, 6.
Describere 129.
Despicere et *contemnere* 169. *desp.* et *spernere* 113.
Deus in formula: *colitote me ut deum* 207.
Deversorium et *diversorium* 215.
Di meliora! 124.
Dici de *dictatore* 146. *dicere de se ipso* 78.

Difficilis homo 23. 167.
Diffindere et *diffundere* conf. 134.
Digne suspectum in formula *satis digne* 8.
Digressus et *discessus* 217.
Diogenes Stoicus 61.
Diritas et *duritas* conf. 170.
Discere fidibus 69.
Disciplina temporum 144.
Divinitas animorum 199. seq.
Docere 75.
Doctus homo 89. *docti senes* 195.
Domi militiaeque 209.
Dominari in aliquem 99.
Duilius C. 116.
Duo et *duos* 193.
Duritas et *diritas* conf. 170.
Dux ille Graeciae i. e. Agamemnon 79.

E.

E et *ex* conf. 157. *e* post verba cum praepos. *ad* composita. 187. Cfr. Obertus Gifan. in Ind. ad Lucret. s. v. *Efflare* aut in Observatt. Ling. Lat. qui ex uno codice affert: *afflarent.*
Ecquid 2.
Edepol et *aedepol* 65.
Efferunt agri fruges 178.
Effluere 178.
Elabi 110.
Elaborare et *laborare* conf. 64.
Eleganter acta aetas 36. Eadem locutio est ap. Liv. XXXV, 31, 4.
Elephas et *elephantus* 70.
Ellipsis substantivi repetendi 70. pron. person. in constr. Acc. c. Inf. 77. Ellipticum dicendi genus 136.
Elogium 188.
Eloquax et *loquax* 79. Döderl. lat. Syn. T. III. p. 81.
Emancipare et *mancipare* conf. 98.
Emerita stipendia 127.
Emori et *mori* conf. 181.
Enim corrumpitur varie 10. quo loco collocetur in formula *quid est enim?* Vid. Excurs. I. ad c. 2, 6. cfr. ad c. 8, 9. una syllaba pronuntiandum 31. in sententia communi omittitur 36.
Ennii versus 1. 4. 5. 30. 39. 189. *paupertas* 4. *mors* 43. expressisse putatur Euripidem 4. 12.
Epicurus 112.
Epiphonema 39.
Equus fortis et *senex* compar. 89.
Ergo, *igitur*, *ego* conf. 125.
Erudite disputare 11.
Esca, *malorum voluptas* 115.
Esse in formula *sint ista*, *sicut sunt* 52. i. q. *vivere* 56. *adesse* 70.
Et — *et* 8. *et* — *nec* 23. *et* pro *et sane* 73. *et* pro *etiam* 69. *et tamen* 45.
Etenim elliptice positum 41. *etenim* et *enim* conf. 76. non postponitur ibid.
Etiam pro *adeo* 149.
Etsi sine *quamquam* 76.
Excisus et *exscissus* 50. Cfr. Zumpt. Gramm. Lat. ed. 5. §. 189. s. v. *Scindo.*
Excursio 52.
Exercere et *exercitare* 96.
Exoratus et *exhortatus* conf. 110.
Exsequi orationem 74.
Exspectatus ad dignitatem 175.
Exstructae menses 114.
Exsultare iuveniliter 29.
Extremi fructus auctoritatis 161.

F.

Fabius Q. Maximus 27. 31. *Cunctator dictus* 30. Cfr. Manil. IV, 39. *quomodo mortem fili tulerit* 34. *Tarentum cepit* 29. 32. *suasor legis Cinciae* 29. *augur* 33. *magna auctoritate* 163.
Fabricius C. Luscinius 43. 111. 113.
Fabula aetatis 168.
Facere ut 109. *facere mentionem* et *mentionem facere* 166. *ut facitis* 153. Cfr. Fragm. Cic. or. pr. Cornel. II. apud Fronton. Exempl. Eloc. p. 493. [ed. Orell. Cic. Opp. Vol. IV. P. II. p 453. num. 11.] *Facite*, *ut facitis*, *qui ad causam adestis.*
Facillime i. e. *lubentissime* 20.
Facinus 104.
Ferri et *fieri* conf. 33.
Fibrae stirpium 134.
Fidei producta media syllaba 4.
Fidibus discere 69.
Flaccus L. Valerius 110.
Flamininus T. Quinctius 1. 4. 40. 109.
Flamininus L. 109.

Flaminius C. 32.
Fortis et *animosus* coniunct. 185.
Funalia crebra 117.
Funera plurali numero pro singulari 189. num *funera, ae* 1. decl. sit substantivum pro *praefica*. ibid.

G.

Galli Senon. expulsi 32.
Gallicus ager distributus 32.
Gallus C. Sulpicius 129.
Geniculatus culmus 134.
Genitivus substantivorum in *ius* et *ium* exeuntium 2. in *ai* exiens 45.
Genitivus et *Dativus* conf. 211.
Gentile praepositum 38.
Genus pronominis sensui accommodatur (κατὰ τὸ νοούμενον) 21. 153. *Genus neutrum* adiectivi cum Genit. substantivi 187. Genus pronominis a librariis proxime antecedenti substantivo adiunctum, etiamsi esset soloelum 21. Cfr. Drakenb. ad Liv. IV, 44, 5.
Gerundium c. casu verbi 19.
Gigantes 17.
Gorgias Leontinus 38.
Gremium terrae 133.
Gustu et *gustatu* conf. 138.

H.

Habere rationem cum al. 132. *habere sollicitum* 171.
Habitus et *avitus* conf. 89.
Haec tam multa 35.
Hannibal et *Annibal* 29. 30. *crudelissimus hostis* 194.
Haud scio an 147.
Hercule et *hercle* 24.
Hesiodi senectus 140. de agricultura liber ibid.
Hic et *is* conf. 3. *hic* ad remotius nomen refertur 177.
Homeri senectus 140. cum Hesiodo compar. ibid.
Homo ad contemplandum coelum natus 199. Cfr. Manil. IV, 906.

I.

Id est pro *intelligo* 145. Cfr. Cic. de Rep. I, 31, 43.
Idaea sacra 118.
Idem, iidem et *id est* conf. 145. Cfr. Drakenb. ad Liv. IV, 29, 5.
Igitur et *ergo* conf. 43.
Ignobilis et *nobilis* conf. 25.
Ille ad propius nomen refertur 177.
Illis et *aliis* conf. 63.
Imbecillus et *imbecillis* 91.
Immortalitas pro *immortalis gloria* 210.
Imperare terrae 132.
Imperfectum et *Praesens Subiunctivi* quomodo differant in interrogatione *utrum malis* et *utrum malles* 86.
Imperfect. et *Praes.* confus. post: *quorsus haec* 108.
Imperium in locutione *cum imperio esse* 168.
Importunus 23.
In et *cum* permut 4. intrusum a librariis 160. *c. Accusat.* per attractionem in significanda quiete in loco 107.
Incidere 163.
Incitantur voluptates 103.
Incusare et *accusare* conf. 38.
Ingredi viam 19. Cfr. Drakenb. ad Liv. III, 17, 6. X, 35, 4. XXXI, 39, 2.
Inhumanus 23.
Inquit post *respondit* 25.
Insitiones 142.
Insomnia 115.
Instillare oleum menti et animo tanquam lumini 95.
Instituere 75.
Instruere 75.
Intempestiva convivia male pro *tempestivis conviv.* 120.
Interdicere 59.
Interfuissent et *interfluxissent* permut. 46.
Invalitudo et *valitudo* conf. 92.
Inversio membrorum 17.
Ipse de hominis naturali indole 144. Huius pronominis usus in formulis, qualis est *de se ipso praedicare* 209. *quibus nihil est in ipsis opis* 13. *in ipsis* pro *in se ipsis* 13.
Is et *hic* conf. 3. pleonastice 137.
Isocrates 37.
Iugatio capitum 139.
Ius augurium et *augurum* 34. 100.

Iuveniliter exsultare 29.
Iuventus pro *iuvenili robore* 42.

L.

Labefactus et *labefactatus* 53.
Labor et *contentio* coniunct. 210.
Laborare et *elaborare* conf. 64.
Laertes 140.
Latera et *vires* 41. 73.
Laudatio i. e. oratio funebris 34.
Laxare 23.
Lectulus 101.
Legionum Romanarum virtus 195.
Lepidus M. Aemilius 163.
Lessum facere 189.
Leontinus Gorgias 38.
Levasso 2.
Leviora studia 129.
Lex Cincia 29. *Voconia* 40.
Livius Andronicus 130. *Salinator* 31.
Locus de argumenti sede 70.
Longior et *longinquior* conf. 106.
Loquax et *eloquax* 79. Cfr. Doederlein. lat. Synon. T. III. p. 81.
Ludus Naevii 53.
Lumen animi 106.
Lusu et *lusus* conf. 152. Cfr. Doederlein. lat. Syn. T. II. p. 31.
Lux de celebritate 34.

M.

Macatus M. Livius 31.
Maelius Spur. 146.
Magis magisque 31.
Magisteria convivii 121.
Magnopere et *magno opere* conf. 114.
Maiores pro *maiores nostri* 119. 160. Cfr. Cic. de Rep. III, 3, 5.
Malis et *malles* conf. 86.
Malle et *velle* c. Acc. c. Inf. 83.
Malleoli 137.
Mancipare et *emancipare* conf. 98.
Manus in formula *in manibus esse* 99.
Marcellus M. 194.
Masinissa 89. Cfr. Val. Max. VIII, 13, ext. 1.
Mature fieri senem 83.
Medea 212.
Meditatio mortis 191.
Medulla Suadae 131.
Meliora Di! 124.
Memini c. Accus. person. 40.
Memoriam perdit sepulcra legens 57.
Mens et *animus* coniuncta 94.
Mentes dementes 45.
Mentionem facere et *facere mentionem* 166.
Metellus L. Caecilius 77. auctoritas 159.
Molliebat Hannibalem Fabius 29.
Miles Crotoniata 71. cum Pythagora comparatur 86.
Minuti philosophi 218.
Mistus et *mixtus* 202.
Mitis 118.
Moderatio non significat *mediocritatem* 84. Vid. Analect. ad cap. 9, 33.
Moderatus 23.
Modice et *modeste* conf. 7. *modice ferre* ibid.
Modo et *more* conf. 17.
Modus vitae 199. *modus* et *motus* conf. 121.
Molestum: nisi molestum est 19.
Mollire et *moliri* conf. 29.
Mollis senectus 8.
Molliter ferre 17.
Mori et *emori* conf. 181.
Moriendi articulo num sensus esse possit 190. *moriens* i. e. *in articulo mortis versans* 203.
Morosus 169.
Mortis casus 173.
Mos patrius 98.
Multo ante 18.
Multo magis in extrema periodo 94.
Multum diuque 26.
Multam ad noctem 123.

N.

Naevii poetae versus 53. *bell. Pun.* 130.
Narrandi ambagines 170.
Natura et *a natura* 113. *optima dux* 16.
Navim pro *navem* 186.
Ne particula interrogandi verbo adiecta pro *nonne* 78.
Ne — quidem et *nec — quidem* 70. Vid. Analect. ad cap. 9. init.
Nec ante vocalem literam pro *non* non est Ciceronis 217.
Nec — neque; neque — nec. 105. *nec enim* et *neque enim* 26.

Nestor 78. 79.
Nihil et *nil* conf. 46. 151.
Nisi forte 86.
Nitor corporis 187. Cfr. Liv. X, 4, 10. Terent. Eun. II, 2, 11.
Nobilis et *ignobilis* conf. 25.
Noctes diesque 5.
Non enim 48.
Non modo — sed ne — quidem 91.
Non modo — verum etiam pro *non modo non — verum etiam* 151. Cfr. Analect. ad cap. 15, 11. et Matthiae ad Cic. or. I. in Catil. 3, 8.
Non quo et *non quod* conf. 217. *non quo — sed* per anacoluthon ibid.
Non solum — verum etiam 216.
Non — sed pro *non solum — sed etiam* 192.
Non solum — sed et *non modo — sed* 6.
Non vero 48.
Noscere et *pernoscere* conf. 136.
Nostrae res opp. a Romanis *externis* 208.
Nota sunt mihi non *mihi nota sunt* 69.
Nulla vita i. e. *nullius pretii* 22.
Numerale nomen cum ordinali coniunctum 37.
Numquid et *nunquam* conf. 8.

O.

Obrepere 14.
Occare et *occoecare* 133.
Occupare i. e. *praevenire* 146. Vid. Corrig. ad p. 146. l. 28. *occupatum esse alicui* 83.
Occurrere 7.
Odiosus trium syllabarum apud poetas 67.
Oedipus Coloneus Sophoclis fabula 59.
Oleum instillare 95.
Olympia vincere 39.
Omnia: *in isto sunt omnia* npposita 24. Cfr. Cic. de Rep. I, 26, 42. *Illa autem est civitas popularis, in qua in populo sunt omnia.*
Omnino ad extremam periodum 64.
Onera maxima senectus et paupertas 41.
Opertus et *coopertus* conf. 90.
Opere et *opera* conf. 198.
Opis vocabulum suspectum in formula *quibus nihil est in ipsis ad bene beateque vivendum.* 12.
Opus i. e. opus rusticum 62.
Orationem agere 45. *exsequi* 74.
Oratio obliqua post *loquitur cum Critobulo* 155. *Oratio directa pro indirecta* per ellipsin *verbi dicendi* 136. *Oratio variata* 192. Orationis brevitas v. c. *nemo mihi persuadebit, aut Africani patrem aut multos praestantes viros — tanta esse conatos* pro *aut multos alios pr. vir.* 208. 214.
Oratores 54.
Ordo spici 153. Cfr. ad h. l. Manil. V, 285. et 271.

P.

Pabulum translate dictum 128.
Paetus S. Aelius 4. 72.
Panathenaicus Isocratis 37. *Panathenaici ludi* 166.
Pares cum paribus facillime congregantur 20.
Parvulae res 126.
Particip. Perf. Pass. cum verbo *habere* 171.
Passivum cum *Dativo* 102. 147.
Pater orationem funebrem habet filio 34.
Patribus interdicitur bonis 59.
Paullus L. Aemilius 43. 76. 163. 194. 197.
Paulum et *paululum* conf. 86.
Pedestris et *terrestris* conf. 36.
Pelias recoctus 212.
Penaria cella 150.
Percipere fruges 62.
Percontari et *percunctari* 54. Cfr. Dronke ad Tacit. dial. de Orat. p. 59. et Addend. p. 243.
Pernoscere et *noscere* conf. 136.
Persequi et *prosequi* conf. 44.
Persona tertia impersonaliter man 183.
Pertinere: *nihil ad me pertinet* 64. 209.
Pertingere et *pertinere* conf. 209.
Philippus 40.
Philosophiae laus 8.
Picenus ager et *Picens* conf. 33.

Pilum et *pila* conf. 152.
Pisistratus 185.
Plato 37. 108.
Plaudite 179.
Plauti Truculentus 180.
Pleonasmi: feci ut 109. pron. *is* 137. *respondit — inquit* 25.
Plura dicere i. e. *permulta* 150.
Pluralis substantivorum, quae abstracta vocantur 48. *pluralis Nominum propriorum* 36.
Plus magis positum 70.
Poculum collectivo sensu 122. *pocula rorantia* 122.
Pontius T. Centurio 84. *C.* 106.
Portus translate 183.
Possum et *possem* conf. 142.
Potest esse 153.
Potio et *potatio* 94.
Praecidere 151. *Praemium* et *pretium* 2. Cfr. Anal. ad c. 1, 1.
Praepositionum anastropha 58. *secundo membro omittitur* 42.
Praesens ἀοριστῶς 36. 68. 89.
Praesens et *Imperfect.* post *quorsus haec?* 108. *utrum malis et utrum malles* 86. *Praes.* et *Futur.* 99.
Praestans ingenio 156.
Praestringere, perstringere et *perstinguere* conf. 109. Cfr. Cannegieter. adn. Dissert. de Aviano cap. 22.
Primum — quoque 117.
Probus et *probatus* conf. 97.
Pronomen personale ap. Acc. c. Inf. omittitur 77. Pron. *demonstrativum* *hic corpus nostrum* significat 71. *relat.* repetit. 154. *personale* praeponitur regenti verbo 67.
Prope et *propter* conf. 126. *propter* adverbialiter. 126.
Prope absum 197.
Prospicit animus futura 207.
Proverbia 20. 83.
Provectus studio 142.
Pugnare et *depugnare* conf. 81.
Putare non est sapientis 15.
Pyrrhus 112.
Pythagoras et *Pythagoraei* 200.

Q.

Quam et *nisi* permutantur in formula *quid est aliud nisi* 17. Sed quod dicit Ochsnerus in Eclog. Cicer. ed. 1820. 2. p. 203. nunquam a Cicerone dictum esse *quid aliud quam*, *nihil aliud quam*, sed semper *quid aliud nisi*, *nihil aliud nisi* id falsum est. Unum exemplum incorruptum affert Ramshorn. Gr. Lat. p. 594. §. 190. 7. d) *. Cic. de Legg. I, 8, 25: *Est autem virtus nihil aliud, quam in se perfecta et ad summum ducta natura.* Nihil variae lectionis annotarunt Goerenz. et Orell. Cui exemplo addo nunc alterum ex Cicer. *Epist.* ad Hirtium, servatum a Nonio s. v. Vetustiscere et veterascere p. 437. ed. Mercer. [Opp. Cic. ed. Orell. Vol. IV. P. II. p. 465. VII. ex lib. incert. 2: *Quum enim nobilitas nihil aliud sit, quam cognita virtus* etc.]
Quamquam se ipsum corrigentis particula 173. cum Subiunctivo 116.
Quam quomodo 34.
Quamvis c. Adiectivo 65.
Quando pro *quoniam* 176. confunditur cum hac particula ibid.
Quanta: voluptas quanta percipi potest maxima 105.
Quartum et *quarto* conf. 28.
Quasi pre *quemadmodum* 182.
Que pro *id est* 93. 158. pro *sed* 47. 184. Cfr. Analect. ad 6, 5. *que* et *ve* 36.
Qui enim et *quid enim* conf. 15.
Quidem repetitum 131.
Quies i. e. *otium a rep.* 36.
Quinctius et *Quintius* 146.
Quincunx 156.
Quo viai 45.
Quodsi et *si* quomodo differant. 213.
Quod temporis 179.
Quomodo post *quam* pro *modus quo* 34.
Quoties et *quotiens* 129.
Quum et *quoniam* conf. 176. *quum* cum *Indicativo* causam indicans 176.
Quum maxime et *quam maxime* conf. 100.

R.

Rationem habere cum aliqua re 132.
Recoquit Peliam Medea 212.
Recordatio beneficiorum est iucundissima 27.
Recte et *rite* conf. 158. Cfr. Index ad Wopkens. Lectt. Tull. ed. nov. Frotscher. s. v. *Rite*.
Recusat nunquam terra imperium 132.
Reduci senibus honorabile 165.
Referre omnia ad voluptatem 112.
Relativum pronom. duplex sine copula 154.
Religatio 139.
Reliquum vitae 187.
Reminisci et *recordari* 203.
Remissus sermo 73.
Repastinatio 140.
Repetitio particulae 19. 68. 82. 91. 131. 180. *pronominis* 22. 174.
Repuerascere et *repueriscere* 213.
Requiem et *requietem* 135.
Requirere i. e. *desiderare* 78.
Res pro *pecunia* 4. *republica* 30.
Respondit et *inquit* per pleonasmum coniunguntur 25.
Revereri et *vereri* 97.
Romanus rusticus 62.
Rorantia pocula 122.
Rusticae vitae laus 132.

S.

S finale in brevi syllaba sequente consonante abiicitur 4. 39.
Sacra Idaea 118.
Saepe in clausula periodi 9.
Salinator C. 22. *L.* 31.
Saltus 52.
Salutari a natu minoribus 165.
Samnites 112.
Sardes 155.
Scientiae artes 201.
Scipio Africanus maior 36. 50. *consul* 51. *moritur* 51. *Cn.* et *P.* 76. 194.
Scipio Nasica P. 130.
Scribere aliquid 7.
Se et *sese* conf. 112. 210.
Secum esse, secumque vivere 128.
Senatores 145.
Senatus 52.
Senecta 66.
Senectus eorum levis, qui a iuventute coluntur 67. *senectutis initium* 160. *vituperationes quattuor* 41. seq. *malorum portus* 12.
Senes difficiles, morosi, inhumani 23. *senem fieri mature* 83.
Sepulcrum i. e. sepulcri inscriptio 57.
Sepulcra legens memoriam perdit 57.
Seriphus insula 25. Seriphii dictum ibid.
Si non omittitur secundo membro 15.
Si aliquid 115.
Siccitas corporis 90.
Sicut et *tanquam* conf. 124.
Sigmatismus literarum: *sensim sine sensu* 102.
Similis ut si 47.
Simonides 60.
Singularis transit in *pluralem* 16.
Socrates omnium sapientissimus 69. 200. Cfr. Wopkens. Lectt. Tull. p. 6.
Sodalitates 118.
Sollicitum habere aliquem 17.
Solon 68. *responsum* 185. *elogium* 188.
Solum et *solus* 212.
Somniculosa senectus 90.
Somnus similis morti 206.
Sophocles 58. 124.
Spatium et *spacium* 213.
Spernere et *contemnere* 113.
Spicus, spica, spicum 135. Laudat hunc locum Nonius s. v. Spica. p. 252. ed. Iun.
Sponte sua c. Passiv. 113.
Statii Caecilii versus 64. 65. 66. 96.
Statio vitae 187.
Stercorans Laertes 140.
Stesichorus 60.
Stipendiis emeritis 127.
Stoicorum sententiae 13. 16. 178. 180. 184. 187.
Studii pabulum 128. *leviora st.* 129.
Suadae medulla 131.
Succidia 150.
Summus: a summo bibere 122.
Substantivum ad verbum repetendum 159.
Superior consulatus 46.

Supervacaneus, *supervacans*, *supervacuus* conf. 150.
Συμπόσια 119.
Synephebi Statii fabula 65.
Σύσσιτοι et *θιασιῶται* 118.

T.

T finale ambiguam reddit syllabam 231.
Tali et *tesserae* 152.
Tamdiu dum 106
Tamen post *certe* 214.
Tamquam et *sicut* conf. 124. pro *quemadmodum* 212. *tanquam si* 47.
Tantulus et *tantillus* 136.
Tantum nur so viel 94.
Tarentum a Fabio captum 29. 32.
Tartessus 177.
Temere blind 103.
Tempestivitas 87. Nonius s. v. Tempestas 34. ed. Iun.
Tempestiva convivia 120.
Temporum disciplina 144.
Temporum Consecutio: *Praes.* — *Fut.* 99. *Perf.* — *Impf.* 202. *Praes.* — *Impf.* 108. *Impf.* — *Plusqpf.* 209.
Terminare 209.
Terra locus divinae naturae contrar. 198.
Terrestris et *pedestris* conf. 36.
Tesserarum ludus 152.
Themistoclis responsum 25. *memoria* 56.
Θιασιῶται et *σύσσιτοι* comp. 118.
Tithonus 9.
Titillatio 123.
Tribunus militaris consularis 81.
Tristius curari 173.
Truculentus Plauti 130.
Tuditanus 29.
Tueri i. e. *servare* 199.
Tum et *tunc* conf. 35. Cfr. Analect. ad cap. 19. 69.
Turpio Ambivius 126.

U.

Usu venire et *usu evenire*. Vid. Exc. II. ad cap. 3, 2.
Ut si post *similis* 47.

V.

Vadimonium constituere 57.
Vagina spici 134.
Vagire 213.
Valerius M. Corvus 159. *L. Flaccus* 110.
Valitudo et *valetudo* 92. *Valitudo* et *invalitudo* conf. ibid.
Varronis fabula Tithonus 9.
Ve et *que* permut. 36. *ve* disiungit 151.
Velocitas et *celeritas* 48.
Velle c. *Acc.* c. *Inf.* 83. *ἐμφατικῶς* 18.
Verba conatum tantum exprimunt 33.
Verbis initialibus libros laudant antiqui 1.
Vereri et *revereri* 97.
Verborum collocatio: ex ipso Cicerone emendata 3. 16. 27. adverbium in extrema periodo: *saepe* 9. *nihil ad me pertinet omnino* 64. *multo magis* 94. casus regens interponitur rectis 23. [Cfr. Cic. de Rep. I, 26, 42. II, 37, *63.] 67.* 205. *multo ante* et *ante multo* 18. 209. *multum diuque*, *diu multumque* 26. *Leontinus Gorgias* 38. *quae nota sunt mihi* 69. *mos patrius* 98. *facere mentionem* 166. *videor videre* 182. *debet esse* 191. Cfr. Cic. de Rep. I, 32, 49. *susceptrum fuisse* 209 *quid est enim?* etc. Vid. Excurs. I. ad cap. 2, 3. *audire te arbitror* 89. Duobus substantivis regentibus rectum potiori praemisso addi solet. 119.
Verborum neutrorum passiva 165.
Verso et *vexo* conf. Cfr. Drakenb. ad Liv. II. 34. 5.
Versus Ennio falso tributus 3. 5. versus poetae Cicero mutasse in orationem pedestrem putatur 14.
Viatores 147.
Victor equus. Vid. Analect. ad cap. 5, 4.
Videor scil. *mihi* i. e. *puto* 182. Cfr. Cic de Rep. II, 11, 22. *videmus ἀοφ.* 68.
Vietus 17.
Vinaceus acinus 136.
Vincere Olympia 89.
Vinclum 207.
Vis ac natura 133.

Vita cum scena comparatur 16. 168. *vita*, quae est vita nominanda 198.
Vitam vivere 198.
Vitae rusticae voluptates 132.
Vivere vitam 198. *secum vivere* 128. *Vivebat aetatem tertiam Nestor* 79.
Viviradices 137.
Voconia lex 40. Cfr. Cic. de Rep. III, 10, 17. Drabenb. ad Liv. Epit. XLI.
Voluptas esca malorum 115. *praestringit oculos* 109. *notio voluptatis* 121. *agricolarum voluptates* 132.

X.

Xenocrates 61.
Xenophontis Oeconomicus 154.
Xenophontis locus Symposion 122.

Z.

Zeno 61.
Zeugma 31. 215.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

A) *In contextis corrigenda.*

P. 47. lin. 4. Pro commate post *puppi* punctum ponendum.
- 49. - 5. Vox *quomodo* divisim scribenda est *quo modo.*
- 75. - 4. Pro *officii* lege *offici.*
- 76. - 6. pro *adoloscentia* lege *adolescentia.*
- 150. - 6. pro *olivetorum* legendum est *olivetorumve.*
- 153. - 1. Verba ita sunt collocanda: *quoniam sine his beata esse potest senectus.* Sic est in cod. Basil. Nam non nego, meliorem esse hunc numerum et aeque Ciceronianum, atque meum ordinem.

B) *In notis addenda et corrigenda.*

Primum notandum est, aliquoties punctum positum esse post codicum signa l (cod. Lipsiens.), d (cod. Dresdens.), et editiones v (edit. Veneta), α (ed. Ascens.), a (ed. Aldin.), h (ed. Hervag.), *sequente* aliquo numero. Ubique autem hoc punctum delendum est, si haec compendia sequitur numerus. Indicat enim numerus, quum plures sunt codices et editiones, quotus codex manuscriptus vel impressus hanc vel illam scripturam exhibeat, veluti p. 2. l. 22. *v. 1.* lege v1. sine puncto i. e. edit. Veneta prima 1470. Facile enim error potest oriri, quod editiones Ernesti, Schützii et Graevii notis iisdem insignitae sunt, ut, si legatur v. 1. nescias, Venetane aliqua editio an editio Ernesti, cui hoc est compendium (1.) intelligatur. — Vocabulum *quum* quum est coniunctio per *qu* semper a me scribitur. — Notandum est denique inde a capitis 10. §. 8. interdum in nominandis codicibus Oxoniensibus interdum σ pro o scriptum esse, quod unde sit ortum, vide in Praefat. p. XXIV. 8., Scribe igitur o pro σ.

P. 32. l. 14. delenda est lineola post verba *ego nunquam;* pertinent enim ad ea, quae sequuntur.
- 43. - 43. Cfr. Val. Max. VIII, 13, 5.
- 44. - 17. διεξέρχεται lege διεξέρχεται.
- 50. - 19. adde post verba *Cat. Mai. c.* 26. haec: Cfr. Flor. II, 15, 4. Verba quae sequuntur *Cato — pronuntiabit* sunt Flori verba.
- 51. - 19. pro *vobiscum* lege *nobiscum.*
- 52. - 38. dele praepositionem *ex.*
- 55. - 36. pro verbis *hunc versum* scribe: *eum.*

P. 55. l. 47. pro *alterum* scribe *alteram* commate posito post numerum 3.
- - - 48. post *libello* comma pone.
- 59. - 36. Quae a verbis *Sed ut revertar* usque ad finem dixi, nunc ipse improbo. Quia etiamsi *tum senem* legitur, idem est sensus, qui in vulgata cernitur scriptura. Recte haec monuissem, si fortasse e cod. legendum esset *tam senem*.
- 60. - 9. pro *Erfudt* l. *Erfurdt*.
- - - 46. pro *Oxn.* l. *Ox. n.* (i. e. Oxoniensis cod. *n.*).
- 62. - 8. *Studii agitatio* est ap. Val. Max. VIII, 7. ext. 3.
- 74. - 9. Gifanii coniectura non est facta in Indice ad Lucret. sed in eiusdem V. D. Observatt. Ling. Lat. Vid. Drakenborch. ad Liv. IV, 40.
- 75. - 10. In edit. lexici Nizoliani aucti a Facciolato Patav. 1734. noster locus ita laudatur, ut est in editionibus vulgatis.
- 78. - 2. adde Val. Max. VIII, 13, 12.
- 82. - 14. pro *videtus* l. *videtis*.
- 90. - 2. Citat hunc Ciceronis locum Valer. Max. VIII, 13. ext. 1.
- 93. - 50. Omisi verbum, ad quod particula *ut* l. 48. posita referatur. Adde post vocabulum *contentio: compenset*.
- 94. - 43. pro *Lambinu* l. *Lambinus*.
- 104. - 5. pro 339. l. 338.
- - - 21. Locus, quem Doederlinius l. c. laudat ex orat. Sext. 27. reperitur or. Philipp. XIII, 9, 21. *Postea quod scelus, quod facinus parricida non edidit.* In Addendis ad h. l. T. III. p. 321. ostendit, etiam horum substantivorum adiectiva coniuncta reperiri ap. Cic. de Rep. III, 17. *ut bonum illum virum sceleratum, facinorosum, nefarium putet.* Nihil huc pertinet locus, quem laudavi ex Martial. XI, 94. *O scelus! o magnum facinus, crimenque deorum.* Quare deletum hoc velim exemplum et quae de eo dicta sunt.
- 108. - 40. pro *adverb.* lege diremptis vocibus *ad verb.* (i. e. *ad verbum s. ad vocabulum*).
- 109. - 23. adde Interpr. ad Valer. Max. II, 10, 6.
- 110. - 1. Adde haec: Laudat hunc loc. Rudd. Inst. L. Lat. T. II. p. 252. ita tamen, ut reiiciat lectionem *notandum putavi libidinem*. Vid. Ramshorn. Gr. Lat. p. 438. not. 3. Krebs. §. 492. 4. Quamquam non abhorret a Ciceronis elocutione structura Accusativi Gerundii cum substantivo masculini vel feminini generis, cuius certum censeo exemplum Cicer. or. in Catil. III, 8. *ad placandum deos.* Interpretum correctionem puto *ad placandos deos.* Nemo enim rariorem loquendi rationem vulgari substituerit; quamquam, inquam, recte dici potest *notandum putavi libidinem*, tamen non cedendum putavi unius cod. auctoritati, praesertim quum *um* et *am* facile possint permutari. Quae ego eiusmodi exempla apud Cicer. reperi, aliter in aliis codd. leguntur. Vid. Orell. ad Cic. or. pr. Coel. 26, 63. pr. Rabir. Posth. 16, 44. Et fortasse etiam ap. Cic. Ep. ad Attic. VIII, 16. varians lectio reperitur. Non recte autem lectores relegavi ad cap. 2, 8. notam, quia ibi Nominat. Gerund. cum Accus. construitur.
- 119. - 40. pro *significatinem* lege *significationem*.

P. 120. l. 43. pro *disquisit* lege *de quaesitis.*
- 122. - 23. alterum *cum* per *c* scriptum muta in *quum*, quia est coniunctio intelligenda.
- - - 25. Verba ita collocanda: *Gernhardus male dictum esse singularem dicit, quum.*
- - - 26. pro *immunibus* lege *immanibus.*
- 124. - 34. Adde Val. Max. IV, 3. ext. 2.
- 133. - 5. pro IX. scribe X.
- 146. - 17. dele verba post *puto* posita: *quod librariis idem verbum toties repetitum non placeret.*
- - - 28. Locus, quem Langius laudat de significatione verbi *occupare* i. e. *praevenire*, quemque Manut. a *Lactantio* servatum dicit, legitur quidem apud Lactant. l. V. c. 16. [Cic. de Rep. III, 20, 30. ed. Orell. Vol. IV. P. I. p. 467.] sed non iisdem verbis, quibus Langius eum laudavit. Quare adducor, ut credam, memoriter Langium citasse.
- 148. - 16. *Ille* referendum est ad Beierum. Necesse visum est hoc monere, ne ambiguum esset, Handius intelligatur an Beierus.
- 151. - 6. Adversativa particula *at* pertinet ad lectionem illam *olivetorumque.* Praeferendum est enim *olivetorumve* ea causa, qua dixit Gernhard.
- 153. - 11. Verba male a me distracta ita sunt collocanda, ut post *iubebit* sequantur verba l. 15. *apud Grammaticos* usque ad l. 30. *not.* 6. *n.* 28. Tum sequuntur verba l. 15. a verbis *Neutro usus est Cic.* usque ad lin. 19. verba *discebantque id omnes* cum quibus periodus exit.
- 156. - 5. pro *raiione* l. *ratione.*
- 163. - 9. Ita emenda verba: *notum* — *sepulcro. Deceptus scilicet Gernhardi nota:* dele vocem *Analecta* et adde haec: Gernhardus enim obscurius hanc notam scripsit: „*Carmen*, Al. *totum carmen. Facc.* Optimi et plurimi libri hoc additamentum ignorant.“ Quae si quis legit, putat abesse a MSS. verba *totum carmen*, non autem *haec* quoque verba: *incisum in sepulcro.* Sed ne vox *carmen* quidem abest, nedum verba *incisum in sep.* Una vox deest *totum*, ad quam nota Gernhardi pertinet.
- 170. - 32. pro *sempar* l. *semper.*
- 173. - 6. pro *corrigente* l. *corrigentis.*
- 174. - 6. Omisi casu quodam in Analectis ad cap. 6, 6. *disputare* de omissione copulae in trimembri oratione, cuius quamquam dedi exempla, tamen utile est legere quae a Krarup. Spec. I. Obss. ad Cic. p. 6. disputata repetiit Orell. ad Cicer. Offic. III, 20, 81. V. I. P. II. p. 423. not. 31. Compara quae dixit Goerenz. ad Cic. de Fin. V, 15, 43. p. 586. b. Adde Cic. de Rep. I, 33, 50. Qui enim iudicatur iste optimus doctrina, artibus, studiis. II, 34, 59. ext. diligentissime singulos cives opera, *consilio*, re tuebantur. Cfr. Phil. II, 5, 11. ubi eadem verba leguntur, quae sunt in Catonis loco. *Adde* Phil. II, 4, 8.
- - - 29. pro *Illud* l. *illud.*
- 178. - 1. post Sil. It. adde III, 397.
- - - 22. pro verbis vid. Excurs. IV. l. vid. Analect. ad cap. 19.
- 197. - 23. dele alterum *est.*
- 198. - 22. adde Ruhnk. ad Vell. Pat. II, 69, 5.

P. 198. l. 44. adde Ruhnk. ad Vell. Pat. II, 123, 6.
- 206. - 31. pro *nostri* l. *ipsi*.
- 221. - 14. pro *mntandum* l. *mutandum*.

Ad Excursum II.

Addenda mihi fuit causa, cur *usu evenire* reperiatur in MSS. quae duplex potest esse: una, ut dicamus, scribas *evenire* scripsisse, ut *accidendi* notio magis appareret; altera ut credamus in antiquissimo aliquo codice scriptum fuisse *usui venire*, qua in scriptura litera *i* non satis a litera *e* fuerit distincta; unde scribae fecerint *usu evenire*.

Philologische Neuigkeiten von Wilhelm Nauck in Leipzig, welche so eben an alle Buchhandlungen versandt worden sind.

P. Terentii Afri comoediae sex, cum interpretatione Donati et Calphurnii, et commentario perpetuo. In usum studiosae iuventutis ed. A. H. Westerhovius. Acces. variae lectiones exempli Bentleiani, notatio metrica, selecta Rhunkenii annotatio. Edi curavit Godof. Stallbaum. Vol. I. Andria. 8. maior. Preis Druckpapier 20 gr. Schreibpapier 1 Thlr. 8 gr.

M. T. Ciceronis Cato maior seu de senectute dialogus. Ad codicum manuscr. magnam partem nunc primum collatorum et editionum tum veterum tum recentiorum denuo consultarum fidem recensuit, variantes lectiones omnes enotavit et selectis Gernhardi aliorumque annotationibus addidit suas Fr. Vilelm. Otto. 8. maior. Charta impress. 1 Thlr. 8 gr. Charta script. 2 Thlr.

L. A. Senecae opera philosophica. Recognovit, prolusionem de vita et ingenio Senecae praemisit, summarium singulis libris inscripsit atque selectas observationes criticas adiecit E. Ferd. Vogel. 8. maior. Charta impress. 2 Thlr. Charta script. 3 Thlr.

Des Isocrates Ermahnung an den Demonikus. Zum Schulgebrauch mit erklärenden Anmerkungen und einem erklärenden Wörterverzeichniss herausgegeben von F. Bernhard. 8. Preis 6 gr.

Hannonis navigatio. Textum critice recognovit et adnotatione illustravit D. Fr. Guil. Kluge. 8. maior. 8 gr.

Pränumerations-Bericht

von

C. H. F. Hartmann in Leipzig

über zwei für Philologen wichtige Werke.

I.

Neue vollständige kritische Ausgabe des:

Diodorus Siculus c. Dindorf.

Diodori bibliotheca historica ex recensione Ludw. Dindorfii. Accedunt annotationes interpretum. V volumina. Pränumerations-Preis für's ganze Werk: Charta script. 30 Rthlr. Charta impr. 20 Rthlr.

Diese Ausgabe wird nicht nur alle in der Wesselingischen und Zweibrücker enthaltenen Hülfsmittel der Kritik und Erklärung mit Verbesserung der zahlreichen Fehler dieser Ausgaben wieder geben, sondern auch einen nach den bekannten und mehreren neu verglichenen Handschriften berichtigten und ganz umgestalteten, auch in dem fragmentarischen Theile durch Hinzufügung der neuentdeckten Vaticanischen und anderer Fragmente vervollständigten Text liefern. Statt der mangelhaften Register der frühern Ausgaben werden über alle Theile des Werkes neue auf das reichhaltigste ausgestattete Indices hinzugegeben. Rücksichtlich der äussern und typographischen Ausstattung wird sich dieses Unternehmen den besten Drucken neuerer Zeit an die Seite stellen, da der Verleger keine Kosten gespart hat, ein für die Wissenschaften so wichtiges und für seinen Verlag so ehrenvolles Werk würdig auszustatten. Er hofft, dass man sein Bestreben für die Bereicherung der philologischen Literatur anerkennen werde, und rechnet bei dieser kostspieligen Unternehmung auf die wärmste Theilnahme aller Freunde der Philologie.

Der erste Band des Textes und der erste Band des Commentars sind bereits an alle Buchhandlungen versandt worden, und wird der Druck des ganzen Werkes (circa 260 Bogen, gross Median auf weissem Druckpapier) bestimmt im Laufe des März 1830 beendigt, und dann unverzüglich die restirenden Bände nachgeliefert werden.

Der Verleger hat zur Erleichterung des Ankaufs dieser Ausgabe den oben bemerkten Pränumerationspreis festgestellt, welcher jedoch mit dem Erscheinen des letzten Bandes in der Jubilate-Messe 1830 unwiederruflich erlischt. Der Ladenpreis wird bedeutend höher sein.

Die Namen der Pränumeranten sollen dem Werke vorgedruckt werden, und bittet der Verleger die resp. Beförderer des Unternehmens, dieselben deutlich geschrieben entweder direct oder durch die zunächst gelegene Buchhandlung auf das baldigste einsenden zu wollen.

II.

Corpus Grammaticorum Latinorum

Collegit, recensuit, varietatem lectionis potiorem et indices adiecit Fridericus Lindemannus. 4. maior. Ausgabe Nr. 1. auf englischem feinem Velin-Patent-Papier Pränumerations-Preis für jeden Band 4 Rthlr. Sächs. Ausgabe Nr. 2. auf weissem Druckpapier Pränumerations-Preis für jeden Band 3 Rthlr. Sächs.

Diese Ausgabe beabsichtigt eine vollständige Sammlung aller lateinischen Grammatiker, mit Ausschluss der Scholiasten oder Commentatoren. Der Text derselben wird auf die ältesten und vorzüglichsten Handschriften zurückgeführt und nur die wichtigsten Abweichungen der besseren Handschriften und Ausgaben beigefügt werden, da eine vollständige Sammlung aller

Varianten ein ganz ungeheures und dabei völlig nutzloses Unternehmen sein würde. In jedem Jahre sollen zwei Bände in gross Quart, jeder gegen 40 Bogen stark, erscheinen. Der erste Band wird bestimmt im Laufe des Sommers 1830 ausgegeben, da der Druck desselben bereits angefangen und ununterbrochen fortgesetzt wird.

Der Verleger, der Alles aufbietet, um ein für die Wissenschaft und Literatur so wichtiges Unternehmen auf eine würdige Weise typographisch schön auszustatten, eröffnet hiermit ebenfalls den Weg der Pränumeration für dieses Werk. Da die früher eingegangenen zahlreichen Bestellungen hierauf nicht berücksichtigt werden konnten, so bittet er alle Interessenten, dieselben entweder direct bei ihm, oder durch die ihnen zunächst gelegene Buchhandlung zu erneuern. Der Pränumerationstermin hört mit Ablauf der Jubilate-Messe 1830 unwiederruflich auf. Die Namen der respect. Beförderer sollen dem Werke vorgedruckt werden, und bittet der Unterzeichnete um deutliche Einsendung derselben.

C. H. F. Hartmann.